SACRARUM OBSERVATIONUM LIBER SINGULARIS:

Quo Veterum Ritus circa Pœnitentium σωφρονισμὸν paulò accuratiùs expenduntur; varia Incarnationis, Circumcisionis, Paschatis, Baptismi & S. Cœnæ nomina explicantur: Oratio Dominica Theologicè & Philologicè examinatur, multáque alia, scitu necessaria, & lectu non injucunda, ex antiquitate Ecclesiastica, Patribus cumprimis Græcis eruta, proponuntur.

Adjectum est in fine duplex Specimen: alterum Supplementi Linguæ Græcæ, Lexici Hesychiani alterum.

Omnia cum necessariis Indicibus.

AUTORE
JOH. CASPARO SUICERO,
Hebraicæ & Græcæ Linguæ in Schola Tigurina Professore,

Dom. Prof. Rom.

TIGURI,
Impensis MICHAELIS SCHAUFELBERGERI,
M DC LXV.





Amplissimis, Nobilissimis, Prudentissimis, Clarissimis, Excellentissimis, Experientissimis, Præstantissimisque Viris,

Dn. JOH. JACOBO Stockarn / à Neuforen / Inclytæ Reipubl. Schaffhusianæ Quæstori, & Locarnensium Expræfecto.

Dn. JOH. JACOBO WEPFERO, M. D. & ejusdem Reipubl. Archiatro.

Dn. JOHANNI WEPFERO, Medicinæ Doctori.

Dn. JOH. RODOLPHO WEGELINO, Judicii apud Diessenhofios Assessori.

Dn. JOH. CONRADO WEPFERO, Judicii mulctarum apud Schaffhusianos Assessori.

Dominis & Fautoribus suis, omni officiorum genere colendis,

Has Observationes sacras offert & inscribit

JOH. CASPARUS SVICERUS.



SEXTUS & decimus agitur annus, cùm animum ad lectionem Patrum Græcorum seriò applicare cœpi. Singulari statim studii hujus & suavitate & utilitate allectus, magis atque magis ad hoc stadium; amplissimum licèt, & vix unius hominis, in tam exiguo, támque brevi vitæ curriculo; currendum; imò, siquidem supremo placeret Numini, conficiendum, fui inflammatus. Indefesso tandem & pertinaci labore omnia omnium Scriptorum Ecclesiasticorum, eorum nempe, qui Græcè scripserunt, & haberi possunt, monumenta lustravi. Lustravi autem, divino suffultus & adjutus auxilio, illud κοινὸν ταμεῖον ἀγαθῶν διδαγμάτων tanta cum voluptate, ut ei, præfiscinè dixerim, ἀδιασπάστως adhæserim, nec facilè à tam doctis, tam disertis, tam fidis, tam candidis avelli me passus sim Doctoribus, ubiq;

Ἐκ στόματος ζαθέοιο σοφὸν γάλα ἀμέλγων.

Vel, quis non uno quasi & continuato spiritu legat Justini, verè μεγαλομάρτυρος, & φιλοσοφοθεολόγων ἀξιολογωτάτου, (a) Photii testimonio φιλοσοφίας τῆς τε καθ' ἡμᾶς, καὶ μάλιστά γε τῆς θύραθεν, εἰς ἄκρον ἀνηγμένου, πολυμαθείας τε καὶ ἱστοριῶν περιρρεομένου πλούτῳ, *ad Philosophia tum nostra, tum potissimùm profana, summum evecti fastigium, multiplicisque eruditionis & historiarum copiâ circumfluentis*, λόγον παραινετικὸν ad Græcos, utramque pro Christianis Apologiam, Dialogum cum Tryphone Judæo, alia ejusdem? Quis non eadem animi contentione evolvat apprimè piam & eruditam Athenagoræ περὶ Χριστιανῶν πρεσβείαν; quæ omnia vivis quasi coloribus, quàm sincera, quàm simplex, quàm ἀκιβδήλευτος καὶ ἀλοιδόρητος sit veteris Ecclesiæ de Deo, rebúsque divinis professio, depingunt? Quis non hunc eundem de Mortuorum

(a) In Biblioth. Cod. CXXV. pag. 303. Vide etiam Eusebii hist. Ecclef. lib. IV. Cap. XI. XII. &c. pag. 36. 37. Hieronym. in Illustrib. Ecclesiæ Scriptoribus: Epiphanium lib. 1. tomo III. contra Tatianos, hæresi XXVI. quæ est ordine XLVI. p. 170.

resurrectione & theologicè & philoſophicè differentem, atque impudentiſſima profanorum hominum, παγκόσμιον illam ἀνάστασιν, ὡς μῦθον ἐκβαλλόντων, *tanquam fabulam rejicientium*, ora opprimentem, attentè audiat? Ut Tatianum, ut Theophilum Antiochenum, ut alios ſicco pede tranſeam, quem non oblectent Clementis Alexandrini variæ lucubrationes, (*b*) πλείστης χρηστομαθείας ἔμπλεοι, *plurimâ optimarum diſciplinarum materiâ referta?* quem non afficiant (*c*) *inſignia ejus volumina, plena eruditionis & eloquentiæ, tam de Scripturis divinis, quàm de ſecularis literaturæ inſtrumento?* (*d*) ubi φράσις ἀνθηρὰ, καὶ εἰς ὄγκον ἠρμένη σύμμετρον μετὰ τοῦ ἡδέος, καὶ ἡ πολυμάθεια ἐμπρέπουσα, *florida dictio, ad temperatam quandam gravitatem non ſine jucunditate aſſurgit, & varia illa, quæ in iis eſt, rerum cognitio, nihil habet, quod non ſit conveniens.* Quid de Euſebio (*e*) ἀξιοπίστῳ διὰ πολυπειρίαν, *fide digniſſimo propter multiplicem experientiam*; quid de Socrate, Sozomeno, Evagrio, aliisque Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptoribus dicam? An quidquam hoc Scriptorum genere, poſt ſupremam Inſtrumenti divini authoritatem, Chriſtianos inter ad utilitatem fructuoſius, ad dignitatem amplius, vel ad gentium omnium notitiam illuſtrius dari poſſet? Iſthic theſaurus eſt, ubi Chriſtianæ fidei natales & incrementa habentur condita: ubi perpetua divinæ bonitatis in tuenda Eccleſia continentur documenta: ubi contrà vindictæ irrevocabilis, ad coërcendam hominum pravitatem, exempla proponuntur: ubi invicta verè fidelium Martyrum & Confeſſorum in fide conſtantia decantatur: unde antiquiſſimæ ſanæque doctrinæ veritas repeti: unde legitimæ diſciplinæ Canones hauriri: unde caſtæ cærimoniæ, quæque alia priſci moris ritúsve ſunt, depromi: unde prudentiæ Chriſtianæ, in adminiſtrandis rebus non Eccleſiaſticis tantùm, ſed etiam Politicis, momenta deſumi: unde ſolemnes in Eccleſia νεωτεριζόντων, ſive illi in hæreſin, ſive in ſchiſma deflectant, errores fraudéſq; detegi, eorúmque profligandorum ratio ſimul iniri: ubi

(*b*) *Ita de iis Euſeb. Hiſt. lib. VI. Cap. XIII. pag. 62. a.* (*c*) *Hieronym. in Scriptoribus Eccleſ.* (*d*) *Photius. Cod. CX. pag. 288.* (*e*) *Ita de eo Baſilius M. de Spiritu S. Cap. XXIX. pag. 219.*

bi gliscentis corruptelæ imposturæve gradus observari possunt: ubi legitima Magistratuum in Ecclesia potestas solidè rmata, filii verò perditionis acherontica in gregem Christi udacia refutata reperitur. Quis non πολυθρύλλητον istum Athanasium, (f) τὸν φανώτατον τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας φωστῆρα, *clarissimum Ecclesiæ Alexandrinæ lumen*; de quo ἄξια μνήμης illa Nazianzeni: (g) Ἀθανάσιον ἐπαινῶν, ἀρετὴν ἐπαινέσομαι· ταυτὸν γὰρ ἐκεῖνόν τε εἰπεῖν καὶ ἀρετὴν ἐπαινέσαι, ὅτι πᾶσαν ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν εἶχε τὴν ἀρετὴν, ἢ τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἔχει. *Athanasium laudans, virtutem laudabo: idem enim est illum nominare, quod virtutem laudibus efferre: quoniam virtutes omnes in unum collectas possidebat: vel, ut veriùs loquar, possidet*: quis, inquam, illum sedula attentâque lectione non judicet dignissimum, cùm non tantùm sit (h) τὴν φράσιν σαφὴς καὶ ἀπέριττος καὶ ἀφελὴς, δεινὸς καὶ βαθὺς, καὶ λίαν τοῖς ἐπιχειρήμασιν εὔτονος, *ad dictionem quod attinet, perspicuus, minimè fucatus, & sincerus, vehemens ac profundus, & in argumentorum inventione felicissimus*: cùm non tantùm in eo emicuerit, & solis instar radios suos in totum terrarum orbem emiserit singularis γλώττης εὐστομία καὶ χάρις, verùm etiam tantus in eo sese exeruerit pro Orthodoxæ fidei defensione ardor, & in exstirpanda perfidia Arriana fervor, ut inde μεγάλου cognomen apud Græcos jure consecutus sit optimo? Quem non alliciat, & in sui amorem pertrahat ingens illud Pelasgûm decus, sanctus Nazianzi Episcopus, (i) δεύτερος θεολόγος, καὶ ἀήττητος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, *alter Theologus, & invictus Christi miles*: (k) ὁ τῆς θεολογίας ἐξ ἔργων ἐπώνυμος, *qui Theologi ex operibus nomen habet*: (l) ὁ ἐν θεολογίᾳ τεθρυλλημένος Γρηγόριος, *Theologiæ titulo decantatus Gregorius*: quem ipse etiam (m) Philostorgius, strenuissimus licèt Ἀρειομανιτῶν καὶ Χριστομάχων πρόμαχος, ab eruditione vel invitus commendat: qui suorum temporum (n) θηρία ἀνθρωπόμορφα Verbo DEI repulit, literas coluit & promovit, eas imprimis,

 quibus

(f) *Theodoret. Dial. I.* (g) *Orat. XXI. pag. 373.* (h) *Photius, Cod. CXXXIX. pag. 316.* (i) *Ita vocatur à Chrysost.* (k) *Photius Epist. I. pag. 5.* (l) *Idem, Epist. II. pag. 53.* (m) *Hist. Eccles. lib. VIII.* (n) *Ita Hæreticos vocat Ignatius in Epist. ad Smyrnenses.*

quibus istorum audacia & temeritas frangi posset: qui, ut multa paucis complectar, nihil intentatum reliquit, ut Ecclesiam, hæresibus corruptam, pristino restitueret nitori: qui concordiam Ecclesiasticam suæ etiam præferendam putavit vitæ; unde συμποιμένας ita est affatus: (o) Εἰ ὑμῖν ἐγὼ διαστάσεως αἴτιος, οὐκ εἰμὶ σεμνότερος Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου· βάλετέ με εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ παύσεται ἀφ' ὑμῶν ὁ κλύδων τῶν ταραχῶν. *Si ego dissidii vestri autor sum, non sum gravior Jonâ Prophetâ: projicite me in mare, & cessabunt fluctus turbarum.* Quis, obsecro, Basilium, Virum meritò dictum MAGNUM, sed MAXIMI cognomine digniorem, non ultrò fateatur, ejúsq; lectioni se totum non consecret? quis non concedat, ut cum Erasmo loquar, contumeliam esse, facundiam ejus cum quoquam eorum comparare, quorum eloquentiam supra modum admirata est Græcia? Quem mihi ex omnibus illis dabis, qui divi Basilii pectus numine plenum, non dicam æquârit, sed vel mediocri consequatur intervallo? quem, qui omnium disciplinarum circulum cum summa dicendi facultate conjunxerit? Ne momus quidem quidquam in eo desiderare posse videtur. Manat è sanctissimo pectore simplex ac naturalis oratio. Præstantur omnia, quæ ars potest, nec ulla tamen usquam artis significatio. Ἀνὴρ, ut cum (p) Gregorio Nysseno paucissimis infinita pene complectar, οὗ τὸ θαῦμα τῆς οἰκουμένης κοινὸν· παιδείας τῆς τε παρὰ Χριστιανοῖς, καὶ τῆς ἔξωθεν, κανὼν ἀκριβὴς, φιλοσοφίας ἄγαλμα, ἐπισκόπων τύπος, διδάσκαλος ἔργων καὶ λόγων σύμφωνος· παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνανταγώνιστον ἔχων τὴν εὐδοκίμησιν, πλὴν εἰ μὴ παρ' οἷς οὐδὲ Χριστός ἐστιν ἀβλασφήμητος. *Vir ille commune universitatis miraculum est, eruditionis Christianæ, & ejus, quæ à Gentibus tradita est, accurata norma, Philosophiæ imago, Episcoporum forma, rector consonus operum simul & verborum, cui apud omnes mortales gloria indelebilis constat, exceptis tamen illis, qui neque Christum blasphemiis incessere horrent.* Qui plura de eo cognoscere cupit, adeat (q) Gregorium Nazianzenum: (r) Theodoretum:

(o) Ita Gregorius Presbyter in vita ejus. (p) Orat. in XL. Martyres tom. II. p. 207. (q) In oratione εἰς Βασίλειον ἐπιτάφιῳ. (r) Hist. Eccles. lib. IV. C. XVI.

um: consulat (*s*) Photium, (*t*) Suidam, & alios. Quid de
Johanne, Archiepiscopo Constantinopolitano? Silebóne, an
oquar? Verba mea ejus gloriam minuerent potiùs, quàm
augerent. Judicium ergo Scaligeri, Viri post homines na-
tos eruditissimi, de eo audiamus. *Ego*, inquit, *studiosissimus illius
Patris sum, tum quia nullus melior N. Test. Interpres, tum & pro-
pter miram dulcedinem dictionis, quam post illum nullus Scriptor Ec-
clesiasticus consequi potuit.* Idem de eodem, etiam ante Scalige-
rum, sensit Erasmus. *Vix alius*, inquit, *in enarrandis sa-
cris voluminibus dexteriùs versatus est, quàm divus Johannes Chry-
sostomus, nec alius Scriptor magis accommodus his, qui se parant ad
munus concionandi.* Fuit ille *ὡς ἀληθῶς χρυσόστομος, χρυσοῦν τῆς
οἰκουμένης στόμα, τῆς σοφίας πέλαγος, aureum orbis os, sapientia pe-
lagus*, teste (*u*) Photio. Fuit (*x*) *μέγας τῆς οἰκουμένης φωστὴρ,
χρυσοῦς τὴν γλῶσσαν, magnum orbis luminare, linguâ aureus.* Ego
etiam, siquid judicare possum, ex suavissima & frequenti
hujus suadæ lectione nullo observare potui negotio, eloquen-
tissimum Oratorem istum dicendo tenuisse hominum cœtus,
cepisse animos, irrepsisse in sensus, movisse affectus, mentes
illexisse, voluntates impulisse quò voluerit, & unde voluerit,
deduxisse: vibrâsse interdum orationem fluminis incitati ri-
tu, pleno gurgite, & alveo redundante. Sed aureum sit os
oportet, quod aurei hujus oris eloquentiam pro dignitate
commendare cupit. Omnia ad compendium redegit Sui-
das. (*y*) *Οὐδεὶς, φησι, τῶν ἀπ' αἰῶνος τοιαύτην λόγων ηὐπόρησεν δα-
ψιλειαν, ἣν μόνος αὐτὸς ἐπλούτησε, καὶ μόνος ἀκιβδήλως τὸ χρυσοῦν τε &
θεῖον ἐκληρονόμησεν ὄνομα. Nullus*, inquit, *mortalium tantâ dicendi
copiâ abundavit, quantâ solus ille ditatus erat; & solus absque fuco
id aureum & divinum nomen hæreditario quasi jure consecutus est.*
Non prætereundus Epiphanius, non tacendus Gregorius
Nyssenus, qui ipsi quoque tum varietate sua, tum scriptionis
elegantiâ & aures & oculos mirificè demulcent. Imprimis
in eo Scriptorum Ecclesiasticorum censu, quorum lectio non
jucunda tantùm, sed utilis etiam, imò necessaria est, collo-
candus

(*s*) *In Biblioth. Cod. CXLI. &c.* (*t*) *In voce* Βασίλειος. (*u*) *Epist. II.* (*x*) *Theophylactus in C: XVIII. Lucæ.* (*y*) *In voce* Χρυσόστομος.

cindus Cyrillus, Episc. Alexandrinus. Quotus enim quisq; Lexicographorum hunc volutavit Autorem, & vel loquendi genera rariora, vel voces saltem minùs obvias inde excerpsit? Mihi certè nullum hactenus videre contigit. Hinc tantò majori cura, & diligentia eundem putavi legendum, & ab aliis, non sine Lexicorum vulgatorum insigni defectu, omissa, in meas referenda chartas. Quod quàm studiosè sit factum, Supplementi linguæ Græcæ Specimen, calci harum Observationum adjectum, satis docebit luculenter. Et quid de Theodoreto, qui verè δωρεὰ Θεοῦ, & Θεόσδοτος Cyri Episcopus? Ille, doctissimi Gualtheri nostri judicio, facundissimus est Scriptor. Ille inter cæteros Græcos Scriptores, qui præclara ingenii sui monumenta in omni disciplinarum genere literis mandaverunt, si non primum, certè inter primos locum obtinet. Quis enim Græcarum literarum non omnino rudis, non fateri cogatur, Theodoreti sermonem & stylum, sive ornatum & copiam, sive puritatem & proprietatem spectes, Demosthenis δεινότητα, & Isocratis γλυκύτητα & assequi, & æquare? Ab omni assentandi studio alienissimum hoc elogium esse, ultrò dabunt omnes illi, qui varia γλυκερώτατα hujus Scriptoris in plerosque utriusque Fœderis libros Commentaria vel à limine salutârunt. Ita olim judicavit ὁ κριτικώτατος τὴν ἀκοὴν Photius, ad cujus eruditam & sagacem salivam hic Theodoretus in Commentariis suis planissimè fuit: scribit enim: (z) *Μακρῷ οὗτος ὁ σοφὸς ἀνήρ. οὐχ Ἱππολύτου μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων τῇ τῶν προφητικῶν ῥημάτων ἀναπτύξει τε καὶ διακαθάρσει κρατεῖ· ἔστι δὲ τὴν φράσιν, ἤτις ἄλλος, ἑρμηνείαις πρέπων τῷ τε καθαρῷ καὶ διασήμῳ τῶν ῥημάτων ἀνακαλύπτων τὰ συνεσκιασμένα, καὶ τῷ ἡδύνοντι, ἅτε δὴ διαγλυκαίνοντι, προθυμοτέρους πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν παρασκευάζων. Doctus hic vir, non Hippolyto modò, verùm etiam aliis multis propheticorum sermonum interpretatione atque explanatione longè antecellit. Dictio ejus commentationi, si cujusquam alius, aptissima: nam & puris significantibúsque verbis abdita quæque & obscura revelat, & jucunditate quadam, quasi delinimento, suavíque lepore ad sui lectionem invitat.* Non alia de reliquis Commentariis ejusdem sententia est. Quid

(z) *In Biblioth. Cod. CCIII. pag. 525.*

Quid historiâ illius Ecclesiasticâ politius atque comtiùs? In ea, erum teste Photio, (a) σαφής τε, καὶ ὑψηλὸς, καὶ ἀπέριττος, *clarus & randis est, miniméque redundans.* Quid ejus Epistolis suavius? uid ἑλκυστικώτερον? Evolve libros de improbis Hæreticorum fa-ulis, divinorum decretorum epitomen, & agnosces, vel post enæum, Epiphanium & Augustinum, qui præclarè de Hæ-sibus scripserunt, eum lectu omnium esse dignissimum. O-tionibus ejus de Providentia nihil divinius, nihil, hisce im-rimis sceleratissimis temporibus, in quæ omnis atheorum au-acia videtur effusa, lectu utilius. Qui legendæ ἑλληνικῶν θεραπευτικῇ παθημάτων oculos animúmque admoverit, tam multi-lici rerum cognitione plenam inveniet, ut, nullos eum Poë-s, nullos Oratores, nullos Historicos, nullos præsertim Phi-osophos fugisse, facilè sit concessurus. Quid de Dialogis ipsius? iis omnis generis hæreses, personam Christi oppugnantes, deò nervosè, adeò solidè confutat, è contrario sanam & so-riam de eadem sententiam adeò doctè, adeò piè proponit t confirmat, ut non existimem, quenquam ex veteribus, in hoc uidem difficili themate, quidquam solidius dedisse: ut sum-iopere mirer, cur non pressum hoc, & singulari eruditione efertum, & eleganti sermonis charactere ornatum, exquisitâ-ue methodo concinnatum trium Dialogorum opus in majori recio habeatur, nec majori studio Juventuti inculcetur, nec oco profanorum Autorum in Gymnasiis publicè explicetur.

Sed quò tantorum Virorum amor, quò eloquentiæ & ruditionis eorum recordatio me rapit? Præstat silentio præ-erire, quàm ἐξ ἐπιπολῆς tantùm & perfunctoriè commemora-e Ignatium, Tatianum, Macarium, Cyrillum Ierosol. Syne-um, Isidorum Pelusiotam, Theophilum, Maximum, Dama-cenum, Oecumenium, Photium, Theophylactum, alios, quo-um scripta dignissima sunt, quæ diurna nocturnáque ver-entur manu.

Quòd si nunc vel liberet, vel etiam per angustos, quos iihi ipsi circumdedi cancellos, liceret in patentissimum cam-um illum de multiplici, imò infinito pene usu lectionis ho-

)( )(rum

(a) Cod. XXXI pag. 19.

rum Autorum excurrere, non folia, ſed volumina chartæ eſſent implenda: nec, etſi diffuſa de hac materia haberetur Oratio, minimam dicendorum partem verbis conſequi poſſem. Alii, Viri undique doctiſſimi, in hac ſeſe palæſtra mirificè exercuerunt: non igitur conſultum, ut actum agam, aut δυσαχθὲς καὶ δυσδιακόμιστον φορτίον humeris meis ſine neceſſitate imponam. Idque eò etiam minùs neceſſarium, quia præſens Obſervationum ſacrarum liber nihil aliud, quàm ſpecimen utilitatis lectionis Patriſticæ continet, totúſque labor, in illo exantlatus, non in aliud ſuſceptus finem, quàm ut Linguæ Græcæ ſtudioſi intelligant, quanta ex hoc Scriptorum genere commoda haberi poſſint. Quod tamen non ita velim acceptum, quaſi profanos Autores Græcos è Studioſorum manibus exiſtimem excutiendos eſſe. Nimiùm illud εὐηθὲς eſſet, & inconcinnum. Habent namque illi etiam multa ἀξιόλογα καὶ ἀξιόκτητα. Annon enim Iſocratis Parænesis ad Demonicum adoleſcentum format mores? ánnon, quæ Reges & Principes deceant, quæ item ſubditorum erga Magiſtratum ſint officia, ejusdem Evagoras & Nicocles, ὡς ἐν ἀμαλθείας κέρᾳ, affatim ſuppeditant? ánnon, quæ domi foriſque agenda ſint, præ cæteris Panegyricus & Panathenaicus, omnium præſtantiſſimæ Orationes, omnium oculis ſubjiciunt? Stylum ejus ſi ſpectes, eloquentiæ quaſi mercator atque opifex eſt habitus. (b) Κέχρηται μάλιστα εὐκρινείᾳ καὶ καθαρότητι. πολλήν τε ἐπιμέλειαν περὶ τὴν ἐργασίαν τῶν λόγων ἐπιδείκνυται. *Uſus eſt maximè ordinata rerum digeſtione & puritate, magnámque curam in elaborandis orationibus adhibuit.* Imò (c) *in compoſitione adeò diligens, ut cura ejus reprehendatur.* De Demoſthene, Romanæ eloquentiæ pater audiatur. Quid de illo? Eum modò (d) *perfectum Oratorem, cui nihil admodum deſit,* modò (e) *unum eminere inter omnes in omni genere dicendi,* modò (f) *ſententiarum ornamentis & conformationibus omnibus præſtare,* modò (g) *in omni orationis genere verſatum eſſe,* prædicat: modò (h) *ſummam ei dicendi vim* concedit: aliàs eum (i) *adeò dicere Atticè* ſcribit, *ut ne Athenas*

(b) *Photius, Cod. CLIX. pag. 329.* (c) *Quintil. lib. X.* (d) *In Bruto, pag. 216. n. 17.* (e) *In Orat. p. 266. n. 56.* (f) *In Bruto, p. 228. n. 72* (g) *In Orat. p. 266. n. 59.* (h) *Lib 1. de Orat. p. 121. n. 44.* (i) *In Orat. p. 256. n. 12.*

…as quidem ipsas magis Atticas putet: aliâs *(k) ad eum au-diendum concursum ex tota Græcia fieri consuevisse:* aliâs *(l) Ora-tione pro Ctesiphonte nihil perfectius fieri potuisse.* Si ad Historicos …ergamus, magno se nobis agmine offerent, quorum attenta …ectio non orationem tantùm ornare, sed actiones etiam diri-…gere & emendare poterit. Offeret se Thucydides, Ciceroni *(m) vir summus, (n) autor locuples.* De quo luculentissima …jusdem: *(o) Post Herodotum Thucydides omnes dicendi artificio, …eâ sententiâ facilè vincit: qui ita creber est rerum frequentiâ, ut …erborum propè numerum sententiarum numero consequatur. Ita …orrò verbis aptus & pressus, ut nescias, utrum res oratione, an ver-…a sententiis illustrentur.* Lipsius de eodem: *(p) Thucydides …es nec multas, nec magnas nimis scripsit, sed palmam fortasse præ-…ipit omnibus, qui multas & magnas. Elocutione magnus & brevis, …ensus sententiis, sanus judiciis, occultè ubique instruens, actiones vi-…ámque dirigens, orationibus & excursibus pene divinus. Quem quò …æpius legas, plùs auferas: & nunquam tamen dimittat te sine siti.* …ucceder Polybius, Casaubono judice, tantus, ut non possit …liquis neque Græcus inveniri, neque Latinus ex illo meliore …eculo; nedum è posterioribus, quem Polybius non pluribus …ntecedat; & pauci è cunctis sive Græcis, sive Romanis, cum …pso mereantur componi, anteponi certè nullus. Recta & salu-…aria ubique ejus monita. Taceo Xenophontem, Dionysium …Halicarnasseum, Plutarchum, alios quàm plurimos: sed tacere …non possum Diodorum Siculum, qui ἱστορικὴν βιβλιοθήκην, & …eam quidem instructissimam, nobis reliquit: cujus elogia a-…pud Justinum Martyrem, & apud Eusebium Pamphili exstant …pulcherrima. (q) Κέχρηται, ut de eo Photius, φράσει σαφεῖ …τε καὶ ἀκόμψῳ, καὶ ἱστορίᾳ μάλιστα πρεπούσῃ. *Stylo utitur perspicuo, …nec affectato, sed qui historiam maximè deceat.* Nec profani illi …Autores ideò tantùm φιλέλλησι commendandi, quia inde, quæ …ad linguæ Græcæ & notitiam & elegantiam faciunt, copio-…sè colligi possunt: quia hinc inde sparsa repeṛiuntur monita, …præcepta, exempla, quæ hominis mentem optimis nonnun-

(k) In Bruto, p. 247. n. 159. (l) In Orat. p. 269. n. 73. (m) In Bruto, p. …117. n. 21. (n) Ibid. n. 23. (o) Lib. 2. de Orat. p. 147. n. 30. (p) In Notis ad …lib. 1. Polit. Cap. IX. p. 484. (q) In Biblioth. Cod. LXX. p. 104.

quam formant institutis: sed etiam, quia, ut magnus scribit Theologus, minimè nefas est, Hebræorum exemplo, apud Philistæos vomeres nostros, ligones, & rutra exacuere, ut hisce instrumentis adjuti, arvum Dominicum pastinare, omnésque glebas ejus frangere, atque, ut Apostolico verbo utar, ὀρθοτομεῖν commodiùs possimus. Certè non solùm Israëlitarum, sed Tyriorum quoque opera in exstruendo templo Domini usus est Solomon, quemadmodum & tabernaculum Ægyptio auro exornaverat Moses; quidnî nobis quoque liceat, quicquid uspiam veri est, è mendaciorum sterquiliniis, tanquam uniones è conchis, eruere, Ethnicisque, ut malæ fidei possessoribus ereptum, Christo, qui veritas est, asserere & vindicare? Nemo fastidit gemmam, eò quòd in capite bufonis reperta; aut mel, quòd apum sit sputum; aut odoramenta, quæ bestiarum quarundam sunt retrimenta. Cur igitur nos subsidia contemnamus, eò quòd ex Ethnicorum scriptis sint depromta? Illa autem ὅλῳ τῷ θυλάκῳ varia ministrare, quorum ope ipsi sacrarum literarum Interpretes magnam Contextui sacro lucem fœnerari queant, testantur æterna laude & memoria dignissima, πάσης παιδείας ἀγαλμάτων ἐμψύχων scripta, Bezæ, Casauboni, Camerarii, Gomari, Salmasii, Heinsii, Cameronis, Spanhemii, Bocharti, Pricæi, Boisii, & aliorum, quorum nomina memoriam nunc fugiunt.

Quanquam autem multiplicem eorum scripta utilitatem habeant, neminem tamen esse puto, quin agnoscat, apud eosdem mista esse mala bonis, magnámque ibidem ψυχοφθόρων reperiri farraginem, ac proinde ipsam imprimis juventutem, utpote δυσέλπιστον, δυσεξαπάτητον, δυσάλωτον [illegible] πρὸς κακίαν ὀξύῤῥοπον, optimorum lectione Autorum frenandam, & intra honesti cancellos continendam esse. Id verò tum fit felicissimè, quando post sacrarum Literarum lectionem ad eos statim sese convertit libros, qui continent præcepta virtutis: qui docent, quomodo unusquisque in omni parte vitæ sese gerere debeat, quid ab uno quoque exigatur, quid quemque deceat, quid patriæ præstandum, quid Parentibus, quid propinquis, quid universo hominum generi: qui docent, quæ sit vera Religio, quam Christus, quam Apostoli & voce & calamo tradiderunt, quam anti-

antiquissimi Patres & Doctores, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης διδάσκαλοι & φωστῆρες, monumentis suis celebraverunt: quam sancta Christi Ecclesia dogmatibus suis profitetur, quam Verbi præcones promulgant, vita & exemplo commendant. Continent autem ad pietatem omnémque virtutem ὁρμητήρια: docent, quid faciendum, quid fugiendum: tradunt, quid credendum, quid rejiciendum: utilia tantùm instillant, imò rerum insuper varietate Lectorem subinde delectant illi ipsi, de quibus nobis sermo, Scriptores Ecclesiastici. Insignis hujus utilitatis qui clarissima requirit exempla, adeat cedro dignissimas summi Viri, Gerardi Johannis Vossii Theses Theologico-historicas, & sibi satisfactum fatebitur. Illud ipsum luce meridiana clarius ex hisce quoque Observationibus patere confidimus. Quis enim cum quadam animi voluptate non volvat ea, quæ varios in primitiva Ecclesia circa σωφρονισμὸν peccatorum observatos ritus proponunt? Quis non salutiferæ Incarnationis Christi, Circumcisionis, Paschatis, Baptismi & S. Cœnæ Nominibus, in unam veluti tabellam congestis, variisque, passim intersertis observationibus Theologicis & Philologicis, oculos suos pascat? Quem non sanctissima illa Patrum in sanctissimam Servatoris nostri Orationem μελετήματα; quæ hîc ἀφθόνως producta, ipsi Orationi clarissimam in multis lucem, Lectori verò ad pietatem præferunt facem fulgentissimam; ad idem aliquando fragrantissimum myrothecium, rerum omnigenarum suavissimum odorem exhalans, recludendum exciarent & incitarent? Idem præstare potest *Specimen Supplementi Linguæ Græcæ*, in quo πρόγευμα tantùm quoddam eorum, quæ vulgatis necessariò adhuc adjicienda essent Lexicis, exhibere volui, reliquis, eodem pertinentibus, in *Thesaurum Ecclesiasticum*, cujus in ipsis etiam Observationibus semel atque iterum facta mentio, rejectis. In eo namque non tantùm vocabula à Scriptoribus Ecclesiasticis usurpata, à Lexicographis verò vel prorsus omissa, vel non satis explicata, exstabunt: sed omnia insuper ex iisdem collecta; quantum indefesso labore efficere & consequi licebit, apparebunt; quæcunque ad Vocum & Phrasium explicationem, quæcunque ad variorum Rituum, Sanctionum, Sacrorum, Cærimoniarum, rerúmque

 alia-

aliarum enodationem aliquid conferre videbuntur. Atque horum conatuum ἴνδαλμα quoddam & ἀποσκίασμα hæ etiam Obſervationes ſatis frequenter exhibent. Exhibent Capite primo in variis vocis μετανοίας ſignificationibus: exhibent Capite quinto in vocibus Συγκαταβαίνω, Συγκατάβασις & Τραπεζίτης: Capite octavo in verbo Ἁγιάζω: Capite decimo in voce Ἐπιούσιος: Capite undecimo in vocibus Πειρασμὸς, Δύναμις, Δόξα, Αἰών: exhibent imprimis Capite duodecimo in examine vocum Ἄγαλμα, Ἀγαπητὸς, Ἀγαπητὴ, Συνείσακτος, Ἐπείσακτος, Ἀδελφή.

Scio, non defuturos, & fortè jam eſſe Viros doctos, qui Symboli, quod Apoſtolicum vocamus, examen hîc non apparere, mirabuntur: mirari autem deſinent, ubi intellexerint, nec mihi, nec Typographo licuiſſe uberiorem, nunc quidem, Tractatum in lucem emittere. Ubi hæc in hoc ſcribendi genere ἀπαρχήματα æquis Lectoribus; quorum humanitati, non virgulæ cenſoriæ, omnia ſubjecta ſunt; grata eſſe cognovero, ut non in Apoſtolicum tantùm, ſed etiam in Athanaſianum & Conſtantinopolitanum Symbolum, Veterum exſtent meditationes, operam dabo.

Quòd verò; Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Prudentiſſimi, Excellentiſſimi, Doctiſſimi, Præſtantiſſimiq; Viri; Vobis perexiguum hoc offero munuſculum, id ſine rationibus fieri haud exiſtimo. Elapſus jam eſt annus vigeſimus, cùm, ſingulari omnino providentia, cum Avunculo & Patruo Veſtro, DN. JOH. JACOBO WEPFERO, Viro verè Magnifico & Ampliſſimo, apud Dieſſenhofios Sculteto digniſſimo, Mæcenate ſummo, amicitiam atque familiaritatem contraxi. Ex quo tempore Ille me, meósque, quamvis nihil minus meritos, tanta proſecutus fuit humanitate & benevolentia, ut ſæpe, qua tandem ratione gratum ſummo huic Fautori & Patrono animum publico probarem teſtimonio, ſolicitè ſatis mecum deliberaverim. Idque hoc etiam feci diligentiùs, quia ex dulciſſimo iſto Amicitiæ fonte Veſtri quoque propenſiſſimi Favoris rivuli in me non tantùm manârunt hactenus, ſed copioſè etiam ſeſe effuderunt, & quotidie adhuc effundunt. Varia Veſtra in me merita poſſem, & meritò etiam hoc loco prædi-

ædicare deberem: at, cùm hanc Vos gloriolam; qui enim
gò, omnibus dicendi leporibus ac festivitatibus destitutus,
estra pro dignitate commendem; nequaquam exspectare,
edum affectare sciam, ea dicere supersedeo, quæ sigillatim,
: optima licèt fide narrata, vix assentationis suspicionem a-
ud horum ignaros effugere possent. Dum verò animi in-
umerabilium beneficiorum haud immemoris statuam Pa-
onoIlli statuere cogito, suam mihi offert operam Typogra-
hus, & præsentem, quem jam inchoatum habebam, Obser-
ationum sacrarum librum ad prelum exposcit. Ego non a-
am ob caussam eò me pertrahi fui passus, quàm quia diu de-
deratam, & anxiè quæsitam mihi oblatam sperabam occasio-
em, meo non solùm voto, sed etiam officio satisfaciendi,
'ósque Viros Nobilissimos, Amplissimos, Excellentissimos,
'ræstantissimósque, ipsa sanguinis & animorum conjunctio-
e arctissimè devinctos, in hujus Opusculi frontispicio con-
ungendi. At DEUS, cujus nutu & arbitrio omnia regun-
ur, & qui

— — — — Vitæ

Arbiter, & mortis solus mortalibus Author,

Eum, cui Vos quoq; primas hîc animo detulissetis promtissi-
no, ἐκ τῆς πολυστενάκτυ τε ϗ ἐμφθάρτυ ζωῆς εἰς μακαρίαν ϗ ἄφθαρτον
ἀπάγων, in vitam beatam, quæ non tantùm in vacuitate ægri-
udinis & doloris, sed etiam in certa & stabili omnis lætitiæ, o-
nniúmque bonorum possessione posita est, traduxit. Quam
uidem supremam & perpetuam felicitatem etsi Ei minime in-
ideamus, tam eximium tamen Patriæ Patrem, & Fautorem
obis ereptum esse, maximè dolemus: Christianis interim di-
na patientia id ferentes, quod mutari nequit. Quamvis au-
em ἑξάδα Virorum Amplissimorum Doctissimorúmque im-
iinutam videam, consilium tamen meum minimè mutandum
uto. Vos, πεντάδα & stemmate & eruditione nobilissimam,
)ptimus Maximus DEUS superstites esse vult; & ut dein-
eps etiam, ad seros usque posteros, incolumes esse velit, se-
iò rogandus, quò sic nomen atque fama Vestra, longè jam
atéque vulgata, magis magisque terrarum orbem peragret:
uò fic, ut ut difficilioribus amplioribúsque implicati negotiis,
in id

in id maximè incumbere pergatis, ut omnes intelligant, Vobis literarum, literatorúmque propagatione & promotione nihil esse antiquius. Vobis igitur, Nobilissimi, Amplissimi, Prudentissimi, Excellentissimi, Præstantissimique Viri, húsce labores meos, tanquam certissimum meæ erga Vos non tantùm gratitudinis, sed etiam debitæ observantiæ monumentum ac pignus, dicatos & consecratos volo, simúlque, ut huic conatui faveatis, præsentem laborem, Nomini Vestro inscriptum, serena fronte suscipiatis, eundem non suo precio, sed meo erga Vos affectu metiamini, Vestróque me proporro favore dignemini, etiam atque etiam rogo. Dabam Tiguri X. Kalend. Septembris, MDC LXV.

IN

DN. JOH. CASPARI SVICERI, SS. Literarum in Schola Tigurina Professoris, Observationum sacrarum librum.

Θεολογῶν καὶ Φιλολογῶν, ΣΟΥΙΚΗΡΕ ἄριστε,
Πάντα βίον καλῶς ἢ πολυΐδρεις ἄγεις.
Οὔτε πόνος καρποῦ λειφθήσεται, οὔτε τὰ θείας
Σπουδῆς ἀϊδίου ἔργματος εὐκλείης.

Joh. Rodolphus Wetstenius, S. Th. D. & in alma Basiliensi Professor, L. M. Q. apposuit.

SACRA-

SACRARUM OBSERVATIONUM LIBER SINGULARIS.

CAPUT I.
DE POENITENTIA.

Introitus: Omnia cum Deo incipienda. Expenduntur vocis, μετάνοια, significationes. I. Notat Pœnitentiam, quæ est aversio à malo, & conversio ad bonum. Μεταμέλεια & μεταμέλεσθαι *etiam de vera usurpantur pœnitentia.* Μετανοεῖν *aliquando simulatam notat pœnitentiam. II. Notat Pœnitentiam eorum, qui in primitiva Ecclesiá pœnis castigabantur Ecclesiasticis. Horum Pœnitentium gradus sunt quatuor:* 1. Πρόσκλαυσις. 2. Ἀκρόασις. 3. Ὑπόπτωσις. 4. Σύστασις. *III. Notat inclinationem, seu, ut vulgus loquitur, reverentiam, quæ fit inclinatione.*

AUXILIUM NOSTRUM SIT IN NOMINE DOMINI, QUI FECIT COELUM ET TERRAM, AMEN.

Quid nî, Lector Christiane, hócce pium votum Observationibus nostris præmitteremus sacris, ἀξιομνημονεύτοις non solum veritatis alumnorum, sed etiam τῶν ἔξω monitis, ad hoc ipsum excitati? In ipso limine, ὡς γλυκύτατόν τι τῶν ἑξῆς ἑπομένων προοίμιον, pauca libemus. Gregorius Nazianzenus Ἀπολογητικὸν his ferè, pag. 1. orsus est verbis: Τάξις ἀρίστη, παντὸς ἀρχομένῳ καὶ λόγου, καὶ πράγματος, ἐκ Θεοῦ τε ἄρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν ἀναπαύεσθαι. *Optimus hic do est, ut qui sermonem, vel negotium aliquod auspicatur, à Deo inium ducat, & in Deo conquiescat.* Idem Orat. I. de Pace, quæ dine XII. est, pag. 198. scribit: Παρὰ Θεοῦ καλὸν ἅπαν καὶ ἄρχεται, εἰς τέλος ἔρχεται. *A Deo omne bonum initium ducit, atque ad fim perducitur.* Et Marcus Eremita de lege spirituali, Sect. III. ag. 263. Καταρχέτω οὖν πάσης προθέσεως ὁ καταρχων παντὸς ἀγαθοῦ, τως κατὰ Θεὸν γίνοιτο τὸ προκείμενον. *Incipiat ille omne animi tui proposi-*

Omnia cum Deo incipienda.

tum, qui omnis boni principium est, ut secundum Deum fiat, quidquid sibi proposuisti. Synesius Epistol. XIII. pag. 12. ita exorditur: Θεὸς ἡγείσθω παντὸς ἔργου καὶ λόγου. *Deus omnia praeat facta & dicta.* Chrysostomus Homil. XV. tom. VIII. pag. 92. Μηδὲν μήτε ποιῶμεν, μήτε λέγωμεν, πρὶν ἢ τὸν Θεὸν καλέσαι καὶ παρακαλέσαι, συνεφάψασθαι τῶν ἐν χερσὶν ἡμῶν ἁπάντων. *Nihil neque faciamus, neque dicamus priùs, quàm Deum vocaverimus & rogaverimus, ut in omnibus negotiis nobis auxilio suo prestò sit.* Elegantissimè Basilius M. in Psal. XXXIII. tom. I. pag. 205. 206. Μήτε ὀφθαλμὸς σαλευέσθω ἄνευ Θεοῦ· μὴ χεὶρ κινείσθω ἄνευ Θεοῦ· μὴ ἡ καρδία διανοείσθω τὰ μὴ εὐάρεστα τῷ Θεῷ· καὶ ὅλως ἀπὸ μηδενὸς ἄλλου σαλευθήτωσαν, μηδὲ αὐτοὺς τι κινείτω, εἰ μὴ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος. *Nec oculus, nec manus prater Dei voluntatem moveantur: sed ne cor quidem ea, qua Deo non placent, cogitet: nec ab ulla prorsus alia caussa moveantur, neque ista quidquam aliud moveat, quàm timor Dei.*

Consentiunt οἱ ἔξω. Epictetus, dissertat. lib. II. cap. XVIII. Μέγας ὁ ἀγών ἐστι, θεῖον τὸ ἔργον· τοῦ Θεοῦ μέμνησο· ἐκεῖνον ἐπικαλοῦ βοηθὸν καὶ παραστάτην, ὡς τοὺς Διοσκούρους ἐν χειμῶνι οἱ πλέοντες. *Magnum est certamen, divinum opus: Dei memor esto: eum advocato adjutorem & parastatam, quemadmodum Castorem & Pollucem in tempestate navigantes.* Demosthenes, Epist. I. Παντὸς ἀρχομένῳ σπουδαίου λόγου καὶ ἔργου, ἀπὸ τῶν θεῶν ὑπολαμβάνω προσήκειν ἄρχεσθαι. *Omni orationem & opus aliquod praclarum aggredienti à diis initium ducendum esse existimo.* Cicero, lib. II. de Legibus: *À diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.* Idem in Vatinium testem: *Omnium rerum a diis immortalibus principia ducuntur.* Virgilius Eclog. III.

Ab Jove principium, Musa.— —

C. Plinius Secundus, Panegyricum, Trajano dictum, ita exorditur: *Bene, ac sapienter Majores instituerunt, ut rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus caperetur: quòd nihil rite, nihilque providenter homines sine deorum immortalium ope, consilio, honore auspicarentur.*

Sine Dei auxilio omnis conatus irritus est.

Et meritò quidem ab imploratione auxilii divini omnes nostras incipimus actiones. Etenim ὁ Θεὸς πόρους ἐξ ἀπόρων εὑρεῖν δυνάται, *Deus in rebus intricatis & difficilibus exitum invenire potest,*

-st, teste Chrysost. Homil. XXXIV. in Genesin. ὅταν ὁ Θεὸς παρῇ καὶ συνεφάπτηται, κἂν ἁπάντων ἀπορώτερα ᾖ τὰ προκείμενα, ἅπαντα εὔκολα καὶ ῥᾴδια γίνεται. *Si Deus adsit, suoque nos auxilio sublevet, si, quæ nobis proposuimus, difficillima sint, omnia expedita & facilia fiunt,* ex ejusdem Chrysost. sententia, Homil. XV. t. VIII. quæ est περὶ τοῦ, Ποίας δεῖ ἄγεσθαι γυναῖκας. Iterum Chrysost. in Psalmum CXVII. Δυνατὸν τῷ Θεῷ καὶ ἐξ ἀπόρων πόρον εὑρεῖν. *Deus in rebus etiam maximè intricatis & difficilibus exitum invenire potest.* Gemina sunt, quæ idem in Psal. CXXIX. habet: Ῥάδια τῷ Θεῷ πάντα καὶ εὔκολα, καὶ ἐξ ἀπόρων πόρον εὑρεῖν δυνήσεται. Et in Psal. CXXXIV. Πολλὴ ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία, καὶ ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει πόρους. *Multiplex Dei sapientia est, & in rebus arduis ac difficilibus exitum invenit.* Et, Χωρὶς τῆς θείας ῥοπῆς οὐκ ἄν τι τῶν ἀγαθῶν εἰς τὰς ἡμετέρας ἔλθοι ψυχάς. *Sine auxilio divino nihil prorsus boni nostras ingreditur animas,* monente rursus Chrysost. Hom. LXXIV. tom. VI. Κἂν μυριάκις σπουδάζωμεν, οὐδὲν οὐδέποτε κατορθῶσαι δυνησόμεθα, εἰ μὴ καὶ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς ἀπολαύσαιμεν. *Etiamsi infinito nos maceremus studio, nihil unquam præclari præstare poterimus, ni superno suffulti simus auxilio;* ejusdem, Homil. LVIII. in Genesin, verissimum effatum est. Et Homil. XII. in Epist. ad Hebræos: Κἂν σπουδάζῃς, μὴ νόμιζε, σὸν εἶναι τὸ κατόρθωμα· ἂν γὰρ μὴ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς τύχῃς, πάντα εἰκῇ. *Etiamsi tuum conferas studium, ne tamen existimes, tuum illud esse opus: sine Dei enim auxilio, omnia vana sunt.* Synesius, Epist. CXXXIX. pag. 87. Θεοῦ παρόντος, ἅπαν ἄπορον πόριμον. *Deo præsente, omnia invia pervia fiunt: paratu difficilia, parabilia redduntur.* Cyrillus Alexandr. lib. I. de Adorat. pag. 11. Ἔνδεια τῶν παρὰ Θεοῦ χαρισμάτων, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ παντὸς ἀπογύμνωσις ἀγαθοῦ. *Dei donorum inopem esse, nihil est aliud, quam omni bono destitutum esse.*

Hoc agmen Gregorius Nazianzenus, & Isidorus Pelusiota claudant. Nazianzenus quidem in Jambis πολυθρύλητον illud nobis inculcat:

> Θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος·
> Καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει πόνος.
> *Volente (Deo) livor nil obstabit invidus:*
> *Nolente, nil labor præstabit improbus.*

Isidorus verò Epist. CLX. lib. III. pag. 321. Ἡ θεία μακροθυμία

θυμία (σοφία) πόρους ἐν ἀπόροις, καὶ μηχανὰς ἐν ἀμηχάνοις εὑρίσκει. *Divina æquanimitas (sapientia) exitum in rebus dubiis, & consilia in rebus maximè perplexis invenire solet.* Hujus igitur ἀμηχάνῳ Θεοῦ πολυμηχάνῳ, ἀπόρῳ τε ἀκαταλήπτῳ σοφίᾳ τε καὶ ἐξουσίᾳ freti, ad nostrum deinceps accedimus propositum.

Μετάνοια variè accipitur.

Μετανοίας vox apud Scriptores Ecclesiasticos varias sortita est significationes.

I. notat Pœnitentiam, quæ est fuga mali, & studium boni.

I. Μετάνοια, si usitatissimam, & notissimam vocis spectemus significationem, est sincera ad Deum, & omne bonum conversio; sedula verò à Diabolo, & omni malo aversio. Est mutatio sententiæ, idque ex vi præpositionis μετὰ: ac proinde μετανοεῖν est *post cogitare*, seu *secundo cogitare*: μετατίθησι γὰρ τὸν νοῦν ἀπὸ τοῦ κακοῦ πρὸς τὸ ἀγαθόν. Ita in quæstionibus, quæ Athanasio adscribuntur, quæst. CXXXIII. de Parabolis, tom. II. pag. 435. Μετάνοιά ἐστιν, οὐχ ἡ τῶν γονάτων κλίσις· ἀλλ' ἡ ἀποχὴ τοῦ κακοῦ· καὶ τὸ πενθεῖν, καὶ θρηνεῖν, καὶ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τῶν προημαρτηκότων ἀφέσεως. Διὰ γὰρ τοῦτο λέγεται μετάνοια, ὅτι μετατίθησι τὸν νοῦν ἀπὸ τοῦ κακοῦ πρὸς τὸ ἀγαθόν. *Resipiscentia non est genuflexio: sed abstinentia à malo, & se ipsum angere, lamentari, & Deum priorum peccatorum remissionem rogare. Hinc enim dicta est* μετάνοια, *quia mentem à malo ad bonum transfert.*

Chrysostomus, Homil. X. in Matth. t. II. pag. 67. duos suprà dictos pœnitentiæ actus etiam notat. Μετάνοιαν λέγω, οὐ τὸ τῶν προτέρων ἀποστῆναι κακῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἄμεινον, ἐπιδείξασθαι καλά. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ εἰς ὑγείαν ἡμῖν τὸ βέλος ἐξελεῖν μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῷ τραύματι φάρμακα ἐπιθεῖναι. *Illud resipiscentiam voco, non tantùm à prioribus abstinere malis, sed etiam, quod longè melius est, bona præstare. Etenim ad recuperandam sanitatem non sufficit, solum extrahere telum, oportet vulneri etiam medicamenta applicare.*

Aretas in Cap. III. Apocal. pag. 903. Μετάνοιά ἐστι μετάθεσις ἀπὸ τῶν χειρόνων, καὶ μεταβολὴ ἐπὶ τὸ βέλτιον. *Resipiscentia est mutatio à pejoribus in melius.*

Minùs accuratè ex Veteribus illi sunt locuti, qui in hac mentis mutatione, omisso termino ad quem, ut in Scholis loquuntur, termini tantùm à quo meminerunt. Id fecit Gregorius Nyssenus de Pœnitentia, t. II. pag. 175. his verbis: Τοῦτο

ἡ μετ-

μετάνοιά ἐστι, λύσις καὶ ἀφανισμὸς τῶν πρώην ἢ κατὰ πρᾶξιν ἐνεργουμένων, ἢ κατὰ διάθεσιν νενεμένων. *Resipiscentia nihil aliud est, nisi solutio & abolitio præteritorum, quæ vel actione, vel cogitatione admissa sunt.* Id etiam fecit Zonaras ad Can. XXXIX. Basilii M. p. 10. Μετάνοιά ἐστι τὸ μεταμέλεσθαι τὸν ἁμαρτήσαντα ἐφ' οἷς ἥμαρτε, καὶ ἄχνεσθαι ἐπ' αὐτοῖς. *Resipiscentia est, quando, qui peccavit, pœnitentiâ ducitur, & ob admissa peccata luget.*

Hunc verò scopulum diligenter evitavit Chrysostomus in Psal. IV. Οὐκ ἀρκεῖ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν, ἀλλὰ δεῖ προσεῖναι καὶ τὴν ἐργασίαν τῶν ἀγαθῶν· καὶ γὰρ ἡ ἀργία τῆς ἀρετῆς κόλασιν οἶδε προξενεῖν, οὐχ ἡ ἐργασία τῆς πονηρίας μόνον. *Non est satis à rebus malis abstinere, sed bonorum quoque operationem adesse oportet: etenim virtutis etiam neglectus pœnam conciliare solet, non tantùm malitia operatio.* Hic idem locus adducitur etiam in Catena in Cap. I. Jobi, pag. 9.

Et Homil. XXXIII. in Johannem, t. II. pag. 694. Ἔστι μετάνοια, τὸ μηκέτι τὰ αὐτὰ ποιεῖν· ὁ γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρῶν, ἔοικε τῷ κυνὶ τῷ πρὸς τὸν ἴδιον ἔμετον ἐπανιόντι. *Resipiscentia est, eadem non amplius patrare: qui enim eadem aggreditur, similis est cani ad vomitum suum redeunti.*

Basilius M. in Moralibus, an Eustathius Sebastiensis, (huic enim à nonnullis constanter attribui Ascetica illa monet Sozomenus Hist. Eccles. lib. III. κεφ. ιδ'. p. 42. & ex Sozomeno Nicephorus lib. IX. cap. XVI. & lib. XIII. cap. XXIX. & ex Nicephoro Nicetas in Gregorii Nazianzeni Orat. XXX.) cap. IV. tom. II. pag. 280. Τοῖς μετανοοῦσιν οὐκ ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν ἡ ἀναχώρησις μόνη τῶν ἁμαρτημάτων· χρεία δὲ αὐτοῖς καὶ καρπῶν ἀξίων τῆς μετανοίας. *Resipiscentibus ad salutem non sufficit, ut tantùm à peccato recedant: sed ipsis etiam necessarii sunt fructus resipiscentiâ digni.*

Theodoretus in Psal. LXXXIV. t. I. p. 737. Ἡ πρὸς τὸν Θεὸν τῆς καρδίας ἐπιστροφὴ, τῶν πταισμάτων ἀπαλλαγὴ, καὶ τῆς δικαιοσύνης ἀρχή. *Cordis ad Deum reditus, est liberatio à peccatis, & justitiæ principium.*

Nicetas in Catena in cap. I. Jobi, pag. 9. Ὁ ἀπεχόμενος τῆς πονηρίας, οὐκ ἤδη καὶ δίκαιος· ὁ δὲ δίκαιος, πάντως καὶ τῆς πονηρίας μακράν ἐστιν· ἀρχὴ μέντοι τῆς τῶν καλῶν ἀναλήψεως, ἡ ἀπομάθησις τοῦ κακοῦ. *Qui ab improbitate abstinet, non continuò justus est: qui autem justus est,*

omnino ab improbitate longè recedit: principium enim receptionis bonorum, est mala dediscere.

Non tantū μετάνοια & μετανοεῖν, sed etiā μεταμέλεια & μεταμέλεσθαι de vera usurpantur resipiscentia.

Hîc non fuerit ἀπροσδιόνυσον, illam excutere quæstionem: An etiam μεταμέλεια & μεταμέλεσθαι de vera, & non fucata usurpentur resipiscentia. Existimant Viri docti, μετανοεῖν nunquam poni, nisi in bono; semper enim cum μετανοίᾳ cohærere σωφρονισμὸν· μεταμέλεσθαι verò declarare, post rem aliquam factam solicitum & anxium esse, nec propriè complecti vitæ & consilii mutationem in melius. Atque ad stabiliendam sententiam suam afferunt exemplum Judæ, τοῦ συγητοῦ καὶ ἀποστατοῦ, de quo Matthæus dicat μεταμεληθεὶς, non μετανοήσας. Quid hæc, siquidem κυριολογεῖν velimus, significent, non disputamus: at, cum verba valeant usu, ut nummi, id confidenter asserimus, μετανοεῖν & μετάνοιαν non semper notare consilii mutationem in melius, sed illam ipsam aliquando significationem obtinere, quam Viri illi docti τῇ μεταμελείᾳ & τῷ μεταμέλεσθαι tribuunt: è contrario, μεταμέλειαν & μεταμέλεσθαι eo ipso sensu usurpari, quem iidem τῇ μετανοίᾳ, & τῷ μετανοεῖν assignant. Exemplis res fiet manifestissima.

Μετανοέω etiam de ficta usurpatur pœnitentia.

Μετανοεῖν non semper de vera usurpari resipiscentia, clarissimè docet Chrysostomus, Homil. LXXXVIII. t. VII. pag. 513. adducto ipsius Judæ exemplo. Verba ejus sunt: Μετενόησεν ὁ μακάριος Πέτρος, καὶ ὁ ἄθλιος Ἰούδας. *Resipuit beatus Petrus, & miser Judas.* Idem in Psal. VI. de Divite: Καὶ ὁ πλούσιος ἐξωμολογεῖτο, καὶ μετενόει, ἀλλ᾽ οὐδὲν ὠφελεῖτο διὰ τὴν ἀκαιρίαν. *Etiam dives confessus est peccatum, & resipuit, at nihil inde utilitatis ad eum rediit, quia intempestivè hoc fecit.*

Exempla, ubi μεταμέλεσθαι & μεταμέλεια de vera usurpantur resipiscentia.

Μεταμέλεσθαι verò, seu μεταμελεῖν, & μεταμέλειαν etiam de vera usurpari resipiscentia, sequentia veterum testimonia nos dubitare non sinunt. Theodoretus in cap. IV. Jeremiæ, t. II. pag. 161. Ὑμεῖς μόνοι δύνασθε σβέσαι μεταμελόμενοι· ὑμῶν δὲ μεταμελείᾳ μὴ κεχρημένων, οὐδεὶς ἱκανὸς ἀπαλλάξαι τῆς τιμωρίας. *Vos soli pœnitendo* ignem iræ divinæ *extinguere potestis: qui, nisi resipiscentia utamini, nullus ad vos à pœna liberandos sufficiens est.*

Idem ad vers. 21. Psal. L. Ἐγὼ ταῦτα ὁρῶν ὑπό σου τολμώμενα,

μακρο-

χρηστότητι χρώμενος, ἀναμένω τὴν μεταμέλειαν. *Ego hac à te patrari dens, multa aequanimitate usus, resipiscentiam exspecto.*

Idem in cap. XVIII. Ezechielis, t. II. pag. 390. de Manasse: μεταμελείᾳ χρησάμενος τῆς σωτηρίας ἀπήλαυσε. *Resipiscentia usus, utem consecutus est.*

Gregorius Nyssenus Orat. de poenitentia, t. II. pag. 167. hannem Baptistam vocat μετανοίας κήρυκα, μεταμελείας εἰσηγητήν, *poenitentiae praeconem & suasorem.* Rursus Theodoretus in p. VI. Jeremiae, t. II. p. 334. Χρήσιμος ἡ ὑπὸ Θεοῦ ἐπιφερομένη παιδεία· μεταμελείας γὰρ μήτηρ. *Utilis quae à Deo infertur disciplina: resipiscentiae enim mater est.*

Et Sozomenus Hist. Eccles. lib. I. cap. III. pag. 11. φιλάνθρωπος ὢν ὁ θεὸς συγγνώμην νέμει τοῖς ἐπταικόσιν, εἰ μεταμεληθῶσι, καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς μεταμέλειαν βεβαιώσωσι. *Misericors cùm sit Deus, lapsis veniam dat, siquidem resipiscant, & resipiscentiam per bona opera confirment.*

Canon XI. Concilii Nicaeni: ὅσοι γνησίως μεταμέλονται, *qui verè poenitentiâ ducuntur:* quod Balsamon explicat, pag. 291. γνησίως, ἤτοι ἀληθῶς μετανοεῖν. Cùm haecce jam in meas relata fuissent chartas, incidi in doctissimi Th. Gatakeri Advers. Miscell. ubi hoc ipsum, Cap. XXIX. pluribus probatur: quem vide.

II. Μετάνοια notat poenitentiam eorum, qui ob delicta sua in Ecclesia ἐπιτιμίοις ἐσωφρονίζοντο, ut Zonaras loquitur ad Can. V. Concilii Antiocheni, pag. 327. quique dicebantur οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες, Sozom. Hist. Eccles. lib. VII. cap. XVI. pag. 98. Canone XIX. Concilii Laod. & passim: οἱ μετανοοῦντες, apud Sozom. loco citato. *2. Μετάνοια notat poenas Canonicas.*

Τόποι autem τῶν ἐπιτιμίων, *stationes poenitentium*, ut Zonaras ad Can. XXI. Concilii Ancyrani appellat, erant quatuor; Πρόσκλαυσις, sive ὁ τοῦ προσκλαίοντος τόπος: Ἀκρόασις, sive ὁ τοῦ ἀκροωμένου: Ὑπόπτωσις, sive ὁ τοῦ ὑποπίπτοντος, & Σύστασις, sive ὁ τοῦ συνιστῶτος βαθμός. *Poenitentium stationes quatuor.*

Harum quatuor stationum frequens apud Antiquitatem Ecclesiasticam mentio est. *Generalis harum stationum consideratio.*

Basilius M. Epist. ad Amphilochium, Can. XXII. tom. II. pag. 769. de fornicatoribus: Ἔστι δὲ ἐν δ' ἔτεσιν ὡρισμένη τοῖς πορνεύουσιν

νόντων ἡ ἐπιτίμησις. χρὴ δὲ τῷ πρώτῳ ἐκβάλλεσθαι τῶν προσευχῶν, καὶ προσκλαίειν αὐτοὺς τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας· τῷ δευτέρῳ δεχθῆναι εἰς ἀκρόασιν· τῷ τρίτῳ εἰς μετάνοιαν· τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν μετὰ τοῦ λαοῦ, ἀπεχομένους τῆς προσφορᾶς· εἶτα αὐτοὺς ἐπιτρέπεσθαι τὴν κοινωνίαν τοῦ ἀγαθοῦ. *Est autem in quatuor annis præfinita fornicatoribus pœna. Oportet autem eos anno primo à precibus expelli, & ipsos deflere ad fores Ecclesiæ: secundo ad auditionem admitti, tertio ad pœnitentiam, quarto ad congregationem cum populo, abstinentes ab oblatione; deinde eis permitti boni communionem.*

Et Canone LVI. tom. II. pag. 775. de eo, qui alium sponte interfecit: Ὁ ἑκουσίως φονεύσας, καὶ μετὰ τοῦτο μεταμεληθεὶς, εἴκοσιν ἔτη ἀκοινώνητος ἔσται τοῦ ἁγιάσματος. Τὰ δὲ εἴκοσι ἔτη οὕτως οἰκονομηθήσεται ἐπ' αὐτῷ. Ἐν τέσαρσιν ἔτεσι προσκλαίειν ὀφείλει ἔξω τῆς θύρας ἑστὼς τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, καὶ τῶν εἰσιόντων πιστῶν δεόμενος, εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ἐξαγορεύων τὴν ἰδίαν παρανομίαν· μετὰ δὲ τέσαρα ἔτη εἰς τοὺς ἀκροωμένους δεχθήσεται· ἐν πέντε ἔτεσι μετ' αὐτῶν ἐξελεύσεται· ἐν δὲ ἑπτὰ ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει προσευχόμενος ἐξελεύσεται· ἐν τέσαρσι συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μεταλήψεται· πληρωθέντων δὲ τούτων, μεθέξει τῶν ἁγιασμάτων. *Qui sua sponte interfecit, & postea pœnitentiâ ductus est, viginti annis à S. Cœna abstinebit. Viginti autem anni sic de eo dispensabuntur. Debet quatuor annis deflere, stans extra fores domus oratoriæ, & fideles ingredientes rogans, ut pro se precentur, suam iniquitatem pronuncians: post quatuor autem annos inter Audientes recipietur, & quinque annis cum ipsis egredietur: septem autem annis cum iis, qui in substratione orant, egredietur: quatuor annis solùm stabit cum fidelibus, sed non erit oblationis particeps: iis autem expletis, S. Cœnæ particeps erit.*

Et Canone LVII. de eo, qui non sponte interfecit: Ὁ ἀκουσίως φονεύσας, ἕνδεκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. Οἰκονομηθήσεται δὲ ἐπ' αὐτῷ τὰ δέκα ἔτη οὕτω· δύο μὲν ἔτη προσκλαύσει, τρία δὲ ἔτη ἐν ἀκροωμένοις διατελέσει, ἐν τέσαρσιν ὑποπίπτων, καὶ ἐν ἐνιαυτῷ συστήσεται μόνον, καὶ τῷ ἑξῆς εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται. *Qui non sponte interfecit, undecim annis a S. Cœna abstinebit. Decem autem anni sic de eo dispensabuntur. Duos quidem annos deflebit; tres inter Audientes perseverabit; quatuor annis substratus erit; & anno solùm consistet; & deinceps ad sacra admittetur.*

Eorun-

Eorundem Graduum idem Basilius meminit Canonibus VIII. LIX. LXIV. LXXVII. LXXXI. LXXXII. LXXXIII.

Matthæus Blastarius: Εἰς τέσσαρας δὲ τάξεις οἱ μετανοοῦντες διῃρηνται, εἰς τοὺς προσκλαίοντας, τοὺς ἀκροωμένους, τοὺς ὑποπίπτοντας, καὶ τοὺς συνισταμένους. *In quatuor ordines Pœnitentes divisi sunt; in Deflentes, Audientes, Succumbentes, & Consistentes.*

Balsamon ad Can. XXI. Synodi Ancyranæ, pag. 783. Τέσσαρες βαθμοὶ τῶν ἐπιτιμίων· ὁ τοῦ προσκλαίοντος, ὁ τοῦ ἀκούοντος, ὁ τοῦ ὑποπίπτοντος, ὁ τοῦ συνεστῶτος. *Quatuor pœnarum canonicarum gradus sunt, Deflentis, Audientis, Succumbentis, Consistentis.*

Et ad Can. I. Synodi Neo-cæsariensis, pag. 786. Ἀναγκασθήσεται τοὺς τέσσαρας τῆς μετανοίας διελθεῖν βαθμοὺς, καὶ οὕτω μεταλαβεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων. *Cogetur quatuor pœnitentiæ gradus transire, & ita particeps fieri S. Cœnæ.*

Quò verò res tota fiat clarior, dictos quatuor Gradus sigillatim, & paulò accuratius considerabimus, quia, iis non intellectis, frustrà Conciliorum Canones leguntur.

Pœnitentiæ graduū consideratio specialis.

I. Gradus est πρόσκλαυσις, *Fletus.* Est autem Πρόσκλαυσις; ut doctissimus notavit Justellus ad Can. V. Concilii Ancyrani; *cùm quis admisso peccato, extra Ecclesiam stans, cum luctu & lacrymis eos, qui ingrediuntur, orat, ut pro se misericordiam Dei eliciant.*

I. Πρόσκλαυσις, Fletus.

Id nos docet Gregorius Thaumaturgus, Epist. Canonicâ, Can. XI. pag. 41. Ἡ πρόσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου ἐστὶν, ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα χρὴ εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. *Fletus est extra portam Oratorii, ubi peccantem oportet stantem fideles ingredientes orare, ut pro se precentur.* Gabriel, Philadelphiæ Metropolita, in libello de pœnitentia, cap. X. Ὁ τῆς προσκλαύσεως τόπος ἐστὶν, ὁ ἔξω τῆς θύρας τοῦ εὐκτηρίου, ἐν ᾧ οἱ προσκλαίοντες ἵστανται, καὶ τὴν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν συγχώρησιν αἰτοῦσιν παρὰ τῶν εἰσερχομένων καὶ ἐξερχομένων πιστῶν. *Fletus locus est extra portam Oratorii, in quo stant flentes, & peccatorum veniam à fidelibus introëuntibus, & exeuntibus postulant.*

In hoc gradu constituti vocantur προσκλαίοντες.

Pœnitentes in hoc Gradu constituti, usitatissimè vocantur προσκλαίοντες, *Deflentes.* Matthæus Blastarius: Καὶ προσκλαίοντες μέν εἰσιν οἱ ἔξω τῆς θύρας τοῦ εὐκτηρίου ἱστάμενοι, καὶ πρὸς τῶν εἰσιόντων τε

καὶ ἐξιόντων πιςῶν εὐχὴν τε αἰτέμενοι, καὶ τῆς ἁμαρτίας συγχώρησιν. *Et Deflentes quidem sunt, qui extra portam Oratorii stant, & à fidelibus introëuntibus, & exeuntibus petunt, ut pro se preces fundant, ad veniam peccatorum impetrandam.*

Concilium Quini-sextum, seu Constantinop. in Trullo, Can. LXXXVII. illi, qui legitimè sibi datam uxorem relinquit, hanc pœnam decernit: *Debet* ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, διετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιςοῖς, καὶ οὕτω προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, *annum deflere, duos annos audire, tres succumbere, & septimo cum fidelibus consistere, atque ita ad oblationem admitti.*

Vide suprà allatos Canones ex Basilio, nempe XXII. LVI. & LVII. Can. LXXV. *Et, qui cum propria sorore pollutus est,* εἰς οἶκον προσευχῆς *venire non conceditur, donec ab iniqua & nefaria actione desistat.* Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν τῆς φοβερᾶς ἁμαρτίας, *postquam in sensum horrendi peccati pervenerit, hac ejus correptio:* Τριετίαν προσκλαιέτω τῇ θύρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων παρεστηκὼς, καὶ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντος ἐπὶ τὴν προσευχὴν, ὥστε ἕκαστον μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς Κύριον τὰς δεήσεις, *triennio defleat, stans propter fores domus Oratoriæ, & orans populum ingredientem ad orationem, ut unusquisque misericordiâ tactus, pro se intensas preces ad Dominum fundat.*

Balsamon ad Can. II. Dionysii Alexandrini: Καὶ ἐν αὐτῷ τῷ προνάῳ οὐδὲ ἀνδράσιν ἐφεῖται ἵστασθαι ἐπιτιμηθεῖσι μὴ ἐκκλησιάζειν, ἀλλ' ἔξωθεν αὐτοῦ προσκλαίειν. *Et in ipso Pronao ne viris quidem stare permittitur, quibus imposita est pœna, ne in Ecclesia versentur, sed extra eum deflere.*

Græcus scholiastes Harmenopuli in epitome Canonum, sect. V. tit. III. Προσκλαίων, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενος, καὶ τῶν εἰσιόντων δεόμενος, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. *Deflens, sive stans extra Ecclesiam, & ingredientes orans, ut pro se precentur.*

Exempla προσκλαύσεως. Προσκλαύσεως exemplum exstat apud Eusebium, Hist. Eccles. lib. V. cap. XXVIII. pag. 56. ubi de Natalio quodam agitur: Μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας, οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν, συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὔσπλαγχνον ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος

μονος Χριςοῦ. Hoc est, interprete Ruffino, *Multis lacrymis errorem suum deflens ante pedes Zephyrini Episcopi se prosternit, & ve'igiis omnium, non modo Clericorum, sed etiam Laicorum, multa cum amentatione provolutus, in lacrymas & miserationes omnem provoavit Ecclesiam, ut indulgentiam sibi à Christo, continuis & jugibus ro ipso precibus, implorarent.*

Aliud exstat apud Synesium, Epist. LXVII. ad Theotinum, pag. 43. Λαμπωνιανὸν Ἰάσων εἷλεν ἀδικίας· ὁ δὲ φθάσας ὁμολογίᾳ τὸν ἔλεγχον, ἔχει τὴν δίκην, ἐκκλησιαστικῶν συνόδων εἰργόμενος. Καίτοι καὶ δάκρυον ἐκ μετανοίας ἀφῆκε, καὶ δῆμος ἱκέτης αὐτὸν ἐξῃτήσατο· ἀλλ' ἐγὼ τοῖς δεδογμένοις ἐνεκαρτέρησα· τοῦ δὲ λῦσαι τὴν αὐθεντίαν εἰς τὴν ἱερατικὴν καθέδραν ἀνέπεμψα. *Lampotianum Jason reum fecit injuriarum: iste autem praeveniens confessione probationem, pœnam fert, prohibitus ecclesiastica communione, quanquam emiserit lacrymas ex pœnitentia, & populus supplex illius pœnam deprecatus sit. Verùm ego mansi in his, quæ decreta fuerant: solvendi autem auctoritatem ad sacerdotalem sedem remisi.*

Προσκλαιόντων ἐπιτίμιον aliter quoque à Veteribus exprimitur. Basilius M. Can. LXXXI. pag. 779. pro προσκλαίειν, dicit ἄδεκτον εἶναι: & paulò pòst, ἐκβάλλεσθαι: sequitur enim utrobique, καὶ ἐν δυσὶν ἔτεσιν ἀκροᾶσθαι, ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας. Et Can. IV. pag. 761. dicit, πάντη τῆς ἐκκλησίας ἀπείργειν, *omnino ab Ecclesia arcere.*

Προσκλαιόντων pœna aliter etiam exprimitur.

Gregorius Nyssenus προσκλαύσεως κατὰ λέξιν non meminit; disertissimè tamen ad stationem illam nonnullorum criminum reos, aliis usus verbis, damnat. In Epistola ad Letoium, Can. IV. t. II. pag. 119. de fornicatoribus: Ὥστε τοὺς ἐν πορνείᾳ μολυνθέντας ἐν τρισὶ μὲν ἔτεσι καθόλου τῆς εὐχῆς ἀποβλήτους εἶναι. *Ut qui in fornicatione polluti sunt, tribus annis ab oratione omnino expellantur.* Καθόλου τῆς εὐχῆς ἀπόβλητον εἶναι, est *ad Fletum mitti*, cùm gradus ille sit Auditione inferior non modò tempore, sed etiam criminis ratione, & mysteriorum participatione.

Et Can. V. pag. 120. cum voluntariæ cædis curationem describit, ad eandem τῆς προσκλαύσεως stationem novem annis relegat Homicidam his verbis: Ὥστε ἐν μὲν τῷ παντελεῖ ἀφορισμῷ ἐννεαετῆ χρόνον διαγενέσθαι, ἀπειργόμενον τῆς ἐκκλησίας. *Ut in perfe-*

sta quidem segregatione novem annorum tempore versetur, ab Ecclesia exclusus. Observabis, παντελῆ ἀφορισμὸν hoc loco τὸ τῆς προσκλαύσεως ἐπιτίμιον vocari.

De antiquitate προσκλαύσεως.

Antequam verò ulteriùs progrediamur, de antiquitate hujus stationis pauca monenda sunt. Προσκλαύσεως, seu primæ stationis pœnitentialis, ante Novati tempora nulla fit apud Veteres mentio. Interim tamen etiam ante Novatum ejus occurrunt vestigia. Multa enim cum humilitate, precibus, fletibus, lugubri habitu Pœnitentes ante fores Ecclesiæ prostrati, non modò ab Episcopo, sed etiam ab universo Ecclesiæ cœtu preces postulabant. Id luculenter suo tempore in Africa factum testari videtur Tertullianus, libro de pœnitentia, Cap. IX. pag. 169: ubi inter cætera, quæ facere docet Pœnitentia, & Exomologesis, hæc refert: *Plerumque verò jejuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, & mugire dies noctésque ad Dominum Deum tuum, Presbyteris advolvi, & caris adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ injungere.* Et cap. X. *Cùm te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras.* Hæc tamen fortè commodiùs ad ὑπόπτωσιν, tertium pœnitentiæ locum, referuntur.

Hujus autem stationis evidentissimè, ut suprà vidimus, Basilius M. qui anno Christi CCCLXXX. floruit, & frequentissimè meminit.

2. Ἀκρόασις, Auditio. Ubi fuerit hæc statio.

2. Gradus, seu ἐπιτιμίων τόπος dicitur Ἀκρόασις, & in eo constituti Ἀκροώμενοι. Erant autem Ἀκροώμενοι *Audientes, sive Auditores, qui in porta Ecclesiæ, seu in porticu magnis Ecclesiæ portis connexa, stantes, divinas tum veteris, tum novi Fœderis Scripturas, & conciones audiebant sacras; quibus finitis, unà cum Catechumenis egrediebantur.* Ut hoc distinctiùs intelligatur, notandum est, antiquarum Ecclesiarum portis ædificiolum quoddam conjunctum semper fuisse, quod *vestibulum*, προπύλαιον, πρόθυρον, & πρόναον meritò dici potest. Hoc ædificiolum propter figuram suam, quæ longitudine multis partibus latitudinem excedebat, à Græcis Νάρθηξ, *ferula*, dici consuevit: videbatur enim tam ratione sui, quàm Templi quid ναρθηκῶδες Templo annexum. Hanc denominationem posteriores

iræci Monachi reliquæ Ecclesiæ suæ, quâ à choro suo divi-itur, postmodum tribuerunt: quod postea Græcis occasio-em dedit, Ecclesiam in tres partes distinguendi. Autor Ety-iologici magni νάρθηκα dictum vult παρὰ τὸ νέρθεν εἶναι τῶν ναῶν, *quod in Templi parte inferiore.* Insulsè sanè, si Grammaticam respi-ias: si verò consuetudinem significationis Ecclesiasticæ spe-tes, non est sine sensu, & rationis umbra ἐτυμολογία. Ingredien-bus igitur in Ecclesiam primum occurrit *area*, sive ὕπαιθρον, bi προσκλαιόντων erat statio: progredientibus succedit ædifici-lum illud, seu *vestibulum* portis Ecclesiæ adhærens, atque in o ad limen usque portarum constituta erat ἀκροάσεως statio. 'aulò tamen ulterius, ad facilius audiendum, progredi, pia-ulare non erat. Imò in majoribus Ecclesiis Auditionis sta-io interioris Ecclesiæ extremam partem, portis Ecclesiæ vici-iam, complectebatur. Ἀκροάσεως etymon, & ipsa ratio hoc de-nonstrant. Si enim Ecclesiæ longæ sunt & amplæ, pœniten-es in vestibulo, aut etiam in porta, Scripturarum lectionem & ›rædicationes audire non possunt, nisi aliquantò propiùs ac-:edant. Hinc fortè Græci occasionem acceperunt, inferio-is Ecclesiæ partis de Narthecis nomine vocandæ, quod priùs ıd solum ædificiolum jam descriptum pertinebat. Ea tamen ege portam prætergrediebantur, ut cis Catechumenos, & ὑποπίπτοντας, seu Pœnitentes substratos, subsisterent. Ex his :tiam tolli videtur ἐναντιοφανὲς, quod Veterum scripta volventi ›ccurrit de loco Narthecis, aliis illum extra Ecclesiam, aliis in Ecclesia constituentibus. Nunc audiendi & veteres & recen-iores de Auditione.

Gregorius Thaumaturgus, Epist. Canonicâ, Can. ulti-no, pag. 41. & apud Balsamonem, pag. 916. hanc Auditionis tationem ita describit: Ἡ ἀκρόασις ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα ἕως τῶν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι. Ἀκούων γάρ, φησι, τῶν γραφῶν, & τῆς διδασκαλίας, ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω προσευχῆς. *Auditio est intra portam in Narthece, ubi oportet eum, qui peccavit, stare usque ad Catechumenos, & illinc egredi. Audiens enim, inquit, Scripturas, & doctrinam, ejiciatur, & precatione indignus censeatur.*

 Gabri-

Gabriel, Philadelphiæ Metropolita, in libello de Pœnitentia, cap. X. Ὁ τῆς ἀκροάσεως τόπος ἐστὶν, ὁ ἔνδον τῆς θύρας τοῦ ναοῦ, ἤγουν ἐν τῷ νάρθηκι· ἐν ᾧ οἱ ἀκροώμενοι ἵστανται, καὶ τῶν ὕμνων, καὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν ἀναγνώσεως, καὶ διδασκαλίας ἐπακροῶνται. *Auditionis locus eſt intra portam templi, videlicet in Narthece, in quo ſtant Audientes, et hymnorum, ſanctarumque Scripturarum lectionem & doctrinam audiunt.*

Canon XIV. Concilii Nicæni I. Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. *De Catechumenis, qui lapſi ſunt, placuit ſancta & magna Synodo, ut tribus annis inter Audientes tantùm ſint, poſt hæc verò cum Catechumenis orent.*

Ad hunc Canonem ita Balſamon: Οἱ ἅγιοι πατέρες διορίζονται, μὴ ἁπλῶς δέχεσθαι εἰς τὸν τόπον τῶν κατηχουμένων πάλιν ὑποστρέφοντα· ἀλλὰ πρότερον ἐπὶ τριετίᾳ ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἵστασθαι μετὰ τῶν ἀκροωμένων. Πληρωθείσης δὲ ταύτης, ἀποκαθίστασθαι εἰς τὴν προτέραν στάσιν καὶ τάξιν τῶν κατηχουμένων. *Sancti patres definiunt, talem non eſſe ſimpliciter recipiendum in locum Catechumenorum, ſi revertatur: ſed priùs triennio extra templum ſtare cum Audientibus: eo autem completo, in priorem ſtatum & ordinem Catechumenorum recipi.*

Canon XI. Concilii Nicæni: Ὅσοι οὖν γνησίως μεταμελῶνται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται. *Quicunque ergo verè reſipiſcunt, tribus annis fideles inter Audientes habeantur, & ſeptem annis ſuccumbant.*

Ad hunc Canonem ita Zonaras: Καὶ τρία μὲν ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ τῶν θείων ἀκούειν γραφῶν. *Ut triennium quidem inter Audientes agant, jubet Canon, ſeu ut extra Eccleſiam ſtent in Narthece, & ſanctas Scripturas audiant.*

Baſilius M. Canone LXXV. Μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνην παραδεχθήτω, καὶ ἀκούων τῆς γραφῆς, καὶ τῆς διδασκαλίας, ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ καταξιούσθω τῆς προσευχῆς. *Poſtea autem alio triennio ad ſolam Auditionem admittatur, & Scripturam ac doctrinam audiens ejiciatur, nec oratione dignus habeatur.* Vide ejuſdem Can. LVI. & LVIII.

Gregorius Nyſſenus, Epiſtolâ ad Letoium, Can. IV. t. II. pag.

ag. 119. Ἔστι τοίνυν ὁ κανὼν τοιοῦτος, ὥστε τοὺς ἐν πορνείᾳ μολυνθέντας, ἐν τρισὶ μὲν ἔτεσι καθόλου τῆς εὐχῆς ἀποβλήτους εἶναι· ἐν τρισὶ δὲ τῆς ἀκροάσεως μετέχειν μόνης, ἐν ἄλλοις δὲ τρισὶν ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν τῇ ἐπιστροφῇ ὑποπιπτόντων προσεύχεσθαι, καὶ τότε μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων. *Est ergo Canon ejusmodi, ut qui in fornicatione polluti sunt, tribus quidem annis b oratione omnino expellantur: tribus autem sint solius Auditionis articipes: tribus autem aliis, cum iis qui in conversione succumbunt, recentur, & tunc sacramentorum sint participes.*

Et Canone sequenti, pag. 120. de Homicida: Ὥστε ἐν τῷ τελείῳ ἀφορισμῷ ἐννεαετῆ χρόνον διαμένειν, ἀπειργόμενον τῆς ἐκκλησίας· ἄλλα δὲ τοσαῦτα ἔτη ἐν τῇ ἀκροάσει παραμεῖναι, μόνης τῶν διδασκάλων καὶ τῆς τῶν γραφῶν ἀκροάσεως ἀξιούμενον. *Ut in perfecta quidem igregatione novem annorum tempore versetur ab Ecclesia prohibitus; lios autem tot annos in Auditione permaneat, sola Doctorum & Scriturarum auditione dignus habitus.*

Ἀκροώμενοι, Audientes alii sunt apud Latinos, alii apud Græcos.

In hac igitur statione collocati, appellantur Ἀκροώμενοι, *Audientes.* Hic tamen illud prætereundum non est, antiquis emporibus *Audientium* nomine alios intellectos fuisse apud atinos, quàm apud Græcos & Orientales.

Apud Græcos Ἀκροώμενοι *sunt quilibet homines, qui in Ecclesiæ estibulo & limine Verbi divini audiendi causâ subsistebant*; inter uos erant, postquam Ἀκρόασις est facta statio pœnitentiæ, illi, ui, ut pœnitentiæ stadium decurrerent, illuc missi fuerant: de uibus hoc loco agimus.

Sed Tertulliano & Cypriano *Audientes* sunt Catechumeni, baptizatisque opponuntur. Multa verba de iis facit Tertullianus. Libro de Pœnitentia, cap. VI. pag. 167. *Nemo ero sibi aduletur, quia inter Auditorum tyrocinia deputatur, quasi etiam nunc sibi delinquere liceat.* Et mox: *An alius est intinctis Christus, alius Audientibus?* *Auditores* & *Audientes*; quos ea ætas ocabat *Catechumenos*; nihil aliud erant, quàm fidei Christianæ yrones. Similiter Cyprianus Epist. XIII. pag. 31. *Audientius etiam, si qui fuerint periculo præventi, & in [illegible]itu constituti, vigilantia vestra non desit; implorantibus divinam gratiam, misericordia Domini non denegetur.* Et Epist. XXXIV. pag. 46. *Optatum inter lectores doctorem Audientium constituimus.*

3. Gra-

3. Ὑπόπτωσις, ſubſtratio.

3. Gradus dicitur Ὑπόπτωσις, *ſubjectio*, ſive *ſubſtratio*, à verbo ὑποπίπτειν, *ſe ſubjicere, ſubſternere*, ut vel ſolus Can. XVI. Ancyranus nos docet: & idem eſt, quod κατάπτωσις, Heſychio teſte. Mirum igitur, quâ vel ratione, vel Grammaticâ fultus Bellarminus, lib. I. de Pœnitentia, Cap. XXII. tom. III. pag. 1182. ὑπόπτωσιν interpretur *contemplationem rerum ſupernarum*. Exiſtimavit, ſine dubio, à verbo ὑποπτεύειν vocem deductam eſſe. At nec ſenſus, nec Grammatica, nec exempla tales admittunt nugas.

Aliis verbis hic gradus exprimitur.

Gregorius Thaumaturgus, Can. V. hanc ſtationem his verbis deſcribit, ἐκκηρύξαι τῶν εὐχῶν, *precibus abdicare*. Antiqua ſatis eſt iſta appellatio, & à primario effectu publico petita, qui eſt à precibus Euchariſticis expulſio: omnes enim illi pœnitentes, cum erat Synaxis inchoanda, ab Eccleſia ejiciebantur.

Autores Latini variis modis enunciant, quod Canones Græci per πρόσπτωσιν, & ὑποπίπτειν exprimunt. Dionyſius Exiguus, Can. XI. Concilii Nicæni, Græca, ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται, reddit, *ſex annis omni ſe contritione dejiciant*. Alia antiqua translatio: *Septem annis inter pœnitentes ſint*. Epitome Canonum Adriani Pontificis, ut & Dionyſius Exiguus in Concilio Ancyrano, ſemper ubi eſt ὑπόπτωσις, ὑποπίπτειν, transferunt aut *pœnitentiæ*, aut *pœnitere*. Tertullianus hunc gradum *Exomologeſin* vocat, libro de Pœnitentia, cap. IX. pag. 169. *Hujus igitur pœnitentiæ ſecundæ & unius, quantò in arto negotium eſt, tantò operoſior probatio eſt; ut non ſola conſcientia præferatur, ſed aliquo etiam actu adminiſtretur. Is actus, qui magis Græco vocabulo exprimitur, & frequentatur, exomologeſis eſt.* Hanc autem paulò pòſt ſic definit: *Exomologeſis proſternendi & humilificandi hominis diſciplina eſt, converſationem injungens miſericordiæ illicem. De ipſo quoque habitu atque victu mandat, ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus dejicere, illa, quæ peccavit, triſti tractatione mutare*, &c.

Sæpe quin etiam μετάνοια pro ὑποπτώσει uſurpatur. Ita apud Baſilium. Can. XXII. pag. 769. Χρὴ τῷ πρώτῳ ἔτει ἐκβάλλεσθαι τῶν προσευχῶν, καὶ προσκλαίειν αὐτοὺς ἐπὶ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας· τῷ δευτέρῳ δεχθῆναι εἰς ἀκρόασιν· τῷ τρίτῳ εἰς μετάνοιαν· τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν

μετὰ

ετα τῷ λαῷ, ἀπεχομένες τῆς προσφορᾶς. *Oportet eos anno primo excelli à precibus & deflere ad fores Ecclesiæ: secundo autem ad Auditionem admitti: tertio ad pœnitentiam: quarto ad congregationem cum populo, abstinentes ab oblatione.* Hunc autem gradum Basilius ideò fortè μετάνοιαν vocat, quia in eo sese pœnitentia, per prostrationem & supplicationem pœnitentis in cœtu publico, maximè exerit.

Nec prætereundum, ὑπόπτωσιν, seu ὑποπίπτειν, frequenter pro omnibus pœnitentiæ gradibus sumi; ac proinde ὑποπίπτειν esse, *pœnitentiam agere.* En tibi exempla.

Ὑποπίπτειν sæpe pro omnibus pœnitentiæ gradibus usurpatur.

Quod Can. IV. Concilii Ancyrani est, Ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, id Aristinus in Synopsi Canonum hujus Concilii, Can. III. pag. 680. his solis exprimit verbis: Ἐπὶ ἑξαετίαν ὑποπιπτέτωσαν, *sex annos pœnitentiæ sese submittant.*

Quod Can. VI. Concilii ejusdem est ὑποπεσεῖν τρία ἔτη καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, id Aristinus ibidem exprimit per verba, πενταετίαν ὑποπίπτειν, *quinquennio pœnitentiæ subjici.* Plura ibi occurrunt hujus rei exempla.

Eodem sensu ὑποπίπτειν usurpatum invenias à Symeone Logotheta, in Synopsi Canonum Concilii Ancyrani, Can. IX. pag. 722. Ὁ μὴ μόνον ἐθελουσίως θύσας, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἀναγκάσας, δεκαετίαν ὑποπιπτέτω. *Qui non solùm voluntariè sacrificaverit, verùm etiam alium coëgerit, decem annos pœnitentiæ submittatur.* Quod hîc est δεκαετίαν ὑποπίπτειν, illud in ipsius Concilii Can. IX. est τρία ἔτη τῆς ἀκροάσεως δέχεσθαι τόπον, ἐν ἄλλῃ ἑξαετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως, ἄλλον δὲ ἐνιαυτὸν κοινωνεῖν χωρὶς προσφορᾶς, *tribus annis Auditionis locum suscipere, per aliud sexennium Substrationis, alio autem anno sine oblatione communicare.*

Quid autem ὑπόπτωσις fuerit, ex ipsis Conciliorum Canonibus vix colligi potest: intelligitur tamen ex Dionysio Areopagita, de Eccles. Hierarch. cap. V. pag. 313. nihil aliud fuisse, quàm γονυκλισίαν, *genuum flexionem*, unâ cum ipsius corporis incurvatione: ea namque ratione pœnitens submittebat se, succumbebàtque τῷ ἐπὶ τῶν μετανοούντων τεταγμένῳ πρεσβυτέρῳ, ut loquitur Sozomenus Hist. Eccles. lib. VII. cap. XVI. pag. 98.

Ὑπόπτωσις quid fuerit.

Verba Dionysii sunt: Κοινὰ μέν ἐστι τοῖς ἱεράρχαις, καὶ ἱερεῦσι, καὶ λειτουργοῖς ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν τελειώσεσιν ἡ πρὸς τὸ θυσιαστήριον προσαγωγὴ, καὶ ὑπόπτωσις. *Communia quidem sunt & Pontificibus, & Sacerdotibus, & Ministris, cùm consecrantur, accessus ad altare, & substratio.* Et infrà: Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον προσαγωγὴ καὶ ὑπόπτωσις αἰνίσσεται. *Ad divinum itaque altare accessus & substratio innuit, &c.* Quæ nulla alia fuerit, quàm illa, ἄμφω τὼ πόδε κλίνας ἐπίπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, *utroque genu flexo ante altare.* Et: Ὁ δὲ ἱερεὺς ἄμφω τὼ πόδε κλίνας ἐπίπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, *Sacerdos autem flexis ante altare genibus.* Et: Ὁ δὲ λειτουργὸς ἕνα τοῖν ποδοῖν κλίνας, *Minister verò altero genu flexo.* Nec aliud voluisse Dionysium, colligitur ex Maximi scholiis, pag. 85. qui sic interpretatur: Ὑπόπτωσις, ἡ γονυκλισία. *Substratio,* id est, *genuum flexio.*

Sed audiendi de hoc gradu Veteres.

Gregorius Neo-Cæsariensis, Epist. Canonicâ, Can. ult. pag. 41. Ἡ δὲ ὑπόπτωσίς ἐστιν, ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱστάμενος, μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται. *Substratio autem est, ut intra Templi portam stans, cum Catechumenis egrediatur.*

Basilius M. Can. LVI. Ἐν δὲ ἑπτὰ ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει προσευχόμενος ἐξελεύσεται. *Septem autem annis cum iis, qui in Substratione sunt, orans egredietur.*

Et Can. LXXV. Ἐπειδὰν, εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτὴν, καὶ προσέπεσε τῷ κυρίῳ μετὰ συντετριμμένης καρδίας, καὶ ταπεινώσεως ἰσχυρᾶς, δίδοται αὐτῷ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλοις τρισὶν ἔτεσι. *Deinde, siquidem illam,* np. ornationem, *cum lacrymis exquisivit, & Domino cum cordis contritione, & vehementi abjectione supplex procidit, datur ei Substratio aliis tribus annis.*

In hoc gradu constituti, dicebantur usitatissimè ὑποπίπτειν. Gabriel, Philadelphiæ Metropolita, in libello de Pœnitentia: Ὁ τῆς ὑποπτώσεως τόπος ἐστὶν ἔνδον τοῦ ναοῦ, κατόπιν τοῦ ἄμβωνος, ἐν ᾧ ἵστανται οἱ ὑποπίπτοντες, οἵτινες μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχονται τοῦ ναοῦ, ἡνίκα τὸ, Ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε, ὑπὸ τοῦ διακόνου ἐκφωνηθῇ. *Substrationis locus est intra Templum retrò Ambonem, in quo stant qui substernuntur, qui cum Catechumenis exeunt è Templo,*

cùm

rium illud, Quicunque Catechumeni *estis*, discedite, *à Diacono promulgatur.*

Gregorius Nyssenus in epist. ad Letoium, Can. V. t. II. pag. 120. Ἐν δὲ τῇ τρίτῃ ἐννάδι μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν ἐπιστροφῇ προσευχόμενον, ἕως ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν μέθεξιν τοῦ ἁγιάσματος δηλαδή. *In tertio autem novenario cum substratis in conversione orans, ut perveniat ad communionem, sacramenti videlicet.*

Zonaras in Can. X. Thaumaturgi: Ὑποπίπτειν, τοῦτ' ἔστι τῆς τάξεως τῶν ὑποπιπτόντων, οἵτινες συνεύχονται μὲν τοῖς πιστοῖς εἰσιόντες εἰς τὸν ναὸν, ἐξέρχονται δὲ ὡς οἱ κατηχούμενοι. *Succumbere, hoc est, ab eorum, qui succumbunt, ordine: porrò hi cum fidelibus quidem precantur, Templum ingredientes: caeterùm more Catechumenorum egrediuntur.* In Canonibus Conciliorum exempla sunt obvia.

4. Gradus est Σύστασις. Licèt σύστασις, & συνίστασθαι apud Graecos autores multa, eáque diversissima significent; ut videre est apud Budaeum in Commentariis, Hesychium quoque & Suidam; in caussa tamen poenarum Canonicarum nihil aliud, quàm *simul esse, simul congregari* significant. Unde σύστασις Canonica propriè *Consistentia* dicitur, quia in ea statione constituti simul cum fidelibus in Ecclesia stabant, neque jam ampliùs cum Catechumenis exibant; sola participatione mysteriorum caeteris fratribus inferiores. *4. Σύστασις, Consistentia.*

Hujus stationis periphrases ferè sunt: Τῶν εὐχῶν κοινωνεῖν. *Hujus gradus periphrases.*

Concilii Nicaeni Can. XII. Οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι. *Hi definitum tempus Auditionis implentes, meritò precum participes erunt.*

Et Canone praeced. Δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν. *Duobus annis sine oblatione populo communicent in precibus.*

Concilium Ancyranum, Nicaeno antiquius, Can. IV. Ἔδοξεν ἐνιαυτὸν ἀκροάσασθαι, ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, καὶ τότε ἐπὶ τὸ τέλειον ἐλθεῖν. *Placuit eos inter Audientes uno anno constitui, tribus autem annis substerni, soli autem orationi duobus annis communicare, & tunc ad perfectionem accedere.*

Κοινωνίας τυγχάνειν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. Concilii Ancyrani

Can. XVI. Πέντε καὶ δέκα ἔτεσιν ὑποπεσόντες, κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς. *Postquam annis quindecim substrati fuerint, communionem precum consequantur.*

Συςῆναι τοῖς πιςοῖς εἰς τὴν δέησιν. *Cum fidelibus in oratione stare.* Basilius M. Can. LXXXI.

Τοῖς πιςοῖς συνεύχεσθαι. Can. Apostol. LXXXIX. Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω· ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιςοῖς συνευχέσθω. *Si quis dæmonem habet, ne fiat clericus: sed nec simul oret cum fidelibus.*

Quid χωρὶς προσφορᾶς δεχθῆναι, *vel* κοινωνεῖν χωρὶς προσφορᾶς.

Χωρὶς προσφορᾶς δεχθῆναι, & κοινωνεῖν χωρὶς προσφορᾶς. Can. XI. Concilii Nicæni: Χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν. Concilii Ancyrani Can. V. Εἰ ἐπλήρωσαν τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον, χωρὶς προσφορᾶς δεχθήτωσαν· εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, δύο ὑποπεσόντες ἔτη, τῷ τρίτῳ κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς. *Si compleverunt Substrationis triennale tempus, sine oblatione recipiantur: Si autem non comederunt, biennio substrati, tertio anno communicent sine oblatione.* Vide etiam ejusdem Concilii Can. VI. VII. VIII. IX. XVI. XXIV.

Sed nondum satis liquet, quid sit χωρὶς προσφορᾶς δεχθῆναι, & κοινωνεῖν χωρὶς προσφορᾶς. Docemur igitur hac descriptione, eos, qui ad Σύςασιν, seu quartam pœnitentium stationem relegati sunt, licèt S. Cœnæ, precibusque fidelium adsistant, jus tamen oblationis non habere; hoc est, ipsorum munera in mensam sacram non recipi. Lectori notandum est, solitos olim fuisse quoscunque fideles S. Cœnæ adstantes, nisi summa paupertate excusarentur, munera sua in mensam sacram conferre.

Alia tamen veterum Conciliorum Interpretibus mens fuisse videtur.

Balsamon ad Can. XI. Concilii Nicæni, pag. 281, Χωρὶς προσφορᾶς κοινωνεῖν τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν, sic explicat: Συνεύχεσθαι μὲν μετὰ τῶν πιςῶν καθολόκληρον, τῶν δὲ ἁγιασμάτων μὴ ἀξιοῦσθαι, *omnino quidem cum fidelibus orare, sacra verò Cœna dignum non judicari.*

Et ad Can. IV. Concilii Ancyrani, pag. 768. Μετὰ τὴν τελείαν τῆς ὑποπτώσεως, εἰς κοινωνίαν ἐκκλησιαςικὴν δεχθήσονται, οὐ μέντοι γε δὲ καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθήσονται· τοῦτο γάρ ἐςι τὸ δεχθῆναι

τούτους

τύτυς χωεὶς προσφορᾶς. Triennio Substrationis exacto, in communionem ecclesiasticam recipientur, verùm sacra Cœna non censebuntur digni: illud enim est, Tales sine oblatione recipi.

Zonaras ad Can. V. ejusdem Concilii, pag. 290. Δέχεσθαι παρακελδύεται εἰς σύςασιν χωεὶς προσφορᾶς, ἤγουν συνίςαδαι μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῖς πιςοῖς, μὴ μεταλαμβάνειν δέ. *Jubet hic Canon recipere ad Consistentiam sine oblatione, sive consistere quidem cum fidelibus in Ecclesia, sacræ autem Cœnæ participem fieri non item.*

Ita idem Zonaras ad Can. VI. ejusdem Concilii, pag. 291. dicit κοινωνῆσαι χωεὶς προσφορᾶς, positum esse ἀντὶ τῦ συνίςαδαι τοῖς πιςοῖς μὴ μεταλαμβάνοντας, *consistere cum fidelibus sine S. Cœnæ participatione.*

Et ad Can. VIII. ejusdem Concilii, pag. 292. Χωεὶς προσφορᾶς κοινωνεῖν explicat, κοινωνεῖν τοῖς πιςοῖς, ἤτοι συνίςαδαι αὐτοῖς, ἢ συνεύχεσθαι ἀντὶ προσφορᾶς, ἤγουν τῆς ἀγαθοῦ μεταλήψεως, *fidelibus communicare, sive cum iis consistere & orare sine oblatione, seu sine boni, id est, S. Cœnæ participatione.*

Hoc ἐναντιοφανὲς hac ratione tollitur. Pœna, quâ multabantur Consistentes hæc fuit, quòd munera eorum, ut fidelium, non reciperentur; unde necessariò non poterant communicare corpori Christi. Quibus enim non licebat offerre panem & vinum, quæ ad usum S. Cœnæ consecrarentur, iis non judicabant integrum esse, Cœnæ Dominicæ communicare. Ista igitur sunt æquipollentia, κοινωνεῖν χωεὶς προσφορᾶς τῷ λαῷ τῆς προσδοχῶν, & τῆς ἁγιασμάτων μὴ ἀξιωθῆναι.

Audiendi jam de Συςάσει veteres. Gregorius Thaumaturgus Epist. Canonica Can. ult. pag. 41. Ἡ σύςασις, ἵνα συνιςᾶται τοῖς πιςοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχυμένων. *Consistentia est, ut cum fidelibus consistat, & cum Catechumenis non egrediatur.*

Gabriel, Philadelphiæ Metropolita, in libello de Pœnitentia hunc gradum ita describit: Ὁ τῆς συςάσεως τόπος ἐςὶν, ἐν ᾧ οἱ μετανοήσαντες, καὶ τὸν ἱκανὸν κανόνα ἐνδεξάμενοι συνίςανται, καὶ συνεύχονται τοῖς πιςοῖς. *Consistentia locus est, in quo ii, qui pœnitentiam egerunt, & sufficientem canonem exsecuti sunt, consistunt, & cum fidelibus precantur.*



Qui in hoc gradu sunt, dicuntur συνεστῶτες & συνιστάμενοι.

In hoc gradu constituti, dicuntur Συνεστῶτες, & Συνιστάμενοι, *Consistentes.* Concil. Ancyranum, Can. XXV. semel tantum utitur verbo συνίστασθαι, nomine σύστασις nunquam. Verba Canonis sunt: Οἱ συνειδότες ἐκελεύσθησαν ἐν δεκαετίᾳ δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας, κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς. *Qui conscii fuerunt, jussi sunt decem annis, juxta definitos gradus, inter Consistentes recipi.*

Basilius M. Can. LVI. Ἐν τέσσαρσι συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μεταλήψεται. *Quatuor annis cum fidelibus consistet tantùm, sed oblationis non erit particeps.*

Scholiastes Græcus in Harmenopulum: Συνεστὼς, ἤγουν τοῖς πιστοῖς συνευχόμενος, τῶν ἁγιασμάτων μήπω ἀξιούμενος. *Consistens, hoc est, una cum fidelibus orans, sacra verò Cœna nondum dignus habitus.*

Expletis quatuor hisce stationibus, sequebatur S. Cœnæ participatio.

Atque hæc de quatuor Pœnitentium stationibus, quibus expletis succedebat μέθεξις, quæ inter partes pœnitentiæ numeranda non est, cùm sit fructus Pœnitentiæ. Per μέθεξιν enim Pœnitentes in gratiam cum aliis fidelibus redeuntes, ad communionem corporis & sanguinis Christi admittebantur. Ubi rursus puerilis Bellarmini lapsus notandus, qui, loco suprà jam adducto, μέσωσιν apellat, quod μέθεξις est.

Gregorius Thaumaturgus, Epist. Canonicâ, Can. ult. vocat μέθεξιν τῶν ἁγιασμάτων, *participationem S. Cœnæ.*

Basilius, Can. LVII. dicit, εἰς τὰ ἅγια δεχθῆναι. Et Can. LIX. δεχθῆναι εἰς κοινωνίαν. Can. LXXV. καταξιωθῆναι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας.

Concilium Ancyranum Can. IV. & VI. ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον. Can. VIII. τελείως δεχθῆναι. Can. IX. τοῦ τελείου μετέχειν. Can. XVI. τῆς προσφορᾶς ἐφάπτεσθαι, καὶ τυγχάνειν τῆς κοινωνίας. Can. XX. τοῦ τελείου τυχεῖν. Can. XXII. τοῦ τελείου καταξιωθῆναι.

Concilii in Trullo Can. LXXXVII. τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι. Balsamon ad Can. I. Conc. Neo-Cæs. pag. 786. μεταλαβεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων. Et ad Can. XIX. Concilii Laodiceni, τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι.

III. Re-

III. Reliquum est, ut etiam tertiam μετανοίας significationem, quam nos hîc examinaturos promisimus, videamus. In Liturgicis ergo Græcorum libris sæpe notat *inclinationem, humilem quandam salutationem, quæ cum corporis incurvatione præstatur; vulgus reverentiam vocat.*

3. Μετάνοια notat reverentiam, inclinationē, humilē salutationem.

Typicum Sabæ, cap. I. p. 1. Ποιεῖ μετάνοιαν τῷ προεστῶτι, *sese inclinat coram Præside.* Ibid. Ποιεῖ μετάνοιαν τῷ ἡγουμένῳ. Iterum: Ποιεῖ μετανοίας γ' ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, *ter se inclinat ante sacras fores.*

Fuisse autem *inclinationem*, patet ex quæstionibus, Athanasio falsò adscriptis, ubi quæst. CXXXIII. de Parabolis, tom. II. pag. 435. hæc leguntur: Μετάνοιά ἐστιν, οὐχ ἡ τῶν γονάτων κλίσις, κλ. *Pœnitentia non est genuum flexio, &c.* Vide suprà, pag. 4.

Concilium Florentinum, sect. X. cap. X. pag. 295. Εἶτα οἱ ἡμέτεροι ἀρχιερεῖς, κατὰ τάξιν σὺν δύο προσερχόμενοι, καὶ μετάνοιαν ποιοῦντες, ἠσπάζοντο τὴν χεῖρα τοῦ Πάπα. *Deinde nostri Præsules per singulos binos in seriem collocati, & inclinatis reverenter corporibus, Papæ manum exosculati sunt.*

Frequentissimè hoc significatu tum in Typico, tum in Menologio, & aliis libris Ecclesiasticis occurrit.

Fuit autem hæc μετάνοια duplex, μεγάλη, & μικρά.

Hæc μετάνοια duplex est, μεγάλη, & μικρά.

Μεγάλη μετάνοια erat, *cùm quis toto corpore, sine tamen genuum flexione, se ferè ad terram usque antrorsum inclinabat.*

Μικρὰ μετάνοια erat, *cùm quis tantùm cervicem inclinabat, & caput aliquò usque.*

Typicum Sabæ, cap. V. pag. 5. Ποιοῦμεν δὲ μετανοίας γ' μεγάλας, μικρὰς δὲ ιβ'.

Marcus Hieromonachus, de Dubiis Typici, C. XXXIX. pag. 113. Εἰς τὸ τρισάγιον μετανοίας γ', καὶ ὕστερον τὰς μεγάλας γ', καὶ τὰς ιβ' μικράς· καὶ εἰς τὸ ὕστερον τρισάγιον τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας.

Horologium: Λέγε δὲ ταύτην ἐκ τρίτου, ποιῶν μετανοίας μεγάλας μὲν τρεῖς, μικρὰς δὲ δώδεκα.

Triodium: Ποιοῦμεν τὰς τρεῖς μεγάλας μετανοίας.

Quod his est μετάνοιαν ποιεῖν, id in Liturgia Jacobo adscripta est κλίνειν τὸν αὐχένα, *cervicem incurvare,* ἐπικλίνεσθαι, *incurvari.* In Liturgia Basilii κλίνεσθαι, *incurvari:* κλίνειν τὴν κεφαλὴν, *inclinare* *capue*

caput: μικρὸν τὴν κεφαλὴν κλίνει; quod μικρὰν notat μετάνοιαν. Eodem sensu ibidem usurpatur προσκυνεῖν, vel προσκύνησιν ποιεῖν. Et in Concilio Florentino, sect. IV. cap. IV. pag. 72. Καὶ ἕτεροι πολλοὶ προσεκύνησαν τὸν Πατριάρχην. *Et alii multi Patriarchæ reverentiam exhibuerunt.*

Idem frequenter notat Προσκύνημα. Euchologium, p. 24. Ὁ ἱερεὺς ἑνωθεὶς τῷ Διακόνῳ ποιοῦσιν ὁμοῦ πρὸς ἀνατολὰς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν προσκυνήματα τρία. *Sacerdos Diacono unitus simul Orientem versus, ante sacras fores ter sese inclinant.* Et pag. 25. Ἐλθόντες δὲ εἰς τὸ ἱερατεῖον, ποιοῦσι προσκυνήματα γ΄ ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης. *Ingressi autem sacrarium, coram sacra mensa ter se inclinant.* Usitatissima in Liturgiis vox est.

Discrimen tamen observabis inter προσκύνημα, seu προσκύνησιν & μετάνοιαν. Μετάνοια plùs est, quàm γονυκλισία. Johannes Jejunator in libro Pœnitentiali: Μὴ γονυκλιτεῖν ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἀλλὰ μόνον προσκυνῆσαι ποιεῖν κατὰ πάντα. *In orationibus, genua non flectent, sed sese tantùm leviter inclinabunt.*

Morinus de administratione Pœnitentiæ, lib. I. cap. I. optimè monet, *Posterioribus Græcis* μετανοίας *nomen in hanc significationem degenerâsse*: id enim verissimum. Quid igitur de Liturgia Chrysostomi statuendum sit, in qua habetur, τὴν συνήθη τῷ προεστῶτι μετάνοιαν ποιεῖν; quid de Quæstionibus Athanasii in Parabolas, &c. hinc facilè haberi potest.

Sed ad alia properamus.

CAPUT II.

Caput II.
DE NOMINIBUS INCARNATIONIS.

De variis salutiferæ Incarnationis Christi nominibus. 1. *vocatur* οἰκονομία, *& hoc sensu* τῇ θεότητι, *&* τῇ θεολογίᾳ *opponitur. Johannes* κατ᾽ ἐξοχὴν θεολόγος *dictus.* Θεολογεῖν. Οἰκονομία *omnes officii Redemtoris nostri partes denotat.* Κατ᾽ οἰκονομίαν *fieri quæ dicantur.* 2. Σάρκωσις. Πρόσληψις, *&* πρόσλημμα *notant corpus, seu assumtam naturam humanam.* Σαρκόω *quid.* 3. Ἐνανθρώπησις. Ἐνανθρωπέω. 4. Ἐνσωμάτωσις. Σωματοῦσθαι, σωματοποιεῖν. 5. Ἐπιδημία. 6. Ἐνδημία. 7. Παρουσία. 8. Κάθοδος. 9. Κατάβασις. 10. Πάροδος. 11. Εἴσοδος. 12. Ἔλευσις. 13. Κατέλευσις. 14. Θεοπλασία. 15. Ἀνδρικὴ θεουργία. 16. Γένεσις. 17. Ἐπιφάνεια. 18. Θεοφάνεια. *Quid* τὰ ἐπιφάνια, *&* τὰ θεοφάνια *pluribus explicatur. Cur Filius potius, quàm Pater, aut Spiritus S. carnem assumserit.*

SI εὐκαιρία in rebus spectanda omnibus, nos certè nequaquam ἀκαίρως, hac solemnitate, quâ cum tota Ecclesia Reformata, stupendum illud Incarnationis Filii Dei mysterium grata celebramus recordatione, de illo ipso sacram instituimus Meditationem, inque iis nos exercemus, quibus omnia resonant Templa.

Ut id cum aliquo faciamus fructu, varias appellationes, quibus Incarnatio Filii Dei à veteribus designari solet, sub incudem revocabimus.

I. Incarnatio Christi nominatur οἰκονομία vel *a.* simpliciter, vel *b.* cum προσθήκῃ quadam. *Incarnatio Christi vocatur, 1. οἰκονομία. a. simpliciter.*

a. Simpliciter vocatur οἰκονομία. Theodoretus Dial. II. cap. IX. tom. IV. pag. 62. Τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Θεοῦ λόγου, καλοῦμεν οἰκονομίαν. *Incarnationem Dei Verbi, appellamus dispensationem.* Chrysost. Homil. XXXI. t. V. pag. 190. ad illa Matth. cap. XV. v. 21. Κύριε, υἱὲ Δαυίδ, ἐλέησόν με, observat: Εὐαγγελίζεται γίνεται ἡ γυνή, καὶ τὴν θεότητα, καὶ τὴν οἰκονομίαν ὁμολογεῖ. *Evangelium prædicat mulier, & Deitatem, & humanam naturam confitetur.* Id per οἰκονομίαν intelligi, statim explicat, addendo τῆς σαρκὸς τὴν

 ἀνάληψιν,

ἀνάληψιν, *carnis assumtionem.* Et Sermone de Nominum mutatione, seu Homil. LXIV. tom. V. Edit. Paris. pag. 970. Ὥσπερ περὶ τοῦ Ἀδὰμ ἀκούων, ὅτι χοϊκὸς ἦν, οὐκ ἔρημον τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα ὑποπτεύεις· οὕτως ἀκούων, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ, μὴ ἀθέτει τὴν οἰκονομίαν διὰ τὸ προσκεῖσθαι, ἐξ οὐρανοῦ. *Quemadmodum si de Adamo audis,* quòd terrenus fuerit, *non existimas, corpus animâ destitutum fuisse: ita si audis,* Dominus è cœlo, *ne rejicias Incarnationem, quia additum est,* è cœlo. Eusebius in procemio Hist. Eccles. pag. 1. narrationem de humana Christi natura incepturus, dicit, Οἰκονομίας ἀναγκαῖον ἂν εἴη κατάρξασθαι, *necessarium fuerit ab Incarnatione initium facere.* Eleganter Basilius Seleuciensis, Orat. XXXIV. p. 178. Οἰκονομία θανάτου δυνατωτέρα, δαιμόνων ἰσχυροτέρα, εἰδωλολατρείας καθαίρεσις, μήτηρ ἐλευθερίας, ἀθανασίας ἀκρόπολις, δουλείας ἀπαλλαγή, χαρισμάτων διανομή, κτλ. *Incarnatio morte potentior, dæmonibus fortior, idololatriæ destructio, libertatis mater, immortalitatis arx, à servitute liberatio, donorum distributio,* &c.

Οἰκονομία opponitur θεότητι.

Atque hoc sensu οἰκονομία opponitur τῇ θεότητι, & τῇ θεολογίᾳ.

Τῇ θεότητι opponitur. Chrysost. Homil. I. in Matth. t. II. p. 3. de Johanne Evangelista: Ἐπειδὰν τοῖς τρισὶν ἡ σπουδὴ γέγονε τῷ τῆς οἰκονομίας ἐνδιατρῖψαι λόγῳ, καὶ τὰ τῆς θεότητος ἐκινδύνευσεν ἀποσιωπᾶσθαι δόγματα, τοῦ Χριστοῦ κινήσαντος αὐτόν, οὕτως ἦλθεν ἐπὶ τὴν εὐαγγελικὴν συγγραφήν. *Quoniam tribus;* nempe S. Matthæo, Marco, & Lucæ; *curæ fuit, ut de Incarnatione disquirerent, adeóque periculum erat, ne doctrina de Deitate silentio involveretur, Johannes à Christo incitatus, ad Evangelium conscribendum se accinxit.* Idem Homil. XXXIX. in I. Epist. ad Corinth. cap. XV. v. 28. tom. III. pag. 506. Τίς ἡ τοῦ Παύλου γνώμη, καὶ τὸ ἔθος; Ἄλλως, ὅταν περὶ τῆς θεότητος μόνης διαλέγηται, καὶ ἑτέρως, ὅταν εἰς τὸν τῆς οἰκονομίας ἐμπέσῃ λόγον. *Quæ sententia, & quæ consuetudo Pauli? Alia, quando de sola Deitate loquitur; alia, quando in sermonem de Incarnatione incidit.*

Οἰκονομία opponitur θεολογίᾳ.

Τῇ θεολογίᾳ opponitur οἰκονομία. Basilius M. Epist. CXLI. tom. II. pag. 927. ad verba Christi Joh. XVII. v. 3. Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν: & cap. XIV. v. 1. Πιστεύετε εἰς Θεόν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε, sic scribit: Πανταχοῦ τὴν ἔννοιαν ἡμῶν ἀσφαλιζομένου τοῦ πνεύματος ἁγίου, ἵνα μὴ θατέρῳ προσβαίνοντες,

νοῦντες, ἵνα μὴ ἐκπίπτωμεν καὶ τῇ θεολογίᾳ προσέχοντες, τῆς οἰκονομίας καταφρονῶμεν. *Ubique mentes nostras confirmat Spiritus sanctus, ut ne, dum alteri acquiescimus, ab altero excidamus, hoc est, ne dum ad naturam divinam attendimus, naturam humanam contemnamus.* Ita enim locum reddendum putamus. Theodoretus ad Cap. IV. ad Hebræos, v. 14. tom. III. pag. 414. Χρὴ ἡμᾶς εἰδέναι, ἵνα μὲν τῆς θεολογίας, ἵνα δὲ τῆς οἰκονομίας ὀνόματα. *Oportet nos scire, quænam sint Deitatis, & quæ Incarnationis nomina.* Gregorius Nazianzenus, Orat. XXXVIII. pag. 616. Μὴ θεολογία τὸ προκείμενον ἡμῖν, ἀλλ' οἰκονομία. *Nobis non est proposita doctrina de Deitate, sed de Incarnatione Christi.* Photius, Epist. XXXIV. pag. 95. Ὥσπερ ἐπὶ τῆς θεολογίας, καὶ τὸ, τρεῖς ὁμολογεῖν οὐσίας, πολύθεον, καὶ διὰ τοῦτο ἄθεον· καὶ τὸ, μίαν λέγειν ὑπόστασιν, Ἰουδαϊκὸν καὶ Σαβέλλιον· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας, τὸ, τε μίαν φύσιν φρονεῖν, καὶ μίαν ὑπόστασιν, Μανιχαϊκὸν, καὶ ἀπόβλητον· καὶ τὸ, δύο φύσεις, καὶ δύο ὑποστάσεις, Παυλιανιστῶν, καὶ μισόχριστον. *Quemadmodum in doctrina de Deitate, tres confiteri essentias, multos deos inducit, & propterea Atheismum: ita unam dicere hypostasin, Judaismum resipit & Sabellianismum: eodem modo & in Incarnationis dispensatione, unicam naturam & hypostasin fingere, Manichaicum est, & rejiciendum: duas autem naturas, & duas hypostases, Paulianistarum est, & Christo contrarium.* Monendus ἐν παρόδῳ Lector, Photium nolle, duas in Christo ὑποστάσεις εἶναι: tantum enim refert, quæ Manichæorum fuerit sententia; nempe, quia in Christo una tantum sit ὑπόστασις, μίαν quoque voluerunt esse φύσιν. Sub finem Epistolæ sententiam suam perspicuè declarat, quando docet, *dogma Ecclesiæ esse retinendum, quod doceat* μίαν ὑπόστασιν ἐπὶ Χριστοῦ, δύο δὲ φύσεις, *unam in Christo hypostasin esse, duas autem naturas.* Damascenus lib. III. Orthod. Fidei, cap. XV. pag. 231. Οὐ χρὴ τὰ τῆς θεολογίας ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν μετάγειν. Stapulensis interpretatur: *Non oportet ea, quæ Theologiæ sunt, circa dispensationem quærere.* Obscurè satis, & contra mentem Autoris. Tu reddes: *Non oportet ea, quæ naturæ divinæ sunt, ad naturam transferre humanam.*

Et quia sanctus Johannes, præ cæteris Evangelistis, doctrinam de Deitate Filii perspicuè tradidit, θεολόγος, κατ' ἐξοχὴν, vocatur. Chrysost. Homil. CV. t. V. pag. 683. de eo sic scribit: *S. Johannes θεολόγος vocatur.*

Τὸ πτερὸν τὸ μέγα τῆς θεολογίας, ὁ ἀληθῶς υἱὸς βροντῆς, ὁ εἰς τὴν οἰκονομίαν ἀστράψας, καὶ εἰς τὴν θεολογίαν βροντήσας. *Magna illa Theologia penna, verè filius tonitru, apud quem œconomia fulmen, & Theologia tonitrua sunt.* A Theophylacto, præfat. in Matth. & in cap. I. Marci, θεολογικώτατος appellatur. Suidas de eo scribit, *eum* θεολογίαν, id est, *doctrinam de Deitate Filii*, scripsisse.

Θεολογεῖν est Christo Deitatem asserere.

Hinc etiam θεολογεῖν, est *Christo Deitatem asserere*, sive naturam ejus divinam contra θεομάχους defendere Arianos. Θεολογεῖν χριστὸν dicit Eusebius, Hist. Eccles. lib. V. κεφ. κη΄, pag. 56. b. Socrates, Hist. Eccles. lib. VII. cap. XXXI. pag. 275. a. Oecumenius ad v. 1. Cap. I. Epist. I. Petri, pag. 142. Athanasius in Synopsi Scripturæ, tom. II. pag. 131.

Christus vocatur φῶς θεολογούμενον. Ammonius Catenâ in Cap. I. Johannis, pag. 22. Εἰ καὶ φῶς Ἰωάννης, καὶ οἱ ἅγιοι, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοι τὸ θεολογούμενον, ὅς ἐστι Χριστὸς, ὁ φύσει φῶς· οἱ γὰρ ἅγιοι χάριτι ἔσχον τὸν φωτισμόν· διὸ καὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ φησιν, Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. Corderius Jesuita sic reddit: *Tametsi quoque Johannes, & sancti lux sint, tamen non sunt illa, de qua hic Theologus agit, quæ est Christus, lux per naturam: sancti namque per gratiam lucem acceperunt: quocirca de Christo dicit,* Erat lux vera. Τὸ θεολογούμενον φῶς interpretatur, *Lux, de qua hic Theologus agit.* Insulsè prorsus, & contra verbi hujus vim atque naturam. Tu ita corriges: *Sancti non sunt illa lux, cujus divinitatem Johannes hic adstruit, &c.*

Οἰκονομία omnes officii Redemtoris nostri partes complectitur.

Nec prætereundum, Οἰκονομίαν *non solam carnis nostræ assumtionem, sed & reliquas partes officii Redemtoris nostri complecti*; vel, *pro consilio divino & dispensatione atque administratione, quâ Deus est usus in generis humani instauratione,* sumi. Basilius M. Homil. XXV. quæ est εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, tom. I. pag. 587. de B. Virgine: Ἐπιτηδεία πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας διακονίαν ἐκρίθη, ἵνα καὶ ἡ παρθενία τιμηθῇ, καὶ ὁ γάμος μὴ φαυλισθῇ. *Ad hujus dispensationis mysterium apta judicata est, ut & virginitas honoraretur, nec matrimonium contemneretur.* Et Epist. CXLI. pag. 927: Προὔκειται γὰρ αὐτῷ πληρώσαντι τὴν οἰκονομίαν, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ἐπιτρέψαι αὐτοῖς κηρύσσειν αὐτὸν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. *Propositum enim illi erat, post absolutam œconomiam, ac resurrectionem à mortuis, inque cœlos assumtionem, tum demum mandare illis, ut prædicarent,*

dicarent, se Dominum esse Christum illum. Theodoretus Θεραπδ. τ. serm. X. tom. IV. pag. 641. Ἐνανθρωπήσας, ϰ τὴν οἰκονομίαν τελέσας, εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τοὺς ἀποστόλους ἐξέπεμψε. *Homo factus, & totâ salutis nostræ œconomiâ perfectâ, in totum terrarum orbem Apostolos emisit.* Chrysost. in Psal. CXLIII: Ὁ μονογενὴς τὴν οἰκονομίαν τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην ϰ φρικτὴν ἐπλήρωσεν. *Unigena admirabile illud & tremendum dispensationis mysterium implevit.* Anastasius & Cyrillus Alexandr. in explicat. Orthod. fidei, pag. 427. Πόσας φύσεις ὁμολογεῖς ἐπὶ τῆς οἰκονομίας; Δύο, θεότητα ϰ ἀνθρωπότητα. *Quot in dispensationis mysterio naturas confiteris? Duas, divinam & humanam.*

b. Incarnatio Christi vocatur οἰκονομία cum προσθήκη quadam: appellatur enim *Incarnatio Christi vocatur οἰκονομία b. cum προσθήκη quadam.*

Ἡ μετὰ σαρκὸς οἰκονομία, Nysseno contra Apoll. tom. III. pag. 265.

Ἔνσαρκος οἰκονομία, à Theophylacto in Cap. I. Joh. pag. 555: à Maximo, Cent. IV. de Charitate, Cap. LXXVII. ab Oecumenio in Cap. I. ad Ephesios, pag. 619. ab Epiphanio Hæresi LI. pag. 188. ab Eusebio Demonstrat. Evangel. lib. VII. p. 194. à Chrysost. Homil. CV. tom. V. pag. 682. ab Athanasio tom. I. pag. 225. à Theodoreto in Cap. I. Ezechielis. Phavorinus: Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία.

Ἔνσαρκος ϰ θεία οἰκονομία, à Chrysost. Homil. CV. tom. V. pag. 681.

Οἰκονομία τοῦ λόγου, ab autore Exposit. Fidei apud Justinum Martyrem pag. 177.

Οἰκονομία τῆς σαρκώσεως, à Basilio M. Epist. XLV.

Ἡ κατὰ σάρκα τοῦ λόγου οἰκονομία, ab Oecumen. in Acta, pag. 1.

Οἰκονομία τῆς σαρκὸς, à Chrysost. Homil. XXXI. in Joh.

Ἡ μετὰ σαρκὸς οἰκονομία, à Cyrillo Alex. in Cap. X. Jesajæ, pag. 189, & passim alibi.

Ἀνθρωπίνη οἰκονομία, ab eodem, Homil. CII. tom. V. p. 664.

Πολυύμνητος τοῦ Σωτῆρος οἰκονομία, & σωτήριος οἰκονομία, à Chrysost. Homil. CVI. tom. V. pag. 689. Verba ejus sunt: Τὸ εὐαγγέλιον εὐαγγελίζεται ἡμᾶς τὴν πολυύμνητον τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίαν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐν ἀνθρώποις ἐγένετο διὰ φιλανθρωπίαν, ϰ τὴν προαιώνιον

ἀξίαν περιαποθέμενος, ἀλλὰ τὴν σωτήριον οἰκονομίαν ἐνδυσάμενος. *Evangelium nobis annunciat laude dignissimam dispensationem, quòd Deus inter homines ob bonitatem sit versatus, dignitatem, quam ante secula habebat, non deponens, sed salutarem dispensationem induens.*

Ἡ τῆς ἐνσάρκου τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παρουσίας οἰκονομία, in Actis Synodi Nicænæ, pag. 5.

Quamvis autem non oporteat κλώθειν τὰ ἀσύγκλωστα, vix tamen Lectori Christiano ingratum fuerit, hac occasione cognoscere, quænam κατ' οἰκονομίαν fieri dicantur.

Κατ' οἰκονομίαν quæ fieri dicantur.

Κατ' οἰκονομίαν fieri aliquid dicitur, cùm aliud quidpiam specie-tenus geritur, quàm quod vel intenditur, vel revera subest. Hinc fit, ut quædam mali speciem præ se ferant, quæ tamen, cùm alio fine, aliáque ratione peragantur, quàm primo videri possit aspectu, omni prorsus culpa carere censentur. Talis οἰκονομία fuit, quòd Jehu, Rex Israëlis, simulavit sese Baalis colendi cupidum, cum ejusdem cultorum comprehendendorum & interficiendorum consilia apud se coqueret, II. Reg. cap. X. v. 19: quòd Solomon de infante in partes secando sententiam tulit, I. Reg. cap. III. v. 25. Nec desunt ex antiquis, qui Patriarcharum, aliorúmque piorum lapsus, in sacris Literis proditos, hacce οἰκονομίας specie, eant excusatum. *De quibus plura videantur in aureis Th. Gatakeri Notis ad* lib. XI. M. Antonini, pag. 400. 401.

Multa etiam ipse Deus κατ' οἰκονομίαν facere dicitur. Suidas: Ἡ τοῦ θεοῦ πρόνοια κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεται· κατ' οἰκονομίαν, κατ' εὐδοκίαν, κατὰ συγχώρησιν. *Dei providentia tribus modis administratur, per dispensationem, per bonam voluntatem, per concessionem.* Chrysostomus, Homil. LXXV. in Matth. t. II. pag. 472. interrogat, Πόθεν ὁ δεῖνα πλουτεῖ; *Quid causa subest, cur ille dives sit?* Et respondet: Οἱ μὲν τοῦ θεοῦ διδόντος, πολλοὶ δὲ συγχωροῦντος, ἄλλοι δὲ ἄλλης ἀπορρήτου τινὸς οἰκονομίας πλοῦτον ἐκτήσαντο. *Alii quidem divitias possederunt Deo eas dante, alii permittente, alii per aliquam aliam ineffabilem dispensationem.* Id. de Divite in Evang. Epist. CXXV. Ἐπειδὰν ψιχίων οὐ μετέδωκε τῷ πτωχῷ, σταγόνα ὕδατος οὐ λαμβάνει τῷ χειμῶνι· οὐκ ἔσπειρεν ἔλεος· ἦλθε τὸ θέρος, καὶ οὐκ ἐθέρισε· καὶ τοῦτο τοῦ δεσπότου οἰκονομία, ἵνα ἐξ ἐναντίας ἐποίησε τὴν κόλασιν τοῖς ἀσεβέσι, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν τοῖς

δικαίοις

δικαίοις, ἵνα βλέπωσιν ἀλλήλους, καὶ γνωρίζωσιν ἀλλήλους. Καὶ γὰρ ἕκαστος τότε μάλιστα τὸν ἴδιον τύραννον ἐπιγνώσεται, καὶ ἕκαστος τύραννος τὸν ἴδιον μάρτυρα, ὃν ἐκόλασε. *Quoniam micas pauperi non fuit impertitus, aquæ guttam non accipit. Hiemi non sevit misericordiam: venit æstas, nec messuit. At hæc est Domini dispensatio, quòd è regione paravit pœnam impiis, & requiem justis, ut alii alios videant, & agnoscant. Etenim quivis Martyr tunc suum agnoscet Tyrannum, & quivis Tyrannus Martyrem, quem punivit.*

Idem Homil. II. in Epist. ad Romanos, tom. III. pag. 14. de Providentia: Τοῦτο πίστεως μάλιστα, τὸ καὶ ἀγνοοῦντα τὸν τρόπον τῆς οἰκονομίας, δέχεσθαι τὸν περὶ προνοίας λόγον. *Hoc fidei maximè proprium est, ut, etiamsi dispensationis modum ignores, doctrinam de providentia admittas.* Et Homil. XLIX. in Acta, t. IV. pag. 8 2. Τοιαῦται αἱ τοῦ θεοῦ οἰκονομίαι· δι' ὧν βλαπτόμεθα, διὰ τούτων ὠφελούμεθα. *Hæ dispensationis divinæ rationes sunt; ea ipsa, quibus lædimur, nobis utilia sunt.*

II. Incarnatio Christi usitatissimè nominatur Σάρκωσις. Desumta autem appellatio ex Joh. cap. I. v. 14. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Σάρκωσις verò τῆς σαρκὸς δηλοῖ τὴν ἀνάληψιν, *carnis assumtionem significat,* ut Theodoretus loquitur, Dial. II. t. IV. pag. 67: vel, ut Damascenus, lib. III. Orthod. fidei, cap. XI. pag. 216. explicat, τὴν πρὸς σάρκα, ἤτοι πρὸς ἄνθρωπον συνάφειαν, *cum carne, vel cum homine conjunctionem.* 2 Σάρκωσις.

Greg. Nazianzenus, Orat. XXXVIII. pag. 614. Ἐφάνη Θεὸς ἀνθρώποις διὰ γεννήσεως· τὸ μὲν ὤν, καὶ ἀεὶ ὢν ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος, ὑπὲρ αἰτίαν καὶ λόγον (οὐδὲ γὰρ ἦν τοῦ λόγου λόγος ἀνώτερος) τὸ δὲ δι' ἡμᾶς, γενόμενος ὕστερον, ἵν' ὁ τὸ εἶναι δούς, καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρίσηται· μᾶλλον δὲ ῥεύσαντας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι διὰ κακίαν, πρὸς αὐτὸ πάλιν ἐπαναγάγῃ διὰ σαρκώσεως. *Deus per nativitatem hominibus apparuit, alterum quidem jam existens, & quidem sempiternè ex sempiterno, supra caussam omnem ac rationem (neque enim caussa ulla Verbo superior erat,) alterum nostræ salutis caussâ postmodum factus, ut, qui vitam dederat, idem beatam quoque vitam largiretur: vel potius, ut nos per vitium à beata vita prolapsos, ad eandem rursus per Incarnationem revocaret.*

Ammonius, Catenâ in Cap. I. Joh. pag. 19. Ἡ σάρκωσις τοῦ μονογενοῦς φωταγωγεῖ τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν ἀληθῆ θεογνωσίαν, καὶ

πρὸς πᾶν εἶδος ἀρετῆς. *Incarnatio Unigeniti præfert hominibus facem ad veram Dei cognitionem, omnéque genus virtutum.*

Eadem vox etiam occurrit apud Maximum in Cap. II. Dionysii Areopag. de divinis Nominibus, pag. 119: apud Isid. Pelusiotam, Epist. CCXVIII. lib. I. pag. 63. &c.

Πρόσληψις & πρόσλημμα assumtam notant humanam naturam.

Gregorius Thaumaturgus, Cap. I. de Fide, pag. 2. σάρκωσιν καὶ ἐνανθρώπησιν conjungit. Basilius Seleuciensis, Orat. XXXIX. pag. 217. dicit, *Christum* ἀνθρωπικὴν εἰληφέναι σάρκωσιν, *humanam assumsisse carnem.* Gregorius Nazianzenus, Orat. XXI. pag. 375. σάρκωσιν καὶ πρόσληψιν, *incarnationem, & assumtionem humanæ naturæ* conjungit. Ita vocem προσλήψεως usurpat Quintianus Episcop. in Epist. ad Petrum Fullonem, apud Zonaram in Can. Conc. p. 554. Ἡ σὰρξ, σάρξ ἐστιν, εἰ καὶ ἔστι θεοῦ σάρξ· καὶ ὁ λόγος λόγος ἐστὶν, εἰ καὶ ἀνέλαβε τὴν ἡμῶν πρόσληψιν. *Caro, caro est, etiamsi Dei caro sit: & Verbum, Verbum est, licèt nostram assumserit carnem.* Eodem sensu frequenter Veteres usos videas voce πρόσλημμα. Cæsarius, quæst. IX. pag. 22. Ἄκτιστος θεότητι, κτίζεται τῷ προσλήμματι. *Qui non est creatus respectu Deitatis, creatur respectu assumti corporis.* Et quæst. XXIII. pag. 46. Πέπονθε τῷ ἐξ ἡμῶν προσλήμματι. *In natura ab hominibus assumta passus est.* Nicephorus in Actis Ephesinis, pag. 309. *Credo in Christum* καθεσθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς μετὰ τοῦ προσλήμματος, μεθ' οὗ αὖθις ἐλεύσεται ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, *sedentem ad dextram Dei & patris cum assumto corpore, cum quo rursus veniet in gloria divina.*

Gregorius Nazianzenus, Orat. XL. pag. 671. Οὐδὲν ῥυπαρὸν οὗ Θεὸς, καὶ δι' οὗ σωτηρία· ὅλον ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν καὶ Θεὸν ὑπὲρ ὅλου τοῦ πεπονθότος, ἵνα ὅλῳ σοὶ τὴν σωτηρίαν χαρίσηται, ὅλον τὸ κατάκριμα λύσας τῆς ἁμαρτίας, ἀπαθῆ Θεότητι, παθητὸν προσλήμματι. *Nihil spurcum, ubi Deus est, & cujus beneficio salus paratur: totum hominem eundem & Deum, pro toto homine læso, ut tota peccati condemnatione rescissa, tibi toti salutem largiatur, passionis expertem respectu divinitatis, passionibus obnoxium assumtæ naturæ humanæ ratione.*

Theophanes, Homil. III. pag. 14. Οὔπω πρὸς οὐρανοὺς ἀναφοιτήσας ἦν μετὰ τοῦ προσλήμματος, ὅτε ταῦτα ἐφθέγγετο. *Nondum cum assumta natura reversus in cælum fuerat, cùm hæc dixisset.* Et Homil. VII. pag. 40. Κοινωνήσας ἡμῖν διὰ προσλήμματος, *cùm per assumtam*

tam naturam nobiscum communicavit. Et Homil. XXXIV. pag. 244. ex eo, quòd duo Angeli in sepulchro Christi apparuerunt, infert: Τοῦτο ἦν ἄρα σύμβολον τῶν ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεων· ἐικόνιζε γὰρ ἡ μὲν κεφαλὴ τὴν θεότητα, οἱ δὲ πόδες τὸ πρόσλημμα. *Hoc igitur duarum in Christo naturarum symbolum erat: nam caput quidem divinitatem, pedes verò assumtam significabant carnem.*

Descendit autem Σάρκωσις à σαρκόω, quasi dicas, *incarno*, id est, *carneum reddo*. Budæus vertit, *Carne oppleo*; item, *Carne operio*; nec non, *Carnem alo*, & *Ulcus impleo*, ex Celso. Præterea *Corpulentum reddo*, ex Galeno. Passivum autem σαρκοῦσθαι, *corporari*, & *carne indui*, ex Lactantio: quod de Incarnationis Christi mysterio peculiariter dici solet. Symbolum Nicænum: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ --- τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα. *Credimus in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei — qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit & incarnatus est, & homo factus.* Greg. Nazianzenus, Orat. XXXVIII. pag. 613: Ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, ὁ λόγος παχύνεται, ὁ ἀόρατος ὁρᾶται, ὁ ἀναφὴς ψηλαφᾶται· ὁ ἄχρονος ἄρχεται, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἀνθρώπου γίνεται. *Carnis expers incarnatur; Verbum crassescit: invisibilis cernitur: intactilis tangitur: tempore carens initium sumit: Filius Dei filius hominis fit.* Ita etiam Atticus, Episcopus Constantinopol. in Actis Concilii Ephesini, pag. 254: Ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται. Et Chrysostomus: Διὰ τῆς ἀγάπης ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, καὶ ὁ ἄναρχος ἄρχεται. Idem in Psal. XLIV: Πᾶσα ἡ γῆ ἀπὸ περάτων εἰς τὰ πέρατα δοξολογεῖ καὶ ὑμνεῖ τὸν σαρκωθέντα Θεόν. *Universa terra ab uno extremo orbis ad aliud glorificat & laudat incarnatum Deum.* Isidorus Pelusiota, Epist. LXIX. lib. I. pag. 22: Νηστεία καὶ βίου σεμνότης Ἰωάννην τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ βαπτιστὴν ἀπετέλεσε. *Jejunium & vitæ severitas Johannem incarnati Dei baptistam reddidit.* Idem, Epist. CXXIV. lib. I. pag. 38: Θεοῦ πάθος οὐ λέγεται· Χριστοῦ γὰρ τὸ πάθος γέγονε· σαρκωθέντος δηλονότι Θεοῦ, καὶ τῇ προσλήψει τῆς σαρκὸς τὸ πάθος ὑπομείναντος. *Passio de Deo non dicitur: Christus enim passus est: incarnato nimirum Deo, & in assumta carne passionem sustinente.*

Σάρκωσις quid.

Σαρκοῦσθαι de Incarnatione Christi usurpatur.

3. Ἐνανθρώπησις. III. Incarnatio Christi vocatur Ἐνανθρώπησις. Eusebius, Demonstrat. Evangel. lib. IX. pag. 259. vocat Ἐνανθρώπησιν τοῦ Θεοῦ λόγου, *Incarnationem Dei Verbi.* Athanas. tom. I. pag. 53. scripsit Orationem, quæ inscribitur, Λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τῆς διὰ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας. *Sermo de Incarnatione Dei Verbi, & per corpus inter nos apparitione.*

Vocatur etiam ἔνσαρκος ἐνανθρώπησις ab Epiphanio. lib. I. contra Hæreses, tom. II. hæresi XXX. pag. 71. & hæresi LXIX. pag. 330.

Ἐνανθρωπῆσαι. Deductum autem est à verbo ἐνανθρωπέω, quo peculiariter veteres Theologi utebantur, de Christi Incarnatione loquentes. Eo usi sunt Concilii Nicæni Patres in Symbolo suo, prout modò vidimus: eo usus est Oecumenius in cap. II. ad Galatas, pag. 590: Ἕκαστον τοσαύτην δεῖ ὁμολογεῖν χάριν τῷ Χριστῷ, ὡς εἰ δι' αὐτὸν μόνον ἐνηνθρώπησε. *Tantas unum quemque Christo gratias agere oportet, ac si propter ipsum solum homo fuisset factus.* Cyrillus Jerosol. Catechesi φωτιζ. XI. pag. 120: Μέλλοντος τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρωπεῖν, καὶ ἐκ παρθένου γεννᾶσθαι. *Cùm Christus esset carnem assumturus, & ex Virgine nasciturus.*

Eusebius Pamphili, teste Socrate, Hist. Eccles. lib. I. κεφ. ϛ', pag. 175. pro ἐνανθρωπήσαντα, quod in genuino Symbolo Nicæno apparet, usurpavit ἐν ἀνθρώποις πολιτευσάμενον: quod etiam Stephanus in Thesauro suo notavit quidem, non autem monuit, anguem latere in herba. Ἐνανθρωπεῖν enim de Filio Dei usurpatum, non significat *inter homines versari,* sed *carnem humanam assumere, hominem fieri.* En tibi Greg. Nazianz. Orat. LII. pag. 747. ubi de Apollinaristis sic loquitur: Καὶ περὶ τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως κακουργοῦσι φωνὴν, τὸ ἐνηνθρώπησεν, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ γέγονεν, ὃν ἑαυτῷ περιέπηξεν ἐξηγούμενοι κατὰ τὸ εἰρημένον· Αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· ἀλλ' ἀνθρώποις ὡμίλησε, καὶ συνεπολιτεύσατο λέγοντες καὶ διδάσκοντες, καὶ πρὸς ἐκείνην καταφεύγοντες τὴν φωνὴν, τὴν, Μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνεστράφη, λέγουσαν. *Etiam circa* ἐνανθρωπήσεως *vocem improbè ac versutè agunt, hoc verbum* ἐνηνθρώπησε *non ita explicantes, ut idem sit quod* in homine, quem sibi ipsi affixit, extitit, *juxta id, quod ait Scriptura:* Ipse enim sciebat, quid esset in homine: *verùm idem esse dicentes ac docentes, quod,* cum hominibus consuetu-

ſuetudinem habuit ac verſatus eſt: *atq; ad hæc verba confugientes*. Poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus eſt converſatus. *Vide reliqua apud Nazianz. Notas quin etiam Eliæ Cretenſis ad hunc locum, pag.1309.*

IV. Ἐνσωμάτωσις. Οἱ ἔξω hanc quidem vocem ignorant: veteres autem Theologi ea, ad exprimendam Chriſti Incarnationem, ſatis frequenter utuntur. In Actis Synodi Epheſinæ, pag. 272: Ἐνσωμάτωσις τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. Imò antiquiora etiam hujus vocis ſunt incunabula: reperitur enim apud Ignatium & Origenem. Ignatius, Epiſt. ad Philadelph. pag. 99: Ἐάν τις πατέρα, καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ὁμολογῇ, καὶ τὴν κτίσιν ἐπαινῇ, δόκησιν δὲ λέγῃ τὴν ἐνσωμάτωσιν, καὶ τὸ πάθος αἰσχύνηται, ὁ τοιοῦτος ἤρνηται τὴν πίστιν, οὐχ ἧττον τῶν Χριστοφόνων Ἰουδαίων. *Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum S. confiteatur, & creaturam laudet: ſed opinionem tantùm & phantaſiam eſſe dicat incarnationem, eúmque paſſionis pudeat, talis fidem negavit, non minùs quàm Judæi, qui Chriſtum occiderunt.* Et Epiſt. ad Antioch. pag. 93: Οἱ ἀπόστολοι εἰπόντες, ὅτι Θεὸς εἷς ἐστιν, εἶπον οἱ αὐτοὶ, ὅτι εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ τὴν ἐνσωμάτωσιν καὶ τὸ πάθος οὐκ ἐπῃσχύνθησαν. *Apoſtoli dicentes,* Deum unum eſſe; *iidem dixerunt,* unum eſſe mediatorem Dei & hominum; *eósque nec incarnationis, nec paſſionis puduit.*

4. Ἐνσωμάτωσις.

Origenes, lib. I. contra Celſum, pag. 33: Τοῦ Ἰησοῦ τὸ ἀνδραγάθημα οὐ κατὰ τοὺς αὐτοὺς τῆς ἐνσωματώσεως μόνους γέγονε χρόνους, ἀλλὰ καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο ἡ Ἰησοῦ δύναμίς ἐστιν ἐνεργοῦσα τὴν ἐπιστροφὴν, καὶ τὴν βελτίωσιν, ἐν τοῖς πιστεύουσι δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ. *Jeſu virtutes non eo tantùm tempore viguerunt, quo in corpore verſatus eſt in terris, ſed nunc quoque ejus potentia eſt efficax ad convertendos & corrigendos, quotquot Deo per illum credunt.* Eadem voce idem utitur lib. VI. contra Celſum, pag. 329.

Athanaſius, Orat. de Incarnatione Verbi, tom. I. pag. 56: Τῆς ἐκείνου ἐνσωματώσεως ἡμεῖς γεγόναμεν ὑπόθεσις, καὶ διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν ἐφιλανθρωπεύσατο καὶ ἐν ἀνθρωπίνῳ γενέσθαι καὶ φανῆναι σώματι. *Propter nos incarnatus eſt Chriſtus, & ob ſalutem noſtram, humanitate & benevolentia uſus, in humano eſſe, & apparere voluit corpore.*

Baſilius M. in Pſal. XXIX. t. I. pag. 187. de Pſalmi hujus

E 2 titulo

titulo ſcribit: Ἔοικε κατὰ τὸ νοητὸν, τὴν ἐνσωμάτωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σημαίνειν. *Videtur ſecundum ſenſum ſpiritualem, naturam humanam à Deo Verbo aſſumtam, ſignificare.*

Hinc etiam Chriſtus dicitur ἐνσώματος Θεός. Euſebius namque Hiſt. Eccleſ. lib. IV. κεφ. κϛʹ, pag. 42, inter libros Melitonis Sardenſis, etiam illum recenſet, quem περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ ſcripſerit.

Σωματοῦσθαι, σωματοποιεῖν. Deſcendit autem ἐνσωμάτωσις ab ἐνσωματόω, quod in hoc myſterio idem ſignificat, atq; ſimplex σωματόω, vel etiam σωματοποιέω. Chriſtus enim humanum corpus aſſumens, Veteribus dicitur σωματοῦσθαι, & ἑαυτὸν σωματοποιεῖν. Exemplis rem declarabimus. Chryſoſt. Homil. CV. t. V. pag. 697: Σωματοῦται ὁ λόγος. *Verbum carnem aſſumit.* Athanaſius Oratione, *Unum eſſe Chriſtum,* tom. I. pag. 665: Πῶς σαρκοῦται Θεός; πῶς σωματοῦται; *Quomodo Deus carnem aſſumit? quomodo corporatur?* Macarius Homil. IV. pag. 47: Ἐσωματοποίησεν ἑαυτὸν ὁ ἄπειρος καὶ ἀπρόσιτος καὶ ἄκτιστος Θεὸς, διὰ ἄπειρον, καὶ ἀνεννόητον χρηστότητα. *Infinitus, inacceſſus, & increatus Deus ſibi ipſi corpus paravit propter infinitam & incomprehenſibilem bonitatem.* Et mox: Διὰ ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν μεταμορφούμενος σωματοποιεῖ ἑαυτόν. *Propter benignitatem & humanitatem transformatus, ſibi corpus parat.*

Latini Patres pro σωματοῦσθαι, dicunt *corporari.* Lactant. l. IV. cap. XXVI: *Deus namque, ſicut ſuperiùs expoſui, cùm conſtituiſſet hominem liberare, magiſtrum virtutis legavit in terram, qui & præceptis ſalutaribus formaret homines ad innocentiam, & operibus factiſque præſentibus juſtitiæ viam panderet, quâ gradiens homo, & doctorem ſuum ſequens, ad vitam æternam perveniret. Is igitur* corporatus eſt; *& veſte carnis indutus, ut homini, ad quem docendum venerat, virtutis & exempla & incitamenta præberet.* Nec primus hoc verbo locupletavit ſermonem Latino-Chriſtianum Lactantius, ſed à Tertulliano uſurpatum accepit, cujus in libro de Carne Chriſti, cap. III. pag. 554. hæc ſunt verba: *Sed ideo, inquis, nego Deum in hominem verè converſum, ita ut & naſceretur,* & carne corporaretur: *quia qui ſine fine eſt, etiam inconvertibilis ſit, neceſſe eſt.* Et cap. VI. ejuſdem libri, pag. 556: *Nullus unquam Angelus ideo deſcendit, ut crucifigeretur, ut mortem experiretur, ut à morte*

morte resuscitaretur. Si nunquam ejusmodi fuit caussa Angelorum corporandorum, *habes caussam, cur non nascendo acceperint carnem. Non venerant mori, ideo nec nasci.* Eidem Tertulliano ἐνσωμάτωσις est *corporatio*, naturæ nimirum humanæ assumtio, ab initio cap. IV. ejusdem libri, pag. 554: *Igitur, si neque ut impossibilem, neque ut periculosam Deo repudias* corporationem, *superest, ut quasi indignam rejicias & accuses:* alii legunt, *recuses.* Occurrit etiam *incorporatus*, Græcè σαρκωθεὶς, vel σωματωθεὶς, in Concilio Pisano, lib. II. pag. 164. Imò & apud antiquiores Theologos nonnullos.

V. Incarnatio vocatur Ἐπιδημία vel *a.* simpliciter, vel *b.* cum προσθήκη quadam. 5. Ἐπιδημία

a. Incarnatio Christi simpliciter ἐπιδημία vocatur à Basilio M. cap. XXI. de Spiritu sancto, ad Amphiloch. tom. II. pag. 197: Ἡ σωματικὴ τοῦ νόμου τήρησις, ἐπὶ τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖται. *Corporalis legis observatio in adventu Christi abolita est.* A Macario, Homil. XXIV. pag. 318: Εὐδόκησεν ὁ Κύριος ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ αὐτοῦ παθεῖν ὑπὲρ πάντων, καὶ ἀγοράσαι αὐτοὺς τῷ ἰδίῳ αἵματι. *Placuit Domino in suo adventu pro omnibus pati, & suo eos sanguine redimere.* Ab Isidoro Pelusiota, Epist. CCCXIII. lib. III: Ὁ καλλίνικος τῶν οὐρανῶν βασιλεὺς, ὁ ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων τὴν ἐπιδημίαν τῇδε ποιησάμενος. *Victor ille cælorum rex, qui ob salutem hominum huc accessit.* A Theodoto, Ancyræ Episcopo, in Actis Ephesinis, pag. 260, Incarnatio Christi vocatur ἐπιδημία τοῦ ἀεὶ παρόντος, *adventus ejus, qui semper præsens est.* Eodem modo usurpat Chrysost. Homil. CLIV. tom. V. pag. 936: Τίς ἡ Χριστοῦ ἐπιδημία; Δουλείας ἀποφυγὴ, παλαιᾶς ἀνάγκης ἀπαλλαγὴ, υἱοθεσίας τιμὴ, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων πηγὴ, ἀθάνατος ἐν πᾶσιν ἀληθῶς ζωή. *Qualis Christi adventus? Servitutis evitatio, à veteri necessitate liberatio, adoptionis honos, remissionis peccatorum fons, immortalis verè in omnibus vita.* Eodem modo etiam ab Origene usurpatur, lib. IV. contra Celsum, pag. 173.

a. Simpliciter.

b. Incarnatio Christi vocatur ἐπιδημία cum προσθήκη quadam: appellatur enim, *b. Cum προσθήκη quadam.*

Ἐπιδημία Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, à Nazianzeno, Orat. XXXVIII. pag. 614.

Ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημία, ab Eusebio, Præparat. Evangel. lib. V. pag. 107.

Ἐν ἀνθρώποις ἐπιδημία, ab eodem, Demonstrat. Evang. lib. IV. pag. 123.

Οἰκονομικὴ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημία, à Basilio M. Epist. LXIV.

Ἔνσαρκος ἐπιδημία, ab Athanasio, Orat. II. contra Arianos, tom. I. pag. 365: & à Theophylacto, in cap. I. Lucæ, pag. 300.

Ἡ ἐν σαρκὶ ἐπιδημία, à Basilio M. Epist. LXV. tom. II. pag. 852.

Ζωοποιὸς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημία, ab Eusebio, Hist. Eccles. lib. II. cap. I. pag. 12.

Σωματικὴ τοῦ Θεοῦ λόγου ἐπιδημία, à Damasc. lib. I. Orthod. Fidei, cap. XIV. pag. 51.

Ἡ διὰ σαρκὸς ἐπιδημία τοῦ Κυρίου, ab Oecumenio, in II. Epist. Johannis, pag. 218.

Θεία καὶ σωτήριος ἐπιδημία. Chrysostomus, Homil. X. t. V. pag. 43. ita alloquitur Abrahamum, Angelos hospitio excipientem: Ὤφθη σοι Χριστὸς ἐν ἀνθρώπου σχήματι, τῆς θείας αὐτοῦ καὶ σωτηρίου ἐπιδημίας παραφαίνων σοι τὰ μυστήρια. *Apparuit tibi Christus in forma hominis, divini sui, & salutaris adventus tibi exhibens mysteria.*

Θεία ἐπιδημία τοῦ Σωτῆρος, ab Athanasio, de Incarnat. Verbi, tom. I. pag. 79.

6. Ἐνδημία. VI. Ἐνδημία vocatur ab Epiphanio, lib. I. contra Hæres. pag. 26: Ἐνδημία Χριστοῦ, καὶ ἔνσαρκος παρουσία. *Adventus Christi, & in carne præsentia.* Ἔνσαρκος ἐνδημία, ab eodem, Hæresi LXIX. pag. 338. & ab Athanasio, in fragm. in Ps. LXVIII. t. II. pag. 537: Σωματικὴ ἐνδημία, à Symeone Metaphrasta, in vita Dionysii Areop. pag. 323.

7. Παρουσία. *Adventus Christi duplex.* VII. Παρουσία. Duplex est Christi παρουσία: prior in carnem, ad patiendum pro nobis: altera in carne, ad judicandum de nobis. De utroque adventu ita Justinus Martyr, in Dialogo cum Tryphone, pag. 64: Δύο παρουσίαι τοῦ Χριστοῦ προπεφητευόντο γενησόμεναι, μία μὲν, ἐν ᾗ παθητὸς, καὶ ἄτιμος, καὶ ἀειδὴς φανήσεται· ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ ἔνδοξος, καὶ κριτὴς ἁπάντων ἐλεύσεται. *Duos Christi adventus fore,* *præ-*

prædictum est: prior quidem, in quo patibilis, abjectus, & obscurus apparebit: alter verò, in quo gloriosus, & omnium judex veniet. Chrysost. ad v. 11. cap. II. ad Titum, t. IV. p. 400: Δύο δείκνυσιν ἐνταῦθα ἐπιφανείας· καὶ γάρ εἰσι δύο, ἡ μὲν προτέρα χάριτος· ἡ δὲ δευτέρα ἀνταποδόσεως, καὶ δικαίου. *Duos hic ostendit adventus: sunt enim duo, primus quidem gratiæ; secundus verò retributionis & justitiæ.* Videatur ad eundem locum Theophylactus, pag. 853. Cyrillus Jerosol. Catechesi XI. Φωτιζομ. ab initio, pag. 108: Χριστοῦ παρουσίαν καταγγέλλομεν, οὐ μίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ δευτέραν τῆς προτέρας πολὺ καλλίονα· ἡ μὲν γὰρ ὑπομονῆς εἶχεν ἀπόδειξιν· ἡ δὲ θείας βασιλείας φέρει τὸ διάδημα. *Non primum tantùm, sed etiam secundum Christi adventum annunciamus, priore longè splendidiorem: ille enim tolerantiæ demonstrationem habuit: hic verò regni fert diadema.* Origenes, l. I. contra Celsum, p. 43: Αἱ προφητεῖαι δύο λέγουσιν εἶναι τὰς Χριστοῦ ἐπιδημίας· τὴν μὲν προτέραν ἀνθρωποπαθεστέραν καὶ ταπεινοτέραν, ἵνα σὺν ἀνθρώποις ὢν ὁ Χριστὸς, διδάξῃ τὴν φέρουσαν πρὸς Θεὸν ὁδὸν, καὶ μηδενὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἀπολογίας καταλίπῃ τόπον, ὡς οὐκ ἐγνωκέναι περὶ τῆς ἐσομένης κρίσεως· τὴν δ' ἑτέραν ἔνδοξον καὶ μόνον θειοτέραν, οὐδὲν ἐπιπεπλεγμένον τῇ θεότητι ἔχουσαν ἀνθρωποπαθές. *Prophetiæ duos Christi adventus esse dicunt: priorem quidem, obnoxium humanis passionibus, & humiliorem, ut inter homines degens Christus, doceret eos viam ferentem ad Deum, nemini que viventium locum excusationis relinqueret, quòd nihil audierit de futuro judicio: alterum verò gloriosum, & divinum tantummodò, nihil admistum habentem humanarum passionum cum ejus divinitate.* De hoc duplici adventu etiam ἀνώνυμος in Catena in Cap. III. Johannis, pag. 97: Δύω εἰσὶν αἱ Χριστοῦ παρουσίαι· ἡ ἤδη γεγενημένη, καὶ ἡ μέλλουσα. Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς αἱ δύο· ἀλλ' ἡ μὲν προτέρα γέγονεν, οὐχ ἵνα ἐξετάσῃ τὰ πεπραγμένα ἡμῖν, ἀλλ' ἵνα ἀφῇ· ἡ δὲ δευτέρα, οὐχ ἵνα ἀφῇ, ἀλλ' ἵνα ἐξετάσῃ. *Duo sunt adventus Christi, quorum unus jam fuit, alter verò futurus est. At non idem utriusque scopus: verùm prior quidem fuit, non ut facta nostra exploret, sed ut remittat: posterior verò, non ut remittat, sed ut exploret.* Hic de primo Christi adventu agimus. Is vocatur,

Παρουσία simpliciter, à Photio in Biblioth. Cod. XXVII. pag. 17: Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία ἐν τόμοις δέκα. Ἄρχεται ἀπὸ παρουσίας Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. *Lecti sunt Eusebii Historia*

storiæ Ecclesiasticæ libri decem. Auspicatur à nato Christo, vero Deo nostro. Quod Eusebius, ut suprà vidimus, οἰκονομίαν appellavit, id Photius hoc loco παρουσίαν nominat.

Ἔνσαρκος παρουσία, à Chrysost. Homil. XXXIV. t. V. pag. 218: ab Epiphanio, pag. 26. & 73. Iterum à Chrysost. Homil. VIII. in Johan. tom. II. pag. 588. ad versum 10. cap. VIII: Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Ἐνταῦθα κόσμον τὸ πλῆθός φησι τὸ διεφθαρμένον, καὶ τοῖς γηΐνοις προστετηκὸς πράγμασι, τὸν χυδαῖον, καὶ θορυβώδη, καὶ ἀνόητον λαόν· ὡς οἵγε τοῦ Θεοῦ φίλοι καὶ θαυμαστοὶ, πάντες αὐτὸν ἐπέγνωσαν καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας. Mundus eum non cognovit. *Hic* mundum *vocat corruptam multitudinem, & terrenis rebus affixam atque deditam: vilem, turbulentum, & stolidum populum: etenim amici Dei & admirabiles illi viri omnes eum, etiam ante præsentiam in carne, agnoverunt.* Ita etiam vocatur ab Athanasio, Epist. ad Serapionem, t. I. pag. 183: & ab aliis passim.

Ἐν ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ παρουσία, à Nysseno, Orat. Catechet. cap. XV. t. III. pag. 69. Digna verba, quæ excerpantur, quia infinita Incarnationis Christi beneficia nobis in memoriam revocant. Sic igitur illa habent: Ζητεῖς τὴν αἰτίαν τοῦ γεγενῆσθαι Θεὸν ἐν ἀνθρώποις; Ἐὰν ἀφέλῃς τοῦ βίου τὰς θεόθεν ἀπογενομένας εὐεργεσίας, ἐκ ποίων ἐπιγνώσῃ τὸ θεῖον, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοις. Ἀφ' ὧν γὰρ πάσχομεν, ἀπὸ τούτων τὸν εὐεργέτην ἐπιγινώσκομεν· πρὸς γὰρ τὰ γινόμενα βλέποντες, διὰ τούτων τὴν τοῦ ἐνεργοῦντος ἀναλογιζόμεθα φύσιν. Εἰ οὖν ἴδιον γνώρισμα τῆς θείας φύσεως ἡ φιλανθρωπία, ἔχεις ὃν ἐπεζήτησας λόγον, ἔχεις τὴν αἰτίαν τῆς ἐν ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ παρουσίας. Ἐδεῖτο γὰρ τοῦ ἰατρεύοντος ἡ φύσις ἡμῶν ἀσθενήσασα· ἐδεῖτο τοῦ ἀνορθοῦντος, ὁ ἐν τῷ πτώματι ἄνθρωπος· ἐδεῖτο τοῦ ζωοποιοῦντος, ὁ ἐφαμαρτὼν τῆς ζωῆς· ἐδεῖτο τοῦ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπανάγοντος, ὁ ἀποῤῥυεὶς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίας· ἔχρῃζε τῆς τοῦ φωτὸς παρουσίας, ὁ καθειργμένος τῷ σκότει. Ἐζήτει τὸν λυτρωτὴν ὁ αἰχμάλωτος, τὸν συναγωνιστὴν ὁ δεσμώτης, τὸν ἐλευθερωτὴν, ὁ τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας κατεχόμενος. *Quæris caussam, cur Deus genitus sit inter homines? Si à vita abstraxeris à Deo profecta beneficia, ex quibúsnam Deum agnoscere queas, dicere non poteris. Ex iis enim, quæ accipimus, benefactorem agnoscimus. Ad ea enim, quæ fiunt, respicientes, per ea ejus qui agit naturam reputamus. Si ergo divinæ naturæ indicium & signum proprium est benevolentia in homines, habes rationem, quam quærebas, habes caussam adventus Dei*

tas Dei ad homines. Opus enim erat medico natura nostra, quæ morbo laborabat: opus erat eo, qui erigeret, homini qui ceciderat. Indigebat eo, qui vivificaret, qui à vita exciderat: indigebat eo, qui ad bonum reduceret, qui à boni participatione defluxerat: indigebat lucis præsentia, qui erat inclusus in tenebris. Quærebat redemtorem captivus, adjutorem vinctus, liberatorem is, qui jugo servitutis premebatur.

Τοῦ Θεοῦ λόγου εἰς ἀνθρώπους παρουσία, ab Eusebio, Demonstrat. Evangel. lib. VIII. pag. 253.

Συγκαταβατικὴ πρὸς ἡμᾶς παρουσία, ab Areta, in cap. V. Apocal. pag. 963. Omnino συγκαταβατικὸς erat Christi ad nos adventus: ipse enim, qui superior longè, excelsior, fortior atque robustior erat, sese demisit, sese accommodavit, atque, per Incarnationem, ad mores, sensum, & captum humiliorum, inferiorum, imbecilliorum, & infirmiorum, attemperavit. De hac συγκαταβάσει Chrysost. Homil. XXXIV. t. V. pag. 218: Πολὺ δυσπαράδεκτος ἦν ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος· ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ, καὶ τὸ μέγεθος τῆς συγκαταβάσεως, τοῦτο φρίκης ἔγεμε, καὶ πολλῆς ἐδέετο κατασκευῆς, ὥστε παραδεχθῆναι. *Valde difficulter Incarnationis ratio percipi poterat: summus enim ipsius erga homines amor, & magnitudo demissionis summa plena erant admirationis, multâque egebant præparatione, ut reciperentur.* Et in tractatu, *Quòd Christus sit Deus*, t. V. Edit Paris. p. 836. Ἡ μὲν προτέρα (τῆς Χριστοῦ παρουσία) πολλὴν εἶχε τὴν συγκατάβασιν· ἡ δὲ δευτέρα οὐχ οὕτως, ἀλλὰ φρίκης γέμουσα καὶ καταπλήξεως. *Prior quidem Christi adventus magnam habebat demissionem: posterior verò non ita, sed horrore & stupore plenus.*

Παρουσία Κυρίου ἐπὶ γῆς, ab Eusebio, Demonstrat. Evang. lib. VI. pag. 163. Hinc à Chrysostomo vocatur ἐπίγειος παρουσία.

Θεανδρικὴ τοῦ Θεοῦ παρουσία, *adventus uniti cum Deo hominis*, à Cæsario, quæst. XIV. pag. 30.

Ἐνσώματος παρουσία τοῦ Σωτῆρος, ab Athanasio, Orat. II. contra Arianos, t. I. pag. 360.

Σωματικὴ τοῦ Θεοῦ λόγου παρουσία, ab eodem, Orat. III. contra Arianos, pag. 380.

VIII. Κάθοδος vocatur Incarnatio ab Athanasio, Orat. de Incarnatione Verbi, pag. 56: Ἡ ἡμῶν αἰτία ἐκείνῳ (vitiose impri- 8. Κάθοδος.

primitur, ἐκείνων) γέγονε σωτηρίας τῆς καθόδου. *Filius Dei propter nos descendit.*

Θεοῦ κάθοδος οὐρανόθεν, ab Eusebio, Demonstrat. Evangel. lib. VI. pag. 160. Ἐξ οὐρανοῦ εἰς ἀνθρώπους κάθοδος, ibid. lib. VI. pag. 167: & lib. VII. pag. 192. Εἰς ἀνθρώπους κάθοδος, ibid. lib. VIII. pag. 252.

9. Κατάβασις. IX. Κατάβασις. Eusebius, Demonstrat. Evangel. lib. VI. p. 170. Incarnationem vocat Θεοῦ λόγου ἐξ οὐρανῶν κατάβασιν.

10. Πάροδος. X. Πάροδος. Ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους πάροδος. *Salvatoris nostri ad homines adventus*, ab Eusebio, Præparat. Evang. lib. V. pag. 107. & Demonstrat. lib. V. pag. 137. Εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον πάροδος, *in vitam humanam adventus*, Demonstrat. Evang. lib. VI. pag. 190.

11. Εἴσοδος. XI. Εἴσοδος. Ita vocatur à Chrysost. Homil. XLIX. in Genesin, & à Nysseno contra Apollinarem, t. II. pag. 47: Οὐκοῦν τὴν διὰ σαρκὸς αὐτοῦ γένεσιν, εἴσοδον εἰς τὴν οἰκουμένην ὀνομάζει ὁ λόγος. *Ergo nativitatem ejus per carnem, ingressum in mundum sermo nominat.* Germanus in Theoria Eccles. pag. 156: Ἡ εἴσοδος τοῦ εὐαγγελίου, ἐμφαίνει τὴν παρουσίαν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν εἴσοδον, τὴν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον. *Introitus Evangelii, adventum Filii Dei, & introitum in hunc mundum repræsentat.* Quando verò Incarnatio Christi εἴσοδος vocatur, respicitur sine dubio ad illa Scripturæ loca, quæ Christum in mundum ingressum dicunt; & maximè ad verba Apostoli, Act. cap. XIII. v. 24. ubi adventus Domini expressè εἴσοδος vocatur. Vide Hebr. cap. X. v. 5. ubi περὶ ἐπιφανείας Χριστοῦ agi, docet Theodoretus, in Epist. ad Hebræos, t. III. pag. 439. & Theophylactus, pag. 973. cujus verba sunt: Ὁ Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον εἰσερχόμενος ἐν σώματι, λέγει διὰ τοῦ Δαυὶδ, κ.λ. *Christus in mundum ingressurus in corpore, dicit per Davidem, &c.*

12. Ἔλευσις. XII. Ἔλευσις τοῦ Κυρίου, à Macario, Homil. I. pag. 13. his verbis: Διὰ τοῦτο ἡ ἔλευσις τοῦ Κυρίου γεγένηται, ἵνα ἐκβάλῃ τὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας, καὶ ἀπολάβῃ τὸν ἴδιον οἶκον καὶ ναὸν, ἄνθρωπον. *Propterea adventus Domini factus est, ut imperia & potestates ejiceret, & propriam domum atque templum, hominem nimirum, recuperaret.* Et Homil. XXXIV. pag. 446: Ἡ ἔλευσις τοῦ Κυρίου πᾶσα διὰ τὸν ἄνθρωπον γεγένηται.

γέγονε, τ̓ ἐπθανάτωμένον ἐν τάφῳ σκότους. *Totus Christi adventus propter hominem, in sepulchro tenebrarum mortuum jacentem, factus est.*

XIII. Κατέλευσις τοῦ Σωτῆρος, ab Eusebio, Orat. quam τῷ συλλόγῳ τῶν ἁγίων scripsit, pag. 166. 13. Κατέλευσις.

XIV. Θεοπλασία. Dionysius Areopag. cap. II. de divinis Nominibus, pag. 424: Ἀλλὰ καὶ τὸ πάσης θεολογίας ἐκφανέστατον, ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεοπλασία, καὶ ἄῤῥητός ἐστι λόγῳ παντὶ, καὶ ἄγνωστος νῷ παντί. *Quin etiam, id quod est omnium, quæ de Deo dicuntur, clarissimum, divina ipsius Jesu è natura nostra formatio, & ineffabilis est sermoni omni, nulliq; nota intelligentiæ.* Ad quem locum observentur verba Pachym. in Paraphrasi ad cap. IV. de cœlesti Hierarchia, pag. 59: Θεοπλασίαν λέγει, ὅτι θεὸς ὢν ἐπλάσθη ἐν τῇ νηδύϊ τῆς πανάγνου θεομήτορος, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος. *Dei formationem vocat, quòd, cùm Deus esset, formatus sit in utero castissimæ Dei matris, quatenus homo factus est.* Et Maximus, in scholiis ad cap II. de divinis Nominibus, pag. 119: Καθ' ἡμᾶς θεοπλασίαν φησὶ, τὴν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ σάρκωσιν. *Domini Jesu incarnationem ex natura nostra, Dei formationem vocat.* 14. Θεοπλασία.

XV. Ἀνδρικὴ θεουργία. Dionysius Areopogita, Cap. IV. de cœlesti Hierach. pag. 49: Οὕτω γοῦν ὁ θεῖος Γαβριὴλ Ζαχαρίαν μὲν τὸν ἱεράρχην ἐμυσταγώγει, τὸ προφήτην ἔσεσθαι τὸν ἐξ αὐτοῦ παρ' ἐλπίδα, χάριτι θείᾳ γενησόμενον παῖδα, τῆς ἀγαθοπρεπῶς καὶ σωτηρίως τῷ κόσμῳ ἐπιφανησομένης ἀνδρικῆς τοῦ Ἰησοῦ θεουργίας. *Ita divinissimus ille Gabriel Zachariam quidem Pontificem docuit, quòd puer ex ipso præter spem, divinâ gratiâ, nasciturus, propheta foret humanæ divinæque Jesu dispensationis, benignè simul ac salubriter mundo appariturę.* Quid ἀνδρικὴ θεουργία sit, Pachymeres, pag. 58. ita explicat: Ἀνδρικὴν θεουργίαν, τὴν τοῦ δεσπότου Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν λέγει, καθ' ἣν, Θεὸς ὢν ἐν σαρκὶ, τὰ θεῖα εἰργάζετο. *Virilem Dei operationem vocat Christi incarnationem, secundum quam, cùm Deus esset in carne, divina operatus est.* 15. Ἀνδρικὴ θεουργία.

XVI. Ἡ εἰς ἀνθρώπους γένεσις, ab Eusebio, Demonstrat. Evang. lib. V. pag. 148. Ἔνσαρκος γένεσις, ibid. lib. VII. pag. 219. 16. Γένεσις

XVII. Accedimus ad usitatissimam Incarnationis Christi appellationem, quâ vocatur ἡ ἐπιφάνεια. Quid ἡ ἐπιφάνεια sit, audi- 17. Ἐπιφάνεια.

audire placet doctissimum Casaubonum, Exercitat. II. ad Annales Baronii, sect. XI. pag. 166. *Graci scriptores,* inquit, ἐπιφάνειαν *appellant, apparitionem Numinis, quoquo tandem modo Deus aliquis sua præsentiæ signum dedisse crederetur. Sic Diodorus Siculus, lib. I. ait, Isidem noctibus solitam parere, & somnia immittere,* φανερῶς ἐπιδεικνυμένην τὴν ἰδίαν ἐπιφάνειαν, suæ præsentiæ manifesta indicia demonstrantem. *Et Dionysius Halicarn. qui, ut ad lib. XII. Athenæi olim observabamus, ea voce utitur sæpius, alicubi graviter eos reprehendit, qui* διασύρουσι τὰς ἐπιφανείας τῶν θεῶν, irrident Deorum apparitiones, *per quas illi se hominibus manifestant. In II. Maccab. c. III. v. 24. eleganter scribitur.* Ὁ τῶν πνευμάτων καὶ πάσης ἐξουσίας δυνάστης ἐπιφάνειαν μεγάλην ἐποίησε, spirituum & omnis potentiæ princeps magnam apparitionem fecit, *hoc est, sua præsentia, sive auxilii præsentis certum argumentum dedit. Id enim significat* ἐπιφάνειαν ποιεῖν, *pro quo dixit vetus Interpres satis inconcinne,* facere suæ ostensionis evidentiam. *Alibi non multò aliter à Græcis hæc vox usurpatur, de suis diis loquentibus, quàm apud Rabbinos dictio* שכינה, *de qua in Thisbi Elias. Et in libris Rabbinicis sæpe legas,* יראה שכינה, εἶδεν ἐπιφάνειαν, *sive* ὁ Θεὸς ἐπεφάνη, Deus illi apparuit, *&c.* Hactenus Casaubonus.

Hinc etiam veteres Græci, ἐπιφανείας voce Incarnationem Christi designârunt, nomenclaturâ quoque desumtâ ex II. Epist. ad Timoth. cap. I. v. 10. Suidas: Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία. *Epiphania dicitur Salvatoris nostri Jesu Christi in carne œconomia.* Chrysost. ad vers. 11. cap. II. ad Titum: Δύο δείκνυσιν ἐνταῦθα ἐπιφανείας· καὶ γάρ εἰσι δύο, ἡ μὲν προτέρα, χάριτος· ἡ δὲ δευτέρα, ἀνταποδόσεως καὶ τοῦ δικαίου. Theophylactus ad versum 13. cap. II. ad Titum; pag. 853. Δύο ἐπιφανείας λέγει· καὶ ἡ μὲν πρώτη χάριν εἶχε καὶ ἄφεσιν, μετὰ ἐπιεικείας καὶ εὐτελείας γενομένη· ἡ δὲ δευτέρα, ἀνταπόδοσιν, μετὰ δόξης δεικνυμένη. *Duorum adventuum mentionem facit: & prior quidem, gratiam habebat & remissionem, qui cum mansuetudine & humilitate contigit: posterior verò, retributionem, cum gloria exhibitus.* Eusebius, Demonstrat. Evangel. lib. VIII. pag. 227: Ὁ καὶ γέγονεν ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας. *Id quod etiam in apparitione Salvatoris nostri evenit.*

Theo-

Theodoretus θεραπευτ. Serm. VI. paulò ante finem: Ἡ τοῦ Θεοῦ ϗ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφάνεια. Et, περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας.

Ἔνσαρκος ἐπιφάνεια. Eusebius, Hist. Eccles. lib. I. cap. V. pag. 5: Φέρε δὴ μετὰ τὴν δέουσαν ἤδη προκατασκευὴν τῆς προτεθείσης ἡμῖν ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἤδη λοιπὸν ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας, οἷά τινος ὁδοιπορίας, ἁψώμεθα. *Agedum, postquam ad propositam nobis Historiam Ecclesiasticam viam convenienter munivimus, deinceps ab apparitione Salvatoris nostri in carne, veluti ab itinere nostro, aggrediamur exordium.* Ab eodem iterum ita vocatur, Demonstrat. Evangelicæ libr. VIII. pag. 226: Ὁ Ματθαῖος τὸν χρόνον τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ (Χριστοῦ) ἐπιφανείας ὧδέ πως ἱστορεῖ, λέγων· Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος, κλ. *Matthæus tempus apparitionis ejus in carne ita narrat:* Nato autem Jesu, &c. Ab Isidoro Pelusiota, Epist. CCCCXXXVI. lib. I. p. 111: Ἡ ὑπὲρ τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτιῶν γενομένη παιώνιος τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἔνσαρκος ἐπιφάνεια. *Pro hominum peccatis salutaris Filii Dei in carne apparitio.* Et Epist. CCXXIX. lib. IV. pag. 552: Ἡ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἔνσαρκος ἐπιφάνεια. Athanasius scripsit Orationem, quæ habetur tom. I. pag. 595, περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ λόγου.

Ἡ εἰς ἀνθρώπους ἔνσαρκος ἐπιφάνεια. Eusebius, Demonstr. Evangel. lib. V. pag. 151: Τελείων ἦν τὸ προορᾶν δύνασθαι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαί ποτε εἰς ἀνθρώπους ἔνσαρκον ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. *Perfectorum erat, posse prævidere, aliquando futuram ipsius apparitionem inter homines in carne.*

Ἡ εἰς ἀνθρώπους ἐπιφάνεια. Eusebius Procem. in lib. III. Demonstrat. Evangel. pag. 57: Αἱ τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν περὶ τῆς κατ' αὐτὸν θεολογίας διδασκαλίαι, ϗ αἱ περὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιφανείας αὐτοῦ προρρήσεις. *Prophetarum apud Hebræos doctrina de ejus Deitate, & de ejus inter homines apparitione prædictiones.*

Τοῦ Θεοῦ λόγου εἰς πάντας ἀνθρώπους ἐπιφάνεια. Eusebius, Demonstrat. Evang. lib. VI. pag. 162.

Ἡ κατὰ σάρκα ἐπιφάνεια τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Pachym. in C. IV. Dionysii Areopag. de cœlesti Hierarch. pag. 58.

Ἡ σωτήριος ἐπιφάνεια. Eusebius, Demonstrat. Evangel. lib. I. pag. 15.

Ἡ διὰ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφάνεια τοῦ Θεοῦ λόγου. Ita vocatur in titulo Orat. II. tom. I. Athanasii, pag. 53. Et in Orat. ipsa, Ἡ θεία τοῦ λόγου πρὸς ἡμᾶς ἐπιφάνεια. Et σωματικὴ ἐπιφάνεια, ibid. pag. 72.

18. Θεοφάνεια. XVIII. Θεοφάνεια. Suidas: Θεοφάνεια, ἡ τοῦ Θεοῦ φανέρωσις. *Θεοφάνεια est Dei apparitio.* Gregorius Nyssenus, in laudem Basilii M. tom. III. pag. 479: Ἡ ἐπὶ τῇ Θεοφανείᾳ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ χάρις, ἡ διὰ τῆς ἐκ παρθένου γεννήσεως ἀναδειχθεῖσα τῷ κόσμῳ, οὐχ ἁπλῶς ἐστιν ἁγία πανήγυρις, ἀλλ' ἁγία ἁγίων, καὶ πανήγυρις πανηγύρεων. *Propter divinam unigeniti Filii apparitionem, per partum Virginis demonstrata mundo gratia, non simpliciter sancta festivitas est, sed sancta sanctarum, & celebritas celebritatum.* Athan. Orat. de Incarnatione Verbi, tom. I. p. 60: Ἐδύνατο, εἰ μόνον ἤθελε, φανῆναι, καὶ δι' ἑτέρου κρείττονος τὴν θεοφάνειαν αὐτοῦ ποιήσασθαι, ἀλλὰ λαμβάνει τὸ ἡμέτερον σῶμα. *Potuisset, siquidem voluisset, alia etiam meliori ratione apparere, sed nostrum assumit corpus.* Nyssenus, Homil. XIII. in Canticum, tom. I. pag. 664: Πρὸς τὴν διὰ σαρκὸς γενομένην ἡμῖν θεοφάνειαν χειραγωγεῖ τὰς παρθένους. *Ad factam in carne patefactionem Dei quasi manu ducis virgines.* Idem, Orat. Catechet. Cap. XVIII. tom. III. pag. 75: Μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ θεοφανείας λαμπρὰ παρ' αὐτοῖς (Ἰουδαίοις) ἦν τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις βασίλεια, ὁ διώνυμος ἐκεῖνος ναὸς, αἱ νενομισμέναι δι' ἔτους θυσίαι, κλ. *Usque ad Christi Dei adventum, apud eos, Judaeos, Jerosolymis praeclara erat sedes regia, inclytum illud Templum, lege constituta annua sacrificia, &c.*

Τὰ ἐπιφάνια, & τὰ Θεοφάνια quid. At hic insignis jam venit solvendus nodus; nimirum, quid veteribus sint τὰ ἐπιφάνια, & τὰ θεοφάνια. Quidam etiam scribunt, τὰ θεοφάνεια: ita Philostorgius, Hist. Eccles. lib. VI. Cap. II. pag. 82: Τῆς τῶν Θεοφανείων ἑορτῆς ἐνισταμένης, *Theophaniorum festo instante.* Et Suidas: Θεοφάνεια, ἡ τοῦ Θεοῦ φανέρωσις. Θηλυκόν· οὐδετέρως δὲ, πληθυντικὸν, τὰ θεοφάνεια· ἡ εὐθεῖα, τὸ Θεοφάνειον. *Θεοφάνεια, quasi dicas, Dei apparitio. Faemineum est nomen. Neutrum vero plurale, τὰ Θεοφάνεια. Rectus casus est, τὸ Θεοφάνειον.* Si veterum Christianorum ἐξονυχίζειν lubeat monumenta, inveniemus eos, qui primi Epiphaniorum instituerunt solennitatem, diem, quo adventum Christi in has terras, & priorem ejus

ejus ἐπιφάνειαν celebrârunt, nominâsse τὰ ἐπιφάνια, vel etiam τὰ Θεοφάνια, seu Θεοφάνεια.

Epiphanius de Græcis Asiaticis & Syris Ecclesiis scribit, lib. III. contra Hæreses, pag. 466: οὔτε ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν ἐπιφανίων, ὅτε ἐγεννήθη ἐν σαρκὶ ὁ Κύριος, ἔξεστι νηστεῦσαι, κἂν τε ἐπιτύχῃ τετρὰς, ἢ προσάββατον. *Neque in die Epiphaniorum, quando Dominus in carne fuit natus, jejunare licet, etiamsi fuerit quarta feria, sive Prosabbatum.* Similiter Hæresi LI κατὰ Ἀνοήτων, pag. 196: Ἀπὸ τῶν γενεθλίων αὐτοῦ ἡμέρας, τουτέστιν ἐπιφανίων, ἥτις τυγχάνει ἕκτη Ἰανουαρίου μηνός. *A die ejus natali,* id est, *Epiphaniorum, quæ sexta est mensis Januarii.* Isidorus Pelusiota, Epist. CX. lib. III. pag. 301: Τὰ Θεοφάνια, ἤ ἡ τοῦ Σωτῆρος κατὰ σάρκα γέννησις. *Theophania, sive Salvatoris secundum carnem nativitas.* Chrys. Homil. LXXXVIII. tom. V. pag. 602: Παρ' ἡμῖν ἑορτὴ πρώτη, τὰ ἐπιφάνια. Τίς οὖν ὑπόθεσις ἑορτῆς; Ἐπειδὰν Θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη· ἐπειδὰν ὁ Θεὸς, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ παῖς μεθ' ἡμῶν ἦν. *Apud nos primum festum, Epiphania. Quæ igitur festi occasio, seu caussa? Quoniam Deus in terra visus est, & cum hominibus versatus: quoniam Deus, unigena Dei filius nobiscum erat.* Athanasius, Orat. de Incarnatione Verbi, tom. I. pag. 100: Πότε τῆς μαγείας ἡ τέχνη καὶ τὰ διδασκαλεῖα ἤρξαντο καταπατεῖσθαι, εἰ μὴ ὅτε τὰ Θεοφάνεια τοῦ λόγου γέγονεν ἐν ἀνθρώποις; *Quando artes Magicæ, earúmque scholæ cœperunt conculcari, nisi quando Deus Verbum inter homines apparuit?* Id autem tempore nativitatis Christi factum esse, extra controversiam, & apud omnes in confesso est. Dii enim gentilium, perculsi adventante Messia, conticuere, imprimis Apollo, ad quem parto Imperatoris nomine cùm Augustus venisset, immolatâque Hecatombâ de successore Deum consuluisset, ille tacuit: iteratâ hostiâ, post interjectam moram, ex adyto caussam silentii dedit, dicens:

Me puer Hebræus, Divos Deus ipse gubernans,
Cedere sede jubet, tristémque redire sub Orcum:
Aris ergo dehinc tacitis discedite nostris.

Gregorius Nazianzenus, Orat. XXXVIII. quæ dicta est εἰς τὰ Θεοφάνια, εἴτ' οὖν γενέθλια τοῦ Σωτῆρος, diem Christi natalem semper Θεοφάνια, vel etiam γενέθλια nominat, caussasque illarum

illarum appellationum affert. Verba ejus, quæ pag. 613. 614. leguntur, adscribo: Τὰ νῦν Θεοφάνια ἡ πανήγυρις, εἴτ᾽ οὖν γενέθλια· λέγεται γὰρ ἀμφότερα, δύο κειμένων προσηγοριῶν ἑνὶ πράγματι· ἐφάνη γὰρ Θεὸς ἀνθρώποις διὰ γεννήσεως. Τὸ μὲν ὤν, καὶ ἀεὶ ὢν ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος, ὑπὲρ αἰτίαν καὶ λόγον (οὐδὲ γὰρ ἦν τοῦ λόγου λόγος ἀνώτερος) τὸ δὲ δι᾽ ἡμᾶς, γενόμενος ὕστερον, ἵν᾽ ὁ τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τὸ εὖ εἶναι χαρίσηται· μᾶλλον δὲ ῥυέντας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι διὰ κακίαν, πρὸς αὐτὸ πάλιν ἐπαναγάγῃ διὰ σαρκώσεως. Ὄνομα δὲ τῷ φανῶσαι μὲν Θεοφάνια, τῷ δὲ γεννηθῆναι γενέθλια. Τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ πανήγυρις, τοῦτο ἑορτάζομεν σήμερον, ἐπιδημίαν Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, ἵνα πρὸς Θεὸν ἐκδημήσωμεν, ἢ ἐπανέλθωμεν· οὕτω γὰρ εἰπεῖν οἰκειότερον. *Nunc Theophania, sive Natalitia, præsens celebritas, utroque enim modo appellatur, duobus scilicet nominibus uni eidemq; rei impositis. Deus enim per nativitatem hominibus apparuit, alterum quidem jam existens, & quidem sempiternè ex sempiterno, supra caussam omnem ac rationem (neque enim caussa ulla Verbo superior erat:) alterum nostræ salutis caussâ postea factus, ut qui vitam dederat, idem beatam quoque vitam largiretur: vel potius, ut nos, per vitium à beata vita prolapsos, ad eandem rursus, per incarnationem suam, revocaret: Theophania autem ob eam caussam hoc festum appellatur, quòd apparuerit: Nativitas verò, quòd natus sit. Hoc festum nostrum est, hoc hodierno die celebramus, Dei nimirum ad homines adventum, ut ad Deum excedamus, aut, ut aptiori verbo utar, revertamur.*

Gregorius Nyssenus Orat. suam in principium Jejuniorum, t. II. pag. 259. his verbis claudit: Οὐκοῦν καὶ νηστεία, καὶ σκηνοπηγία, καὶ σάλπιγγες τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας μυστήρια, πάλαι μὲν προδηλούμενα, καιρῷ δὲ τῷ καθήκοντι λαμβάνοντα τὴν ἔκβασιν, ὅτε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπελέσθη τὰ ἐν σαρκὶ θεοφάνια. *Igitur & jejunium, & scenopegia, & tubæ, religionis nostræ mysteria sunt, jam olim quidem præmonstrata, tempore autem suo reipsa comprobata, quando Redemtor noster in carne apparuit.*

Basilius etiam M. Orat. XXV. tom. I. pag. 593. Nativitatis Christi festum expressè θεοφάνια appellat. Oratio illa dicta est εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γένεσιν. In ea autem ita loquitur: Φθεγξώμεθα οὖν καὶ ἡμεῖς φωνὴν ἀγαλλιάσεως· ὄνομα θώμεθα τῇ ἑορτῇ ἡμῶν, θεοφάνια· ἑορτάσωμεν τὰ σωτήρια τοῦ κόσμου, τὴν γενέθλιον ἡμέραν

τῆς

τῆς ἀνθρωπότητος. *Nos quoque lætitiam voce exprimamus: nomen festo nostro imponamus, Theophania: celebremus mundi salutaria, diem natalem humanæ naturæ.*

Ex his jam vel cæco pateat, diem nativitati Christi sacrum ἐπιφάνια, vel θεοφάνια dictum fuisse: ut non immeritò mirari subeat, quid viros etiam doctissimos impulerit, ut existimarent, non Nativitati, sed Baptismo Christi sacratum diem hoc nomine à veteribus insignitum fuisse: quæ etiam sententia Henrici Stephani, in Thesauro Linguæ Græcæ.

Alii per ἐπιφάνια, vel θεοφάνια Baptismi Christi diē intelligunt.

At nondum tota expedita difficultas. Certum quidem est, priorem Christi adventum ἐπιφάνειαν, vel etiam θεοφάνειαν, & diem Nativitati Christi sacrum ἐπιφάνια, vel θεοφάνια fuisse appellatum: negari tamen non potest, à quibusdam aliam harum appellationum caussam, quàm à Nativitate desumtam reddi. Non enim defuerunt, qui per ἐπιφάνειαν intellexerunt diem, quo Christus baptizatus fuit, & quo Magi ad recens natum accesserunt Messiam; ut videre est apud Cl. Casaubonum, Exercit. II. ad Annales Baronii, Sect. XI; & per θεοφάνια itidem diem Baptismo Christi sacrum. Chrys. Hom. CLXI. t. V. p. 970. ubi septem recenset festa, de prioribus duobus sic scribit: Πρώτη καὶ ῥίζα τῶν ἑορτῶν, Χριστοῦ ἡ κατὰ σάρκα γέννησις· δευτέρα ἑορτὴ, ἡ ἐπιφάνεια Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καθ' ἣν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ παραγινόμενος ἔδειξε πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἀφάτου αὐτοῦ εὐσπλαγχνίας τὴν συγκατάβασιν. *Primum, atque omnium festorum præcipuum, Christi secundum carnem nativitas est: secundum festum, apparitio Christi Dei nostri, quâ ad Jordanem accedens, omnibus hominibus ineffabilis misericordiæ suæ demissionem ostendit.* Et mox: Ἀξίως ἑορτὴ μεγίστη ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν ὀνομάζεται. *Meritò festum maximum à piis appellatur.* Addit etiam: Περὶ ἧς ἐπιφανείας καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ ἀπόστολος, ἔλεγεν· Ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις. *De qua apparitione etiam beatus Paulus Apostolus locutus est: Apparuit gratia Dei, salutaris omnibus hominibus.* At hæc verba non oportet ἀνεξέταστα transire. Observandum ergo, hanc Homiliam in Editione Saviliana inter ἀμφιβαλλόμενα referri scripta. Nec certè sine gravissima caussa. Si enim Chrysostomi γνήσιος esset fœtus, nónne sibi fœdissimè tantus Vir contradiceret? Ex præcedentibus enim pa-

tet, cum per ἐπιφάνειαν intellexisse Nativitatem, & duas tantum agnovisse Christi ἐπιφανείας. At tertiam hîc nobis obtruderet. Fallitur etiam, quando scribit, Apostolum ad Titum cap. II. v. 11. de apparitione Christi, in ejus Baptismo facta, loqui: cùm tamen omnes Interpretes ὁμοψήφως ista verba ad Christi nativitatem referant. Ipse profectò Chrysostomus hoc facit, Hom. V. in Epist. ad Titum, tom. IV. p. 400: dicit enim, duas Christi apparitiones ab Apostolo commemorari, alteram vers. undecimo, versu 13. alteram. Verba ejus sunt: Δύο δείκνυσιν ἐνταῦθα ἐπιφανείας· καὶ γάρ εἰσι δύο· ἡ μὲν προτέρα χάριτος· ἡ δὲ δευτέρα ἀνταποδόσεως καὶ τοῦ δικαίου. *Duas hîc ostendit apparitiones: sunt enim duæ: prior quidem gratiæ, posterior verò retributionis & justitiæ.* Eò etiam refert Theodoretus. Verba ejus ad hunc locum, t. III. pag. 512. sunt: Τούτου χάριν ἐνηνθρώπησεν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ἵνα πάντας ἀνθρώπους, καὶ δεσπότας, καὶ οἰκέτας ἀξιώσῃ τῆς σωτηρίας. *Hac de caussa homo factus est unigena Dei filius, ut omnes homines, & dominos & servos, salute dignaretur.* Oecumenius, in eandem Epist. pag. 790. Ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, τουτέστιν, ἡ μετὰ σαρκὸς ἐπιδημία, οὐ μόνον τῶν προτέρων ἀπήλλαξεν ἁμαρτημάτων· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀσφαλεστέρους ἐποίησε. *Dei & Salvatoris nostri apparitio, id est, in carne adventus, non solùm à prioribus liberavit peccatis, sed etiam de futuro securos reddidit.* Sed in viam.

Iterum Chrysostomus, Homil. LXXIV. tom. V. pag. 524. Τίνος ἕνεκεν οὐχὶ ἡμέρα, καθ' ἣν ἐτέχθη, ἀλλ' ἡ ἡμέρα, καθ' ἣν ἐβαπτίσθη, ἐπιφάνεια λέγεται; *Quam ob caussam non dies, quo natus, sed quo baptizatus est, ἐπιφάνεια appellatur?* Et mox respondet: Ἐπειδὰν οὐχ ὅτε ἐτέχθη, τότε πᾶσιν ἐγένετο κατάδηλος, ἀλλ' ὅτε ἐβαπτίζετο. Μέχρι γὰρ ταύτης ἠγνοεῖτο τῆς ἡμέρας τοῖς πολλοῖς. Καὶ ὅτι ἠγνόουν αὐτὸν οἱ πολλοὶ, καὶ οὐκ ᾔδεισαν ὅστις ποτὲ ἦν, ἄκουσον τοῦ Ἰωάννου λέγοντος· Μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. *Quoniam non, cùm fuisset natus, omnibus innotuit, sed cùm fuisset baptizatus. Ad illum enim diem usque multis erat incognitus. Et quòd eum multi non agnoverint, nec sciverint, quisnam esset, audi Johannem dicentem: In medio vestrûm stat, quem vos non nôstis.* Consutandæ autem huic opinioni id sufficit, quòd in Scriptura sacra, & apud Patres, ipsum quin etiam, ut vidi-

vidimus, Chrysostomum, ἐπιφανείας vox de nativitate Christi usurpatur. Eundem errorem reperias in Typico Sabæ, p. 135. ubi sub nomine Διατάξεως Παύλου καὶ Πέτρου, ex Constit. Apost. lib. VIII. c. XXXIII. p. 1033. hoc adducitur præceptum: Τὴν ἐπιφάνειαν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀνάδειξιν γενέσθαι τῆς Χριστοῦ θεότητος, μαρτυρήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ τοῦ παρακλήτου ἐν εἴδει περιστερᾶς ὑποδείξαντος τοῖς παροῦσι τὸν μαρτυρηθέντα. *Epiphania die à labore abstineant, quia in illo Deitas Christi ostensa fuit, testimonium ei perhibente Patre in Baptismo, & Paracleto in specie columbæ ostendente adstantibus eum, de quo testimonium fuerat dictum.* Notabis, contra veterum morem τὴν ἐπιφάνειαν, pro τὰ ἐπιφάνια, hoc loco dici. Constitut. Apostol. lib. V. cap. XII. pag. 925: Ἐπιφανίων ἡμέρα ὑμῖν ἔστω τιμιωτάτη, καθ' ἣν ὁ Κύριος ἀνάδειξιν ἡμῖν τῆς οἰκείας θεότητος ἐποιήσατο· γινέσθω δὲ αὐτὴ ἕκτῃ τοῦ δεκάτου μηνός. *Epiphaniorum dies vobis maximè honorabilis sit, quo Dominus suam nobis Deitatem manifestavit: celebretur autem sexto die mensis decimi.* Gregorius etiam Thaumaturgus scripsit sermonem εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια, in quo de Christi Baptismo agit. Ita etiam Balsamon in Constitut. Ecclesi. collect. ex lib. I. in Paratitlis, ad Tit. I. pag. 1243. Biblioth. Juris Canonici, τὰ θεοφάνια à Christi Natali distinguit: Τὰς ιέ ἡμέρας τοῦ Πασχαλίας, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ γένναν, καὶ τὰ θεοφάνια, καὶ ἑκάστην κυριακήν, καὶ ἐν τῇ τῶν ἀποστόλων μνήμῃ, τὰ δικαστήρια, καὶ αἱ θέαι, καὶ αἱ τῶν ἀννωνῶν ἀπαιτήσεις, καὶ αἱ τῶν ἰδιωτικῶν χρεῶν εἰσπράξεις, ἀργείτωσαν. *Quindecim diebus paschalibus, & die natali Christi, & Epiphaniis, & quolibet die dominico, & in Apostolorum commemoratione, tam tribunalia, cum spectaculis, quàm annonariæ compulsiones, cum privatorum debitorum exactionibus, quiescant.* Eadem ibidem repetuntur in Paratitlis, ad Tit. II pag. 1251.

Cur per ἐπιφάνια, vel θεοφάνια alii Nativitatis, alii verò Baptismi Christi diem intellexerint.

Ut autem tota tandem controversia tollatur, in eo nervus consistit, qua ratione factum, quòd alii quidem diem Christi natalem, alii verò diem Baptismo ejus sacrum, ἐπιφανίων, vel θεοφανίων nomine designârint. Quanquam ratio hujus diversitatis vel ex superioribus colligi possit, non fuerit tamen ἀπροσδιόνυσον, rem totam breviter, sed perspicuè, partim repetere, partim, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, Lectorum oculis subjicere.

Quia Nativitatem & Baptismum Domini in eundem di-

em incidisse putârunt Ægyptii, hinc utramque solemnitatem uno etiam, eodémque die celebrârunt, ac proinde uno quoque, eodémque nomine appellârunt. Id nos docet Joh. Cassianus Eremita, Collat. X. ab initio cap. II. pag. 345. his verbis: *Intra Ægypti regionem mos iste antiqua traditione servatur, ut peracto Epiphaniorum die, quem Provinciæ illius Sacerdotes vel Dominici Baptismi, vel secundum carnem nativitatis esse definiunt, & idcirco utriusque sacramenti solemnitatem non bifariè, ut in occiduis provinciis, sed sub una diei hujus festivitate concelebrant.* De Armenis Johannes, Episcopus Citri in responsis ad Cabasilam: Οὗτοι τὰς τρεῖς ἑορτὰς, ἤγουν τὸν εὐαγγελισμὸν, καὶ τὴν γέννησιν, καὶ τὰ θεοφάνια, συναπτῶς ἐπιτελοῦσι κατ᾽ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῶν θεοφανίων. *Hi tres solemnitates, id est, Annunciationem, Nativitatem, & Theophania simul celebrant, die nimirum Epiphaniorum.*

In Ecclesia autem occidentali Nativitatis Christi, & Epiphaniorum solemnitas, duæ distinctæ fuerunt festivitates, quia non credebat, Nativitatem & Baptismum in eundem incidisse diem. Hanc consuetudinem ipsa etiam postmodum Ecclesia orientalis recepit, simúlque natalem Domini, antea 6. Januarii celebrari solitum, vicesimo quinto Decembris celebrare cœpit. De eo Chrysostomus, Homiliâ LXXII. tom. V. quæ est εἰς τὴν γενέθλιον ἡμέραν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν: ubi pag. 511. testatur, cùm illam recitâsset Orationem, nondum decem elapsos fuisse annos, cùm primum dies ille, Nativitatis nimirum, innotuisset Ecclesiæ orientali. Verba ejus sunt: Οὔπω δέκατόν ἐστιν ἔτος, ἐξ οὗ δήλη καὶ γνώριμος ἡμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα γεγένηται. Principiò igitur θεοφάνια vel ἐπιφάνια duas solemnitates, vel potius unam solemnitatem, in memoriam tamen duorum Christi beneficiorum, Nativitatis nempe, & Baptismi, eodem die, nempe 6. Jan. celebrari solitam, designabant: postquam verò Græci, quod tempore Chrysostomi accidisse monuimus, festum natalis Christi in XXV. Decembris, more Occidentalium, transtulissent, nihilominus 6. Januarii vetus nomen Epiphaniorum retinuit, caussáque appellationis ejus dici cœpit, quòd Christus tum fuisset baptizatus, & quòd Magis apparuisset. De his verò omnibus consulan-

sentur Cl. Casaubonus, Exercitat. II. ad Annales Baronii, sect. XI: & doctissimus Hospinianus noster de Festis Christianorum, pag 33. & 158. Atque hæc de præcipuis Incarnationis Christi nominibus.

Cur Filius potius, quàm Pater, aut Spiritus S. carnem assumserit.

Sed necdum ulterius progredimur. Licèt periculosum sit, altius, quàm par est, immergere sese in abyssum mysteriorum Dei; etenim ὑπακοῆς ἡ πίστις δεῖται, οὐ πολυπραγμοσύνης, teste Chrysostomo, Homil. XXVII. in Epist. ad Romanos, t. III. pag. 213: quia tamen orthodoxa antiquitas nefas esse non judicavit, inquirere, cur Filius potius, quàm Pater, aut Spiritus S. naturam humanam assumserit: habebimus & nos Filio honorem istum, ut quæstionem hanc, coronidis loco, ex ipsa antiquitate paucis discutiamus.

1. Decuit nos restitui in jus & gradum filiorum Dei per eum, qui naturâ Filius Dei est; & imaginem Dei in nobis restaurari per eum, qui est imago Dei. De eo sic Jobius Monachus in Biblioth. Photii, Cod. CCXXII. pag. 580: Ἐπειδὴ λόγος ὁ υἱός, ὁ δὲ ἄνθρωπος λόγῳ καὶ εἰκόνι Θεοῦ τιμηθεὶς, τούτων τε διαπέπτωκε, καὶ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς· διὰ τοῦτο ὁ λόγος τοῖς εἰς ἀλογίαν πεσοῦσιν ἐπεδήμησε· τὸ ὀλίσθημα ἡμῶν ἐξιώμενος, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἀνέλκων ἀξίωμα. *Quoniam Filius Verbum est, homo verò ratione atq; imagine Dei cohonestatus erat, hisce postea excidit*, comparatúsque est jumentis insipientibus, & ipsis similis factus est; *propterea Verbum ad eos, qui ad brutorum sortem delapsi erant, accessit, ruinam nostram reparans; ac nos in pristinam dignitatem postliminio revocans.* Idem, pag. seq. Νεανιεύεται κατὰ τῶν λεγόντων, διὰ τοῦτο τὸν Υἱὸν ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ Σωτῆρα παραγενέσθαι, διότι τοῖς πρὸς υἱοθεσίαν κεκλημένοις τὸν υἱὸν ἔδει, ἀλλὰ μὴ ἄλλον τινὰ, καθηγεμόνα καὶ ἀνακαινιστὴν τῆς υἱοθεσίας καὶ γεγενῆσθαι, καὶ κηρύττεσθαι, *juveniliter agit*, ut optimè Photius loquitur, *adversus dicentes; Propterea Filium hominem factum, atque Salvatorem advenisse, eò quòd in adoptionem vocatis, non alium aliquem, præter ipsum Filium, oporteret ducem atque instauratorem adoptionis & esse, & prædicari.*

Idem Jobius, apud eundem Photium, pag. 601: Τῶν πρεπωδεστάτων ἦν, τὴν ἀπαράλλακτον καὶ φυσικὴν εἰκόνα τοῦ πατρὸς ἡμᾶς, τοὺς κατ᾽ εἰκόνα μὲν γεγονότας, τὸν δὲ χαρακτῆρα κιβδηλεύσαντας, ταύτην

ἡμᾶς· ἀποκαθᾶραί τε τῶν κηλιδωμάτων, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀναμορφώσασθαι. *Convenientissimum fuit, ut immutabilis, per omnia similis, nativáque Patris imago nos ad eandem conditos; sed qui formam illam jam corruperamus; à sordibus mundaret, & pristino decori restitueret.*

Damascenus, Orthod. Fidei lib. IV. pag. 284: Διὰ τοῦτο ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐνηνθρώπησεν, ἵν' ἐφ' ὥπερ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, πάλιν αὐτῷ χαρίσηται· ἐποίησε γὰρ αὐτὸν κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ, νοερόν τε καὶ αὐτεξούσιον καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἤτοι ἐν ἀρεταῖς τέλειον, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπου φύσει. *Propterea Filius Dei homo factus est, ut, in quem finem hominem creaverat, id ipsum ei rursus largiretur: creavit enim illum ad imaginem suam intelligentem, & libero arbitrio ornatum, & ad similitudinem suam, sive in virtutibus perfectum, quantum natura humana ferre posset.*

Athanasius de Incarnatione Verbi, tom. I. pag. 72: Οὐκ ἄλλου ἦν τὸ κατ' εἰκόνα πάλιν ἀνακτίσαι τοῖς ἀνθρώποις, εἰ μὴ τῆς εἰκόνος τοῦ πατρός· καὶ οὐκ ἄλλου ἦν τὸ θνητὸν ἀθάνατον ἀναστῆσαι, εἰ μὴ τῆς αὐτοζωῆς οὔσης, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Non poterat alius imaginem Dei in hominibus renovare, quàm ipsa Patris imago: nec alterius erat mortale immortale resuscitare, nisi ejus, qui est ipsa vita, Domini nempe nostri Jesu Christi.*

Cyrillus Alexandr. lib. I. Glaphyr. in Genesin, sub titulo Περὶ τοῦ Κάιν καὶ τοῦ Ἄβελ, pag. 13: Ἔδει, ἔδει τὸν δι' οὗ τὰ πάντα παρήχθη πρὸς ὕπαρξιν, ἀνακαινιστὴν γενέσθαι τῶν κατεφθαρμένων, καὶ τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐξελάσαι πήρωσιν· καταργῆσαι δὲ τὸ λυποῦν, καὶ τὸ εὖ εἶναι πάλιν διανεῖμαι πλουσίως τοῖς δι' αὐτοῦ γεγονόσιν. *Oportuit eum, per quem omnia ortum nacta sunt, instauratorem fieri eorum, quæ corrupta erant, vitiúmque ex peccato contractum profligare; quódque malè habebat, abolere, atque iis, qui per ipsum facti erant, bonum habitum largiter impertiri.*

2. Nec quidquam fuit aptius, & sapientiæ divinæ convenientius, quàm ut homo per eum reformaretur, per quem fuerat ab initio creatus. Hanc rationem urget Jobius, in Biblioth. Photii, Cod. CCXXII. pag. 581: Ἐχρῆν τὸν δημιουργὸν καὶ πλάστην, αὐτὸν καὶ ἀναπλάσαι καὶ ἀνακαινίσαι συνελθεῖν τὸ δημιούργημα· εἰ γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ὡσαύτως δημιουργός, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· πλὴν ἀλλὰ πάντα δι' υἱοῦ γεγενῆσθαι τὸ ἱερὸν συνεχῶς ἐπιμαρτύρεται γράμμα. Ἔδει γοῦν τὸν πλαστουργόν, διαῤῥυέντος τοῦ πλάσματος, αὐτόν τι εἰς ἑαυτὸν ἀναλαβεῖν

λαβεῖν, καὶ ἀνακαινῶσαι δι᾽ ἀναπλάσεως. *Ipsum oportuit creatorem ac formatorem creaturam corruptam reformare atque renovare. Etsi autem Pater quoque ipse perinde creator est, ut & Spiritus sanctus, nihilo tamen minus omnia per Filium facta esse sacræ literæ perpetuò testantur. Quare creatorem oportebat lapsam creaturam ad se recipere, & per reformationem servare.*

Nicephorus, Episcopus Constantinopol. in Actis Synodi Ephesinæ, pag. 308, eandem Incarnationis Filii rationem affert, nempe, Ἵνα, ὅθεν ἡμῖν τὸ εἶναι ὑπῆρξε διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ ἀγαθότητα, ἐκεῖθεν καὶ τὸ εὖ εἶναι ἡμῖν χαρισθείη, *ut, unde, ob ineffabilem ejus bonitatem, esse habebamus, inde etiam bene esse nobis gratiosè daretur.* Alias rationes, apud veteres Ecclesiæ Doctores obvias, brevitatis studio, omittimus. Τῷ δὲ τοῦ Θεοῦ Υἱῷ, τῷ ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας σαρκωθέντι, καὶ ἐνανθρωπήσαντι, ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Caput III.

DE CIRCUMCISIONE, PASCHATE ET BAPTISMO.

Circumcisionis nomina. Circumcisio duplex. Cur Circumcisio præcepta fuerit, & quid notaverit. Cur Christus fuerit circumcisus. Pascha. Vocis etymon. Aliud Judæorum, aliud Christianorum Pascha. Nomina Paschatis Judæorum. Christianorum Pascha duplex, σταυρώσιμον *&* ἀναστάσιμον*; utriusque varia appellationes. Baptismus. Octo Baptismorum genera recensentur. Baptismi, de quo hoc loco, varia nomina.* 1. Βάπτισμα, *vel* βαπτισμός. *Quid* ἐνταφιον βάπτισμα. *Duo genera Clinicorum.* 2. Βάπτισις. 3. Λουτρόν. 4. Φώτισμα, φωτισμός. 5. Μυσταγωγία. 6. Καθαρμός, καθάρσιον, κάθαρσις. 7. Σφραγὶς, σφράγισμα. 8. Ὕδωρ ζῶν. 9. Χάρισμα & χάρις. 10. Τελείωσις. 11. Ἔνδυμα. 12. Μεγάλη περιτομή. 13. Ἀναγέννησις. 14. Ἐφόδιον. *Alia ejus nomina.*

CIR-

I.

Circumcisionis nomina.

CIRCUMCISIO. Ea Græcis vocatur περιτομή, voce & usitatissima, & notissima: A tempore, quo adhibita, ad Philipp. III. 5. vocatur ὀκταήμερος περιτομή. Eodem modo à Gregorio Nazianzeno, Orat. XL. p. 658, & τυπικὴ σφραγίς. Digna ejus verba, quæ hîc legantur. Ad quæstionem; *Num etiam infantes sint baptizandi?* respondet: Πάνυ γε· εἴπερ τις ἐπείγοι κίνδυνος· κρεῖσσον γὰρ ἀναισθήτως ἁγιασθῆναι, ἢ ἀπελθεῖν ἀσφράγιστα καὶ ἀτέλεστα. Καὶ τούτου λόγος ἡμῖν, ἡ ὀκταήμερος περιτομή, τυπική τις οὖσα σφραγὶς, καὶ ἀλογίστοις ἔτι προσαγομένη. *Ita prorsus, si quod periculrm urgeat. Præstat enim sanctificari, nec illud sentire, quàm sine sigillo & initiatione discedere. Atque hujus rei ratio nobis est Circumcisio, die octavo peragi solita, quæ typicum quoddam erat sigillum, atque iis, qui rationis usu adhuc carebant, offerebatur.*

Duplex Circumcisio.

Scriptura sacra duplicis Circumcisionis mentionem facit. *Alia* est περιτομὴ καρδίας, ad Roman. II. 29: quæ, docente Theodoreto in caput XXXII. Ezechielis, est ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀφαίρεσις, καὶ τῶν τῆς διανοίας κακῶν κινημάτων ἐκτομὴ, *peccati ablatio, & improbarum mentis affectionum amputatio.* Vocatur etiam ἀχειροποίητος ad Coloss. II. 11. & ἡ κατὰ πνεῦμα, ἡ ἐν πνεύματι περιτομή: item ἀχειροποίητος καὶ νοητὴ, *non manu facta, sed spiritualis,* à Cyrillo Alexand. lib. III. Glaphyr. in Genesin, pag. 80. *Alia* est ἡ κατὰ σάρκα, ἡ ἐν σαρκί. De utraque Theophylactus in cap. II. ad Romanos: Ἔστι περιτομὴ κατὰ τὸ φαινόμενον, ἡ κατὰ σάρκα, ὅταν τις περιτμηθῇ τὴν σάρκα· καὶ ἔστι περιτομὴ κατὰ πνεῦμα, ἡ τῶν παθῶν ἀποβολή. *Est circumcisio secundum id, quod videtur, nempe ea, quæ secundum carnem est, cùm quis secundum carnem circumciditur: & est circumcisio secundum spiritum, carnalium scilicet affectuum abjectio.*

Circumcisio quid notaverit, & cur data.

Duabus quæstionibus reliqua de Circumcisione expediemus. 1. *Quid notaverit, & cur fuerit data?* Photius, Epist. CCV. pag. 302. tres affert caussas præceptæ circumcisionis:

1. Caussa.

a. Ut distingueret Abrahami posteros à reliquis gentibus. En tibi ejus verba: Ἡ περιτομὴ τρία τινὰ πραγματεύεσθαι μοι δοκεῖ· ἓν μὲν, οἱονεὶ σημείῳ τινὶ καὶ σφραγῖδι τοὺς ἐκγόνους Ἀβραὰμ ἀφορίζουσα, καὶ

τῶν λοιπῶν

τ̃ λοιπῶν διαςέλλουσα ἐθνῶν. *Circumcisio mihi tria præ se ferre videtur: primum quidem, quod tanquam signum & sigillum Abrahami progeniem separaret, & à cæteris gentibus distingueret.* Eandem caussam Chrysostomus inculcat, Homil. XXXIX. in Genesin: Ἰουδαίους τὸ περιτομῆς σημεῖον ἐχώριζε τ̃ λοιπῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν οἰκείωσιν αὐτῶν τὴν πρὸς τ̃ Θεὸν ἐδείκνυ. *Signum circumcisionis Judæos à reliquis gentibus separavit, eorúmque cum Deo familiaritatem ostendit.* Johannes Damascenus, lib. IV. Orthod. fidei, cap. XXVI. p. 386: Σημεῖον ἦν ἡ περιτομὴ, ἀφορίζον τ̃ Ἰσραὴλ ἐκ τ̃ ἐθνῶν, οἷς συναναστρέφετο. *Circumcisio erat signum, discriminans Israëlem à gentibus, cum quibus versabatur.*

b. *Ut esset typus Baptismi.* Photius loco laudato: Δεύτερον δὲ ἐν ἑαυτῇ τὴν τ̃ θείου βαπτίσματος προδιαλύπτουσα καὶ προανακηρύττουσα χάριν καὶ δύναμιν. Ὥσπερ γὰρ ὁ περιτεμνόμενος εἰς λαὸν Θεοῦ διὰ τ̃ σφραγῖδος πάλαι ἐχρημάτιζεν· οὕτως ὁ βαπτιζόμενος, σφραγῖδα τ̃ Χριστοῦ ἐν ἑαυτῷ τυπωσάμενος, εἰς υἱοθεσίαν Θεοῦ ἀναγράφεται. *Secundum, in se divini Baptismatis gratiam & efficaciam præfigurabat & antè prædicabat. Quemadmodum enim circumcisus per sigillum olim in Dei populo censebatur: ita & baptizatus, Christi in se sigillum expressum habens, filiorum Dei albo inscribitur.* Idem, Epist. CCXLVIII. pag. 382: Τύπος ἦν καὶ σύμβολον τ̃ βαπτίσματος ἡ περιτομή. *Circumcisio erat figura & symbolum Baptismi.* Damascenus, lib. IV. cap. XXVI. pag. 386: Τύπος ἦν τ̃ βαπτίσματος· καθάπερ γὰρ ἡ περιτομὴ οὐ χρειῶδες μέλος ἀποτέμνει τ̃ σώματος, ἀλλὰ περίττωμα ἄχρηστον· οὕτω διὰ τ̃ ἁγίου βαπτίσματος τὴν ἁμαρτίαν περιτεμνόμεθα. *Typus erat Baptismi: quemadmodum enim circumcisio non amputabat utile membrum corporis, sed superfluitatem inutilem: ita per sanctum Baptismum à peccato circumcidimur.* Epiphanius, lib. I. contra Hæres. Hæresi VIII. pag. 14: Ἐκεῖ περιτομὴ σαρκικὴ ὑπηρετήσουσα χρόνῳ ἕως τ̃ μεγάλης περιτομῆς, τουτέστι, τ̃ βαπτίσματος τ̃ περιτέμνοντος ἡμᾶς ἀπὸ ἁμαρτημάτων, καὶ σφραγίσαντος ἡμᾶς εἰς ὄνομα Θεοῦ. *Ibi* (in veteri Testamento) *erat circumcisio carnalis, tempori serviens usque ad magnam circumcisionem, id est, usque ad Baptismum, qui nos à peccatis circumcidit, & nos obsignat in nomine Dei.* Athanasius de Sabbato & Circumcisione, tom. I. p. 988: Τῆς διὰ τ̃ βαπτίσματος ἐκδύσεως τύπος ἦν ἡ περιτομή· ἣν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέλεσιν ἐνετείλατο γίνεσθαι, *2. Caussa.*

I.

Circumcisionis nomina.

CIRCUMCISIO. Ea Græcis vocatur περιτομή, voce & usitatissima, & notissima: A tempore, quo adhibita, ad Philipp. III. 5. vocatur ὀκταήμερος περιτομή. Eodem modo à Gregorio Nazianzeno, Orat. XL. p. 658, & τυπικὴ σφραγίς. Digna ejus verba, quæ hîc legantur. Ad quæstionem, *Num etiam infantes sint baptizandi?* respondet: Πάνυ γε· εἴπερ τις ἐπείγοι κίνδυνος· κρεῖσσον γὰρ ἀναισθήτως ἁγιασθῆναι, ἢ ἀπελθεῖν ἀσφράγιστα καὶ ἀτέλεστα. Καὶ τούτου λόγος ἡμῖν, ἡ ὀκταήμερος περιτομή, τυπική τις οὖσα σφραγίς, καὶ ἀλογίστοις ἔτι προσαγομένη. *Ita prorsus, si quod periculrm urgeat. Præstat enim sanctificari, nec illud sentire, quàm sine sigillo & initiatione discedere. Atque hujus rei ratio nobis est Circumcisio, die octavo peragi solita, quæ typicum quoddam erat sigillum, atque iis, qui rationis usu adhuc carebant, offerebatur.*

Duplex Circumcisio.

Scriptura sacra duplicis Circumcisionis mentionem facit. *Alia* est περιτομὴ καρδίας, ad Roman. II. 29: quæ, docente Theodoreto in caput XXXII. Ezechielis, est ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀφαίρεσις, καὶ τῶν τῆς διανοίας κακῶν κινημάτων ἐκτομή, *peccati ablatio, & improbarum mentis affectionum amputatio.* Vocatur etiam ἀχειροποίητος ad Coloss. II. 11. & ἡ κατὰ πνεῦμα, ἡ ἐν πνεύματι περιτομή: item ἀχειροποίητος καὶ νοητή, *non manu facta, sed spiritualis,* à Cyrillo Alexand. lib. III. Glaphyr. in Genesin, pag. 80. *Alia* est ἡ κατὰ σάρκα, ἡ ἐν σαρκί. De utraque Theophylactus in cap. II. ad Romanos: Ἔστι περιτομὴ κατὰ τὸ φαινόμενον, ἡ κατὰ σάρκα, ὅταν τις περιτέμνηται τὴν σάρκα· καὶ ἔστι περιτομὴ κατὰ πνεῦμα, ἡ τῶν παθῶν ἀποβολή. *Est circumcisio secundum id, quod videtur, nempe ea, quæ secundum carnem est, cùm quis secundum carnem circumciditur: & est circumcisio secundum spiritum, carnalium scilicet affectuum abjectio.*

Circumcisio quid notaverit, & cur data.

Duabus quæstionibus reliqua de Circumcisione expediemus. 1. *Quid notaverit, & cur fuerit data?* Photius, Epist. CCV. pag. 302. tres affert caussas præceptæ circumcisionis:

1. Caussa.

a. Ut distingueret Abrahami posteros à reliquis gentibus. En tibi ejus verba: Ἡ περιτομὴ τρία τινὰ πραγματεύεσθαι μοι δοκεῖ· ἓν μὲν, οἱονεὶ σημείῳ τινὶ καὶ σφραγῖδι τοὺς ἐκγόνους Ἀβραὰμ ἀφορίζουσα, καὶ

τῶν λοιπῶν

τ῀ λοιπῶν διαστέλλουσα ἐθνῶν. *Circumcisio mihi tria præ se ferre videtur: primum quidem, quod tanquam signum & sigillum Abrahami progeniem separaret, & à cæteris gentibus distingueret.* Eandem caussam Chrysostomus inculcat, Homil. XXXIX. in Genesin: Ἰουδαίους τὸ περιτομῆς σημεῖον ἐχώριζε τ῀ λοιπῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν οἰκείωσιν αὐτῶν τὴν πρὸς τ῀ Θεὸν ἐδείκνυ. *Signum circumcisionis Judæos à reliquis gentibus separavit, eorúmque cum Deo familiaritatem ostendit.* Johannes Damascenus, lib. IV. Orthod. fidei, cap. XXVI. p. 386: Σημεῖον ἦν ἡ περιτομὴ, ἀφορίζον τ῀ Ἰσραὴλ ἐκ τ῀ ἐθνῶν, οἷς συνανεστρέφετο. *Circumcisio erat signum, discriminans Israëlem à gentibus, cum quibus versabatur.*

b. Ut esset typus Baptismi. Photius loco laudato: Δεύτερον δὲ ἐν ἑαυτῇ τὴν τ῀ θείου βαπτίσματος προδιατυποῦσα καὶ προανακηρύττουσα χάριν καὶ δύναμιν. Ὥσπερ γὰρ ὁ περιτεμνόμενος εἰς λαὸν Θεοῦ διὰ τ῀ σφραγῖδος πάλαι ἐχρημάτιζεν· οὕτως ὁ βαπτιζόμενος, σφραγῖδα τ῀ Χριστοῦ ἐν ἑαυτῷ τυπωσάμενος, εἰς υἱοθεσίαν Θεοῦ ἀναγράφεται. *Secundum, in se divini Baptismatis gratiam & efficaciam præfigurabat & antè prædicabat. Quemadmodum enim circumcisus per sigillum olim in Dei populo censebatur: ita & baptizatus, Christi in se sigillum expressum habens, filiorum Dei albo inscribitur.* Idem, Epist. CCXLVIII. pag. 382: Τύπος ἦν καὶ σύμβολον τ῀ βαπτίσματος ἡ περιτομή. *Circumcisio erat figura & symbolum Baptismi.* Damascenus, lib. IV. cap. XXVI. pag. 386: Τύπος ἦν τ῀ βαπτίσματος· καθάπερ γὰρ ἡ περιτομὴ οὐ χρειῶδες μέλος ἀποτέμνει τ῀ σώματος, ἀλλὰ περίττωμα ἄχρηστον· οὕτω διὰ τ῀ ἁγίου βαπτίσματος τὴν ἁμαρτίαν περιτεμνόμεθα. *Typus erat Baptismi: quemadmodum enim circumcisio non amputabat utile membrum corporis, sed superfluitatem inutilem: ita per sanctum Baptismum à peccato circumcidimur.* Epiphanius, lib. I. contra Hæres. Hæresi VIII. pag. 14: Ἐκεῖ περιτομὴ σαρκικὴ ὑπηρετήσασα χρόνῳ ἕως τ῀ μεγάλης περιτομῆς, τουτέστι, τ῀ βαπτίσματος τ῀ περιτέμνοντος ἡμᾶς ἀπὸ ἁμαρτημάτων, καὶ σφραγίσαντος ἡμᾶς εἰς ὄνομα Θεοῦ. *Ibi* (in veteri Testamento) *erat circumcisio carnalis, tempori serviens usque ad magnam circumcisionem, id est, usque ad Baptismum, qui nos à peccatis circumcidit, & nos obsignat in nomine Dei.* Athanasius de Sabbato & Circumcisione, tom. I. p. 988: Τῆς διὰ τ῀ βαπτίσματος ἐκδύσεως τύπος ἦν ἡ περιτομή· ἣν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέλεσιν ἐνετείλατο γίνεσθαι, 2. *Caussa.*

τεϑῆναι, δι᾽ ὧν καὶ γεννᾶται τὸ σῶμα, ἵν᾽ εἰδῶσιν οἱ περιτεμνόμενοι ὅτι ἀπεκδύσεως παλαιότητός ἐστι σημεῖον. *Circumcisio erat figura exuviarum, quæ per Baptismum deponuntur: quas in iis membris fieri præcepit, per quæ & corpus generatur, ut scirent circumcisi, eam esse signum exuviarum vetustatis.*

3. Caussa. c. *Ut esset symbolum in gratia constitutorum, & ut Judæos pietatis admoneret.* Photius ubi suprà: Καὶ τρίτον, σύμβολον τῶν ἐν τῇ χάριτι καθισταμένων πιστῶν, οἳ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν καὶ παθῶν τὰς ἐπαναστάσεις, τῷ τμητικῷ τῆς πίστεως λόγῳ καὶ πόνοις ἀσκητικοῖς ἐκτέμνουσι, καὶ ἀπονεκροῦσιν· οὐ σῶμα τέμνοντες, ἀλλὰ τὴν καρδίαν καὶ πνεύματι, οὐ γράμματι περιτεμνόμενοι. *Et tertium, symbolum erat fidelium in gratia existentium, qui carnaliū voluptatum & passionum insultus putatorio fidei sermone, & asceticis laboribus abscindunt & mortificant: non corpus scindentes, sed cor: & secundum spiritum, non secundum literam circumcisi.* Hanc ipsam caussam inter alias etiam attingit Oecumenius in cap. IV. ad Romanos, pag. 275: Ἡ περιτομὴ ἐδόθη διὰ τρεῖς ταύτας αἰτίας· ὥστε σημεῖον εἶναι πίστεως, καὶ τοῦ Ἀβραμιαίου γένους δηλωτικὸν, καὶ σύμβολον καὶ αἴνιγμα πολιτείας καθαρᾶς καὶ σώφρονος. *Circumcisio ob has tres caussas data fuit: ut esset signum fidei, & genus Abrahami designaret, & ut esset symbolum vitæ puræ & temperantis.* Epiphanius lib. I. Hæresi VIII. pag. 13. docet Circumcisionem esse datam εἰς τὸ τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα πάροικον γενόμενον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, μὴ ἀποστραφῆναι τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ σώματος δὲ σφραγῖδα φέρειν, ὑπομνήσεως χάριν καὶ ἐλέγχου, εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ τοῦ πατρὸς αὐτῶν θεοσεβείᾳ, *ut semen Abrahæ peregrinum in terra aliena Dei nomen non aversetur, sed potiùs in corpore sigillum ferat, ejúsque adminiculo sibi semper in memoriam revocet, patris sui pietati insistendum esse.*

Minùs solida est ratio, quam Origenes affert lib. V. contra Celsum, pag. 263: Τάχα διά τινα πολέμιον τῷ Ἰουδαίων ἔθνει ἄγγελον αὐτὴ ἐπελεῖτο, δυνάμενον μὲν σίνεσθαι τοὺς μὴ περιτεμνομένους αὐτῶν, ἀτονοῦντα δὲ ἐν τοῖς περιτεμνομένοις. *Fortasse propter aliquem infestum Judæorum genti angelum ipsa* (circumcisio) *inventa est, qui posset non circumcisos lædere, circumcisos verò non item.*

Cur Christus fuerit circumcisus. 2. Quæritur, *Cur Christus fuerit circumcisus?* Theophylactus in cap. XV. ad Rom. pag. 145. respondet: Διὰ τοῦτο ἀνεδέξατο τὴν περιτομὴν, ἵνα ἀληθεῖς ποιήσῃ τὰς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίας, οὐχ ἵνα στήσῃ

τὸν

τὸ νόμον. *Propterea circumcisionem accepit* (Christus,) *ut promissiones Dei veras efficeret, non ut Legem stabiliret.* Menologium in Januario duas affert rationes. α. Ὥστε τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐμφράξαι στόματα, σάρκα μὴ ἀνειληφέναι κατατολμώντων λέγειν αὐτὸν, ἀλλὰ κατὰ φαντασίαν γεγενῆσθαι· πῶς γὰρ ἂν περιετέμνετο, ἂν σάρκα μὴ ἀνειληφὼς ἦν; *Ut hæreticorum obstrueret ora, qui dicere non erubescebant, eum non assumsisse carnem, sed phantasticè tantùm, & secundum opinionem natum esse: qui enim circumcidi potuisset, si carnem non assumsisset?* β. Καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐπιστομίσαι, τὸ σάββατον μὴ τηρεῖν, καὶ τὸν νόμον λύειν συκοφαντοῦντας, τὸ μέχρι καὶ τῆς περιτομῆς τὴν τοῦ νόμου διασώσαντα φυλακήν. *Et ut Judæis os obturaret, qui calumniabantur, eum sabbatum non servare, & Legem solvere, cùm tamen usque ad ipsam Circumcisionem Legem observârit.* Epiphanius lib. I. contra Hæreses, tom. II. Hæresi XXX. pag. 71. sequentes quatuor affert rationes. α. Ἵνα δείξῃ ἐν ἀληθείᾳ σάρκα ἑαυτὸν ἀνειληφέναι, διὰ Μανιχαῖον, καὶ τοὺς λέγοντας, ἐν δοκήσει πεφηνέναι. *Ut ostenderet, se verè carnem assumsisse, propter Manichæum, & eos, qui dicunt, eum secundum opinionem apparuisse.* β. Ἵνα δείξῃ ὡς οὐκ ἦν ὁμοούσιον τὸ σῶμα τῇ θεότητι, ὡς φησιν Ἀπολλινάριος· ἀλλ' οὐ ἄνωθεν αὐτὸ κατενήνοχεν, ὡς λέγει Οὐαλεντῖνος. *Ut demonstraret, non ejusdem essentiæ cum Deitate corpus fuisse, ut dicit Apollinarius: neque illud supernè attulisse, ut inquit Valentinus.* γ. Καὶ ἵνα βεβαιώσῃ, ἣν πάλαι ἔδωκε περιτομὴν δικαίως ὑπηρετήσασαν ἕως τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν τοὺς Ἰουδαίους ἀπολογίαν· εἰ γὰρ μὴ περιετμήθη, εἶχον λέγειν, οὐκ ἠδυνάμεθα Χριστὸν δέξασθαι ἐν ἀκροβυστίᾳ. *Atque ut confirmaret, Circumcisionem olim datam, meritò ad suum usque adventum inservîisse: & ne Judæi haberent, quo se defenderent: si enim non fuisset circumcisus, dicere potuissent, Non poteramus Christum cùm præputio accipere.* δ. Ἄλλως τε καὶ ἔδει αὐτὸν ἐντειλάμενον τῷ Ἀβραὰμ περιτμηθῆναι, σφραγῖδος ἕνεκα φαινομένης, εἰς τύπον δὲ ἀληθινῆς καὶ ἀοράτου δοθείσης, νῦν περιτμηθῆναι ταύτην βεβαιῶσαι. *Insuper, oportuit eum, qui Abrahamo circumcisionem, ut esset sigillum in sensus externos incurrens, sed datum, ut esset figura veræ & invisibilis circumcisionis, præceperat, nunc circumcidi, ut hanc stabiliret.*

II. PASCHA. Quidam putârunt, hanc vocem esse à πάσχειν, pati. Ita ex Græcis sensit Chrysostomus, Homil. V. in I. Epist. ad Timotheum: Πάσχα λέγεται, ὅτι τότε ἔπαθεν ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν *Pascha. Vocis etymon.*

 μῶν

μῶν. Pascha dicitur, quia Christus illo tempore pro nobis passus est. Eadem ex Latinis fuit sententia Tertulliani, lib. adv. Judæos, sub finem cap. X: *Adjecit Pascha esse Domini, id est, passionem Christi:* Ambrosii etiam, Lactantii, & aliorum. Sed meritò hanc originem reprehendit Augustinus Epist. CXIX. Omnino namque est ab Hebræo פסח, *transitus.* Theodoretus, quæst. XXIV. in Exodum, varias vocis interpretationes collegit: Τὸ πάσχα, inquit, ὁ μὲν Φίλων ἡρμήνευσε διαβατήρια· ὁ δὲ Ἰώσηπος ὑπέρβασιν· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὑπερβάσεις· ὁ δὲ Θεοδοτίων, φασὲχ, αὐτὴν τὴν Ἑβραίων τεθεικὼς φωνήν· σημαίνει δὲ τὸ ὄνομα τῶν Ἑβραίων, πρωτοτόκων τὴν σωτηρίαν. *Philo* πάσχα *interpretatus est* διαβατήρια, id est, *sacrificia, quæ pro transitu fiunt: Josephus autem* transitum: *Symmachus autem* transitus: *Theodotio verò,* φασὲχ, *ipsa voce Hebræa retenta: significat autem vox Hebræa, primogenitorum conservationem.* Observabis, minus accuratè à Philone διαβατήρια reddi: διαβατήρια enim sunt *sacrificia, quæ transituri libamus.* In Catena in Pentateuchum M.S. quæ in Civica apud nos asservatur Bibliotheca, pro ὑπέρβασιν, habetur ὑπερβασία; & pro ὑπερβάσεις, ὑπέρβασις. At vera lectio Theodoreti. Quòd idem Theodoretus ait, voce hac πρωτοτόκων τὴν σωτηρίαν notari, rectè sentit: hac quippe voce notatur *transitus Angeli destructoris,* non *transitus maris rubri. Hunc* notari voluit Zacharias apud Augustinum, tract. LV. in Johannem:- Greg. etiam Nazianzenus Orat. XLII. pag. 682: Δηλοῖ ἡ φωνὴ τὴν διάβασιν· ἱστορικῶς μὲν, διὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πρὸς τὴν χαναναίαν φυγὴν καὶ μετανάστασιν· πνευματικῶς δὲ διὰ τὴν ἐκ τῶν κάτω πρὸς τὰ ἄνω, καὶ τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας πρόοδον καὶ ἀνάβασιν. *Notat vox transitum, historica quidem ratione, propter Israelitarum ex Ægypto in terram Canaan fugam & migrationem: sin autem sensum spiritualem spectemus, propter nostram ex his inferioribus ad superiora, atque ad promissionis terram progressionem & ascensum. Illum* notari voluit Hieronymus. Vide Adv. sacr. Lud. de La Cerda, cap. CVII. n. 28. Verã hanc originem etiam Chrys. inculcat, Hom CXLIX. t. V: Ὑπέρβασίς ἐστι καθ' ἑρμηνείαν τὸ πάσχα, ὅτι ὑπερέβη τοὺς Ἑβραίων οἴκους ὁ τὰ πρωτότοκα παίων ὀλοθρευτής. *Pascha, si interpreteris, est transitus, quia Hebræorum domos transivit exterminator, qui primogenitos percussit.* Satis ergo manifestum, cur διάβασις, vel ὑπέρβασις sit.

ris sit. Ineptas rationes afferunt Græculi in Pentecostario. α΄. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἡμέρα, καθ' ἣν ὁ Θεὸς ἀρχῆθεν τὸν κόσμον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήγαγε. β΄. Καὶ αὐτὴν τὴν ἡμέραν καὶ τὸν Ἰσραηλίτην λαὸν τῆς ἐρυθρᾶς διαβιβάσας, τοῦ Φαραὼ ἀφαρπάζει χειρῶν. γ΄. Ἐν ταύτῃ πάλιν ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς τῇ μήτρᾳ τῆς παρθένου ἐνῴκησεν. 1. *Hic enim ille dies est, quo Deus in principio Mundum ex nihilo produxit.* 2. *Eodem die populum Israëliticum per mare rubrum deduxit, & ex Pharaonis manibus eripuit.* 3. *Hoc eodem die è cœlo descendit, & in utero Virginis habitavit.* Notabit Lector, vocem πάσχα Græcis non semper esse ἄκλιτον; Epiphanius namque dicit τὰ πάσχα pluraliter, lib. I. contra Hæreses, Hæresi XI. quæ est Sevæorum, p. 19: Παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τὰ ἄζυμα καὶ τὰ πάσχα. Et Hæresi sequenti, p. eadem: Ὅταν οἱ Ἰουδαῖοι ἐπιτελῶσι τὰς ἑορτὰς τῶν ἀζύμων καὶ πασχῶν. *Quando Judæi celebrant festa azymorum & Paschatis.* De hac voce consulantur Casaub. Exercit. XVI. ad Annales Baronii, num. XI: Becmannus de Orig. Lat. Linguæ: Etymolog. Vossii & Fungeri, &c. A nomine πάσχα, est verbum πασχάζω, *pascha celebro*, ideo observandum, quia non apparet in Glossario Cl. Meursii. Eo usus Balsamon ad Canonem VII. Conc. Constant. pag. 313: Οἱ Ἰουδαῖοι μετὰ τὸ πασχάσαι, ἐπὶ ὅλαις ἑπτὰ ἡμέραις νηστεύουσιν. *Judæi post celebrationem Paschatis, integros septem dies jejunant.* Et ad Can. LXXVI. Conc. Carthag. pag. 698: Ἐξ ἀγνοίας ἀποκρεῶσαι ἢ πασχάσαι, *ex ignorantia à carnibus abstinere vel Pascha celebrare.*

Est verò *aliud Judæorum, aliud Christianorum Pascha.* *Duplex Pascha; aliud Christianorum, aliud Judæorum.*

Judæorum Pascha vocatur διαβατήριος ἑορτή. Greg. Nazianzenus, Epist. LIV: Τὴν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν τῶν ἐκεῖθεν ἀγαθῶν οἶδα μυσταγωγίαν, ἑορτὴν οὖσαν διαβατήριον. *Sanctum Pascha diem mysticum futurorum bonorum symbolum esse scio, ut qui transitus festum sit.*

Christianorum Pascha vocatur πασχαλία ἑορτή. Sozom. lib. I. Cap. XXI. pag. 19. b: Ἔδοξε τῇ Συνόδῳ καὶ τὴν πασχαλίαν ἑορτὴν ἅπαντας κατὰ τὸν αὐτὸν ἐπιτελεῖν καιρόν. *Visum est Synodo* (Nicænæ) *festum Paschale ab omnibus eodem tempore celebrandum esse.* Fasti Siculi in Chronico Eusebii, pag. 298. Τῇ πασχαλίᾳ ἑορτῇ, *festo paschali.* Dicitur etiam simpliciter πασχαλία, & πασχάλιος sc. ἑορτή. Photii Nomocan. tit. VII. Cap. I. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς πασχαλίας, *in diebus festi Paschalis.* Et tit. eod. Cap. III: Περὶ τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς

ὥρας τῦ πασχαλίυ, *de die atque tempore festi Paschatis.* Dicitur etiam *hebdomada Paschalis,* πασχαλία ἑβδομὰς, apud Pollucem in Chronico. Πασχάλιοι ἡμέραι, *dies Paschales.* Nicetas de Imperio Isaaci Angeli, lib. II. Θανεῖται πρὸ τῶ πασχαλίων ἡμερῶν, *ante dies Paschales diem obibit.*

Christianorum Pascha duplex. *Christianorum Pascha duplex: unum* σαυρώσιμον, quo Christus in crucem est actus: *alterum* ἀναςάσιμον, quo resurrexit. *Graci veteres;* verba sunt Cl. Vossii de Vitiis sermonis, Cap. VI. p. 28; *prius efferebant* φασὲ, *nempe quod incideret in decimum quartum mensis Nisan: posterius verò, quod est Resurrectionis, dixêre* Πάσχα. *Interim etiam Judaicum illud vocatum* πάσχα, *liquet ex LXX. Philone, & Josepho: nisi quòd apud eum in Missis nonnullis pro* πάσχα *legas* πάσκα. *Cur verò Christiani Resurrectionis diem nomine Paschatis donârint, dicam potiùs verbis Ceolfridi Abbatis ad Regem Naitanum, qua Beda adducit lib. V. Hist. Ecclesʃ. Anglic. Cap. XXII. Votiva Pascha nostra festa celebramus, ut indicemus, nos non cum antiquis excussum Ægyptia servitutis jugum venerari: sed redemtionem totius Mundi, (qua in antiqui Dei populi liberatione prafigurata, in Christi autem resurrectione completa est) devota fide ac dilectione colere; ut de resurrectionis etiam nostra, quam eadem die Dominica futuram credimus, spe nos certissima gaudere signemus.* Hactenus doctissimus Vossius.

I. Σταυρώσιμον. Σταυρώσιμον consideremus. De eo intelligi debent verba Gregorii Nazianzeni Orat. XIX. pag. 304: Τὸ ἅγιον πάσχα καὶ περίβόητον, ἡ βασίλισσα τῶ ἡμερῶν ἡμέρα, καὶ ἡ λαμπρὰ νὺξ, λύουσα τὸ σκότος τῆς ἁμαρτίας, καθ' ἣν ἡμεῖς ὑπὸ πλουσίῳ φωτὶ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν αὐτῶν ἑορτάζομεν, καὶ τῷ φωτὶ δι' ἡμᾶς νεκρωθέντι συννεκρωθέντες, καὶ ἀνισαμένῳ συνανιςάμεθα. *Sanctum & celebre Pascha, dies dierum regina, ac splendida illa nox, peccati tenebras solvens, in qua nos cum magna luminis copia salutis nostra festum celebramus, atque cum luce propter nos mortua morte simul affecti, cum eadem excitata simul excitamur.* Theodorus, Petreorum Episcopus, in vita Theodosii Archimandritæ: Ἑορτὴ ἦν, καὶ ἑορτὴ πασῶν τῶν ἑορτῶν ἀκρόπολις, τὸ πάσχα λέγω, ἐν ᾧ τὸν τε Χριστοῦ σαυρὸν θάνατον, τὴν τε ταφὴν, καὶ μὴν καὶ τὴν σωτήριον τὴν ὄντως ἀναςάσεως ἀνάςασιν, ἅπας ὁ τῶν χριστιανῶν πανηγυρίζειν εἴωθε κόσμος. *Solemnitas erat, & solemnitas omnium solemnitatum*

nitatum summa, Pascha, inquam, in quo mortem per crucem, & sepulturam, nec non salutarem, veréque resurrectionis resurrectionem, universus Christianorum orbis celebrare consuevit. Hinc vocatur θεῖον καὶ ζωηφόρον πάσχα, *divinum & vitam afferens Pascha* ab anonymo vitæ Chrysostomi scriptore. Κυρία καὶ πρώτη τῶν ἡμερῶν, *domina & prima dierum*, à Cedreno, in Michaële Theophili filio. Μεγίστη τῶν ἡμερῶν, *maxima dierum*, à Greg. Nazianz. Orat. XLII. pag. 677. Κυρία τῶν ἑορτῶν, *solemnitatum domina*, Pachymeræ lib. VII. Ἡ ἁγία, καὶ προσκυνητή, καὶ πάνσεπτος τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ Χριστοῦ ἡμέρα, *sancta, & adoranda, & colenda salutaris passionis Dominicæ dies*, Chrysost. Hom. CLXI. tom. V. pag. 971. Ἁγία καὶ μεγάλη κυριακή, *sancta & magna Dominica*, in Typico Sabæ, & in Pentecostario. Sæpe solo τοῦ πάσχα nomine exprimitur. Pentecostarium in Tropariis: Πάσχα ἱερὸν ἡμῖν σήμερον ἀναδέδεικται. Πάσχα καινὸν, ἅγιον, πάσχα μυστικὸν, πάσχα πανσεβάσμιον, πάσχα Χριστὸς ὁ λυτρωτής, πάσχα ἄμωμον, πάσχα μέγα, πάσχα τῶν πιστῶν, πάσχα τὸ πύλας ἡμῖν τοῦ παραδείσου ἀνοῖξαν, πάσχα πάντας ἁγιάζον πιστούς. *Pascha sacrum hodie nobis ostensum est; Pascha novum, sanctum, Pascha mysticum, Pascha quàm maximè venerandum, Pascha Christus liberator, Pascha incontaminatum, Pascha magnum. Pascha fidelium, Pascha quod nobis portas Paradisi aperuit, Pascha omnes sanctificans credentes.*

Ἀναστάσιμον. Vocatur etiam πασχαλία ἑορτή, &c. Vide suprà. Ἀναστάσεως ἡμέρα, *dies resurrectionis*. Georgius Acropolita in Histor. Καὶ τὴν λαμπρὰν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμέραν προσεορτάσας. *Et splendida resurrectionis die antè celebrata.* Ἀναστάσιμος ἡμέρα. Ita appellat Nazianzenus, Orat. de Baptismo; Concilii Constant. in Trullo Can. LXVI. & alibi passim. Obiter autem notabis, quamvis Dominicam hoc nomine venire. Vide Gloss. Meursii in voce Ἀναστάσιμος. Aliis hæc Paschatis dies dicitur λαμπρά. Pentecostarium: Οἱ κανόνες τῆς λαμπρᾶς. *Canones splendidi* scil: diei Λαμπρὰ κυριακή, *splendida Dominica.* Demetrius Chomathenus in Responsis: Λαμπρὰ κυριακὴ τοῦ πάσχα. Pentecostarium: Τὸν κανόνα τῆς λαμπρᾶς κυριακῆς. *Canonem splendidi Dominici.* Vocatur λαμπροφόρος ἡμέρα. Pentecostarium: Ἀρχόμεθα δὲ ἀναγινώσκειν ἀπ' αὐτῆς δηλονότι τῆς λαμπροφόρου ἡμέρας. *Incipimus autem legere ab ipsa* 2. Ἀναστάσιμον.

ipsa nempe die splendorifera. Plura suppeditat Allatius de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum. Nos ad alia properamus.

Octo Baptismatum genera. III. BAPTISMUS. *Baptismi* vox ambigua est, & variis modis à veteribus usurpatur. Apud falsò creditum Athanasium, quæst. CIII. de Parabolis Scripturæ, tom. II. pag. 426. 427. octo Baptismatum genera recensentur, quæ hîc subjicere placuit.

1. Baptismus diluvii. 1. Πρῶτον βάπτισμα τὸ τοῦ κατακλυσμοῦ εἰς ἐκκοπὴν ἁμαρτίας. *Primus Baptismus, est universalis diluvii ad exscindendum peccatum.* Eodem modo Damascenus, Orth. fidei lib. IV. cap. X. p. 297. *Diluvium* Baptismi fuit ἀντίτυπον I. Petri C. III. 21. *Baptismum Mundi* vocat Tertull. libro de Baptismo.

2. Baptismus Mosis. 2. Δεύτερον τὸ τοῦ Μωϋσέως, ὅτε τὴν ἐρυθρὰν διεπέρασε. *Secundum Baptisma, Mosis est, quando mare rubrum transivit.* Pro ὅτε, scribe ὅτι. Planiùs Damascenus, loco adducto: Δεύτερον, τὸ διὰ τῆς θαλάσσης καὶ τῆς νεφέλης· σύμβολον γὰρ ἡ μὲν νεφέλη τοῦ πνεύματος, ἡ θάλασσα δὲ τοῦ ὕδατος. *Secundum, quod per mare & nubem: nubes enim symbolum fuit spiritus, mare verò, aqua.* Greg. Nazianz. Orat. XXXIX. pag. 634: Ἐβάπτισε Μωϋσῆς, ἀλλ' ἐν ὕδατι, καὶ πρὸ τούτου ἐν νεφέλῃ, καὶ ἐν θαλάσσῃ· τυπικῶς δὲ τοῦτο ἦν ὡς καὶ Παύλῳ δοκεῖ. Ἡ θάλασσα τοῦ ὕδατος, ἡ νεφέλη τοῦ πνεύματος. *Baptizavit Moses, verùm in aqua: priùs etiam in nube & in mari: Cæterum hoc per figuram fiebat: quemadmodum & Paulo placet: mare enim aquam, nubes spiritum adumbrabat.* De hoc Baptismo Apostolus I. Cor. X. 2. Consule etiam Greg. Nyssenum de Baptismo Christi, Tom. III. pag. 375: Basilium M. de Spiritu S. cap. XIV: Cyprianum lib. IV. Epist. VI. ad Magnum, &c.

3. Baptismus legalis. 3. Τρίτον, τὸ νομικὸν, ὅπερ εἶχον οἱ Ἑβραῖοι· πᾶς γὰρ ἀκάθαρτος ἐλούετο ὕδατι. *Tertium, legale est, quod Hebræi habebant: omnis enim impurus lavabatur aquâ.* Iisdem ferè verbis Damascenus. Has Leviticas lotiones Epist. ad Hebræos, cap. IV. 10. διαφόρους appellat βαπτισμούς. Ad quem locum Theophylactus, pag. 959: Καὶ γὰρ κἂν νεκροῦ ἥψατό τις, κἂν λεπροῦ, κἂν γονοῤῥυὴς ἐγένετό τις, ἐβαπτίζετο, καὶ οὕτως ἐδόκει καθαρίζεσθαι. *Nam si mortuum attigisset quispiam, vel leprosum, & si seminis fluxum pateretur aliquis, abluebatur, atque hac ratione mundus reddi videbatur.*

4. Τέταρ-

4. Τέταρτον βάπτισμα, τὸ τοῦ Ἰωάννου, εἰσαγωγικὸν μὲν, οὔπω δὲ ὅλον πνευματικὸν, ἀλλ' εἰς μετάνοιαν μόνον. *Quartum Baptisma, Johannis est, introductorium quidem, nondum tamen totum spirituale, sed ad pœnitentiam tantùm* dùcens. Clariùs rem exprimit Damascenus: Τέταρτον, τὸ Ἰωάννου, εἰσαγωγικὸν ὑπάρχον, καὶ εἰς μετάνοιαν ἄγον τοὺς βαπτιζομένους, ἵνα εἰς Χριστὸν πιστεύσωσι. Multa de hoc Johannis Baptismo veteres, nempe Chrysost. Hom. LXXIV. t. V. Greg. Nazianz. Orat. XXXIX. pag. 634: Theophylactus in cap. I. Marci, p. 191: in cap. III. Lucæ, p. 323.; & in cap. I. Johannis, pag. 574. Eulogius apud Photium, Cod. CCLXXX. p. 1601; & alii. *4. Baptismus Johannis.*

5. Πέμπτον, τὸ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐβαπτίσατο· τοῦτο δὲ ὅλον πνευματικόν. *Quintum, à Domino nostro Jesu Christo institutum, quo ipse quoque baptizatus fuit: hoc verò totum spirituale.* Ita etiam Damascenus, addita ratione, Cur Christus baptizatus fuerit. *5. Baptismus Christi.*

6. Ἕκτον, τὸ διὰ δακρύων, ὄντως ἐπίπονον. *Sextum per lacrymas, verè laboriosum.* Damascenus conjungit, τὸ διὰ μετανοίας καὶ δακρύων. Ejus etiam meminit Greg. Nazianz. Orat. XXXIX, pag. 634: Οἶδα καὶ πέμπτον ἔτι τὸ τῶν δακρύων, ἀλλ' ἐπιπονώτερον· ὡς ὁ λούων καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην αὐτοῦ, καὶ τὴν στρωμνὴν τοῖς δάκρυσι. *Quintum locum lacrymarum Baptismus tenet: verùm laboriosior est: ut qui per singulas noctes lectum suum ac stratum lacrymis lavat.* *6. Baptismus pœnitentiæ.*

7. Ἕβδομον, τὸ διὰ μαρτυρίου καὶ αἵματος. *Baptismus martyrii & sanguinis.* Damascenus: Ἕβδομον, τὸ δι' αἵματος καὶ μαρτυρίου, ὃ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐβαπτίσατο, ὡς λίαν αἰδέσιμον καὶ μακάριον, ὅσον δευτέροις οὐ μολύνεται ῥύποις. *Septimum, quod per martyrium & sanguinem, quo & ipse pro nobis Christus baptizatus est: valde venerandum & beatum, quatenus succedentibus non coinquinatur sordibus.* Hæc desumta sunt ex Orat. XXXIX. pag. 634. Greg. Nazianzeni. Cur Baptismus vocetur μαρτύριον, Chrysost. Homil. LXXV. tom. V. ita explicat: Μὴ θαυμάσητε, εἰ βάπτισμα τὸ μαρτύριον ἐκάλεσα· καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα μετὰ πολλῆς ἐφίπταται τῆς δαψιλείας, καὶ ἁμαρτημάτων ἀναίρεσις, καὶ ψυχῆς γίνεται καθαρμὸς θαυμαστός τις καὶ παράδοξος. Καὶ ὥσπερ οἱ βαπτιζόμενοι τοῖς ὕδασιν, οὕτως οἱ μαρτυροῦντες τῷ ἰδίῳ λούονται αἵματι. *Ne miremini,* *7. Baptismus sanguinis.*

quòd Baptismum vocavi Martyrium: etenim etiam hic Spiritus copiose adest, & peccata tolluntur, & anima mirabiliter purgatur. Et quemadmodum qui baptizantur, aquis, ita qui martyrii coronam consequuntur, proprio sanguine lavantur. Ψευδώνυμοι Constitut. Apost. lib. V. Cap. V. pag. 916: Ὁ ἀξιωθεὶς μαρτυρίου, χαιρέτω τὴν ἐν Κυρίῳ χαρὰν ὡς τηλικούτου ἐπιτυχὼν στεφάνου, καὶ δι' ὁμολογίας ποιούμενος τὴν ἔξοδον τοῦ βίου· κἂν κατηχούμενος ᾖ, ἄλυπος ἀπίτω, τὸ γὰρ πάθος τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ ἔσται αὐτῷ γνησιώτερον βάπτισμα· ὅτι αὐτὸς μὲν πείρᾳ συναποθνήσκει τῷ Κυρίῳ, οἱ δὲ λοιποὶ τύπῳ. *Qui Martyrio dignus est habitus, in Domino gaudeat, utpote tantam consecutus coronam, & per confessionem ex hac vita egressus. Etiamsi Catechumenus sit, sine tristitia abeat, passio enim pro Christo germanus ipsi erit Baptismus: quoniam ipse quidem re ipsa cum Domino moritur, reliqui verò in typo tantùm & figura.*

8\. *Baptismus Ignis.* 8. Ὄγδοον, τὸ τελευταῖον, οὐ σωτήριον, ἀλλὰ καυστικὸν, καὶ κολάζον ἀτελευτήτως καὶ αἰωνίως τοὺς ἁμαρτωλούς. *Octavum, quod & ultimum, non salutare, sed adurens, & sine fine atque æternùm peccatores puniens.* Damascenus: Ὄγδοον, τὸ τελευταῖον, οὐ σωτήριον, ἀλλὰ τῆς μὲν κακίας ἀναιρετικὸν, (οὐκέτι γὰρ κακία καὶ ἁμαρτία πολιτεύεται) κολάζον δὲ ἀτελευτήτως. *Octavum, quod & ultimum, non salutare, sed malitiam quidem tollens, (nam pravitas & peccatum non amplius dominantur) sine fine autem puniens.* Aliâs vocatur τὸ τοῦ πυρὸς βάπτισμα. De eo sic Basilius M. de Spiritu sancto, Cap. XV. tom. II. pag. 178: Τὸ τοῦ πυρὸς βάπτισμα τὴν ἐν τῇ κρίσει δοκιμασίαν λέγει, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος· Ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει. *Baptismum ignis, explorationem in Judicio vocat;* nempe Johannes Baptista, Matth. III. 11. *quemadmodum Apostolus dicit* I. Cor. III. 13; *Cujusque opus quale sit, ignis probabit.* Aliter de hoc Baptismo alii sentiunt Patres. Chrysost. Homil. XXXIX, tom. VII: Αὐτὸς βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, οὐ καυστικῷ, ἀλλ' ἁγιαστικῷ. *Ipse baptizabit vos Spiritu sancto & igne, non adurendi, sed sanctificandi vim habente.* Iterum Chrysost. Homil. XVIII. tom. V. pag. 107. *ignem* de Spiritu sancto interpretatur: Παρέδωκε τὸν πηλὸν τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος. Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί· ἐν ὕδατι, ἵνα ἀναπλασθῇ· ἐν πυρὶ, ἵνα στερεωθῇ. *Tradidit* Deus *lutum*, ex quo homo formatus, *igni Spiritus. Ipse vos baptizabit*

zabit in Spiritu sancto & igne: in aqua, ut refingatur: in igne, ut corroboretur. Gregorius Thaumaturgus, Sermone εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια, pag. 36: Αὐτὸς βαπτίσει ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Ὕδατι, δυναμένῳ ἀποπλῦναι τῶν ἁμαρτιῶν τὸν βόρβορον· πνεύματι, δυναμένῳ τοὺς χοϊκοὺς, πνευματικοὺς ἀπεργάσασθαι· πυρὶ, πεφυκότι καταφλέγειν τὰς τῶν ἀνομημάτων ἀκάνθας. *Ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igne. Aquâ, ut quæ peccatorum sordes abluere potest: Spiritu, ut qui terrenos, spirituales reddere potest: igne, ut qui solet iniquitatum spinas comburere.* Greg. Nazianzenus, Orat. XXXIX. p. 636. de Novatianis ita scribit: Τυχὸν ἐκεῖ τῷ πυρὶ βαπτισθήσονται τῷ τελευταίῳ βαπτίσματι, τῷ ἐπιπονωτέρῳ καὶ μακροτέρῳ, ὃ ἐσθίει ὡς χόρτον τὴν ὕλην, καὶ δαπανᾷ πάσης κακίας κουφότητα. *In altero ævo igni fortasse baptizabuntur: qui postremus est baptismus, nec solùm acerbior, sed & diuturnior, qui crassam materiam instar fœni depascitur, omnisque vitii levitatem absumit.* Idem, Homil. ead. pag. 633. per *ignem* intelligit τὴν τοῦ κούφου δαπάνην, καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ζέσιν, *levitatis consumtionem, & Spiritus fervorem.* Damascenus, lib. IV. Cap. X. pag. 2[illegible]8, de *ignitis* explicat *linguis*: Πυρὶ λέγεται βαπτίζειν ὁ Χριστὸς, ἐν εἴδει γὰρ πυρίνων γλωσσῶν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τὴν τοῦ πνεύματος χάριν ἐξέχεεν, ὥς φησιν αὐτὸς ὁ Κύριος, Ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας· ἢ διὰ τὸ τοῦ μέλλοντος πυρὸς κολαστικὸν βάπτισμα. *Igni dicitur baptizare Christus, in specie enim ignitarum linguarum super sanctos Apostolos Spiritûs gratiam effudit, ut ipse Dominus dicit:* Quoniam Johannes quidem baptizavit aquâ, vos autem baptizabimini Spiritu sancto & igne, non post multos hos dies: *aut propter futuri ignis punitorium baptismum.* Utramque ergo sententiam admitti posse statuit. Atque hæc sunt octo Baptismorum genera. Alii tamen tria tantum agnoscunt, nempe Baptismum *fluminis*, sive aquæ, τὸ ὕδατος; *sanguinis*, seu martyrii, τὸ διὰ μαρτυρίας τοῦ ἰδίου αἵματος; *flaminis*, seu Spiritûs sancti.

Baptismi varia nomina.

Nos hoc loco de quinta Baptismi specie deinceps agemus, ejusque præcipuas appellationes considerabimus.

1. Βάπτισμα, vel Βαπτισμός.

I. Vocatur Βάπτισμα, vel Βαπτισμὸς, quod propriè est *immersio: intinctio.* Hinc Βάπτισμα aliquando idem quod καταδύσις. Canone L. Apost. tres immersiones dicuntur τρία βαπτίσ-

ματα: quod Zonaras ad illum Can. explicat, τρεῖς καταδύσεις. Eodem modo Balſamon ad dictum Can. & Ariſtinus in Synopſi Can. Apoſtolicorum. Tertull. cap. II. de Pœnitentia: *Præire pænitentiæ intinctionem juſſit, ut quos per gratiam vocaret ad promiſſionem ſemini Abrahami deſtinatam, per pænitentiæ ſubſignationem antè componeret.* Gloſſæ veteres: Βαπτίζω, *mergo.* Βάπτω, *tinguo.* Βαπτὸς, *tinctus.* Apud nos κυρίως eſt ῥαντισμὸς, *aſperſio,* vel *affuſio aquæ.* Aliquot olim poſt Apoſtolorum tempora ſeculis adhuc uſitata fuit κατάδυσις & ἀνάδυσις, *immerſio* & *emerſio.* Dionyſius Areopagita Eccleſ. Hier. Cap. II. ſect. II. pag. 217: Τρὶς μὲν αὐτὸν ὁ Ἱεράρχης βαπτίζει, ταῖς τρισὶ τοῦ τελουμένου καταδύσεσι καὶ ἀναδύσεσι τὴν τρισσὴν τῆς θείας Μακαριότητος ἐπιβοήσας ὑπόστασιν. *Ter quidem eum Hierarcha immergit, tribus initiandi immerſionibus & emerſionibus tres divinæ Beatitudinis perſonas invocando.* Quid iſtud typicè notârit, explicat Theophylactus in Cap. II. ad Coloſſ. pag. 650: Διὰ τῶν τριῶν καταδύσεων τὴν τριήμερον ταφὴν τοῦ Κυρίου σχηματίζομεν, *per trinam immerſionem trium dierum Domini ſepulturam ſignificamus.* Et in Cap. III. pag. 658: Διὰ τῆς καταδύσεως θάνατον, διὰ τῆς ἀναδύσεως ἀνάστασιν τυποῖ. *Per immerſionem, mortem; per emerſionem, reſurrectionem ſignificat.* Photius apud Oecumen. in Cap. VI. ad Romanos, pag. 291: Αἱ τρεῖς καταδύσεις καὶ ἀναδύσεις τοῦ βαπτίσματος, θάνατον καὶ ἀνάστασιν σημαίνουσι. *Trina immerſio & emerſio in Baptiſmo, mortem & reſurrectionem denotant.*

Vocatur etiam τὸ τῆς υἱοθεσίας βάπτισμα, *Baptiſmus adoptionis,* à Chryſoſt. Hom. XXIII. in Acta. Τὸ τῆς ἀφθαρσίας καὶ παλιγγενεσίας βάπτισμα, *incorruptionis & regenerationis Baptiſmus,* à Theodoreto, θεραπευτ. Serm. VII.

Ἐντάφιον βάπτισμα quid? Commodè hic quæritur, quid ſit Ἐντάφιον βάπτισμα. Hujus meminit Greg. Nyſſenus ſub finem Orat. πρὸς τοὺς βραδύνοντας εἰς τὸ βάπτισμα, *adverſus eos, qui Baptiſmum differunt,* tom. II. pag. 224. his verbis: Ἀπόθεσθε οὖν τὴν ματαίαν γνώμην, οἱ ἐντάφιον τηροῦντες τὸ βάπτισμα. *Deponite ergo inanem veſtram ſententiam, qui Baptiſmum ad exequias reſervatis.*

Clinici. Tales in lecto, ob morbum, ne ſine Baptiſmo morerentur, aquâ affundebantur, vel aſpergebantur, & *Clinici* in veteri Eccleſia dicebantur. Hoc indicat Cyprianus, lib. IV. Epiſt. VII. quæ eſt ad Magnum, pag. m.

210.

210. De horum Baptismo verba Cornelii, urbis Romanæ Episcopi, habemus in literis ejus ad Fabium, Episcopum Antiochenum, quæ apud Eusebium exstant, lib. VI. cap. XLIII. pag. 70: Καταλιπὼν γὰρ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου, κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον, ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν· ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐν κλίνῃ διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. Novatus *Ecclesiam Dei reliquit, in qua, post fidem receptam, Presbyterii honore donatus fuit, favore Episcopi, qui illi manus ad sortem Presbyterii imposuit; qui quidem Episcopus ab omni clero, imò etiam à multis laicis impeditus, (quoniam minimè licebat quenquam in lecto propter morbum baptizatum, quemadmodum etiam huic contigerat, in clerum assumi) petiit, ut hunc solum ordinare permitteretur.* Ita baptizatorum etiam meminit Can. XII. Concilii Neo-cæsariensis: Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι οὐ δύναται. *Si quis in morbo constitutus, baptizatus fuerit, ad honorem Presbyterii promoveri non potest.* Canon XLVII. Concilii Laodiceni: Ὅτι δεῖ τοὺς ἐν νόσῳ παραλαμβάνοντας τὸ φώτισμα, καὶ εἶτα ἀναστάντας, ἐκμανθάνειν τὴν πίστιν, καὶ γινώσκειν ὅτι θείας δωρεᾶς κατηξιώθησαν. *Quòd oportet eos, qui in morbo Baptismum accipiunt, & postea convaluerunt, fidem ediscere, & nôsse, quòd divino beneficio digni habiti sunt.* Eorundem etiam meminit Can. XLV. Ecclesiæ Africanæ.

Duo autem *Clinicorum* genera fuisse, à Viris doctis jam observatum. *Unum* tum Catechumenorum, tum gentilium sese convertentium, qui in extremis constituti, καὶ ἐν τῇ κλίνῃ, in lecto decumbentes, baptizabantur. Horum meminit Epiphanius, Hæresi XXVIII, quæ est Cerinthianorum, pag. 54; ubi locum vexatissimum I. Corinth. XV. 29. à quibusdam ita explicari dicit, Ὅτι οἱ μέλλοντες τελευτᾷν, ἐὰν ὦσι κατηχούμενοι, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι περὶ τοῦ τελευτῆς λουτροῦ καταξιοῦνται. *Morti vicini si fuerint catechumeni, ob hanc*; resurrectionis scilicet; *spem, ante obitum lavacro digni habentur.* Ita Arinthæus Prætor, ab uxore redditus Christianus, in fine vitæ baptizatus est, referente Basilio M. Epist. CLXXXVI, quæ est consolatoria ad Conjugem ejus. Verba sunt pag. 966: Μέγας μὲν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, μέγας δὲ

Duo Clinicorum genera.

a. Clinicorum genus.

ἐν τῷ μέλλοντι, μηδὲν ἐκ τῆς παρούσης λαμπρότητος πρὸς ἐλπιζομένην δόξαν ζημιωθεὶς, ἀλλὰ τὸ πᾶσαν κηλῖδα τῆς ψυχῆς, πρὸς ταῖς ἐξόδοις τοῦ βίου, τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας ἀποκαθήρασθαι· ὧν αὐτῇ πρόξενος αὐτῷ καὶ συνεργὸς γινομένη, μεγίστην ἔχε τὴν παραμυθίαν. *Magnus quidem in præsenti hac vita, magnus verò etiam in futura, nec ex præsenti splendore damni quicquam in sperata gloria expertus, propterea quòd in ipso vitæ exitu cunctam animæ maculam lavacro regenerationis accepto detersit: cujus rei cùm ei conciliatrix & cooperatrix fueris, maximam inde consolationem cape.*

b. Clinicorum genus. *Alterum* genus *Clinicorum*, illorum fuit, qui Christiani quidem erant professione, sed studio Baptismum differebant, simul & baptizari & mori volentes, ne post acceptum Baptismum rursus peccarent, decepti malè intellecto loco ad Hebræos Cap. VI. v. 4; unde cùm Novatianis colligebant, nullam, post Baptismum delinquentibus, veniæ spem reliquam esse. Ita Constantinus Imperator extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio, Nicomediensi Episcopo, baptizatus est, ut, præter Eusebium lib. IV. de vita ejus, Cap. LXII. p. 155, b. alii etiam Hist. Eccles. Scriptores tradiderunt, nempe Socrates, lib. I. cap. XXXIX, pag. 190. b: Theodoretus, lib. I. Cap. XXXII. pag. 295. a: Sozomenus, lib. II. cap. ult. pag. 35. b, & Nicephorus, lib. VIII. cap. LIV. pag. 664, &c. Etiam Constantini filius, Constantius, moriens voluit baptizari: ἀποθνήσκων ἔδοξε βαπτίζεσθαι, ut docet Athanasius de Synodis Arimini & Seleuciæ. Idem de Theodosio M. tradit Ambrosius, Orat. de obitu ejus, & Socrates, lib. V. cap. VI. pag. 244. a. Hunc verò Clinicorum morem acriter reprehenderunt orthodoxi Patres, inque hanc Baptismi differendi consuetudinem vehementer sunt invecti. Quosdam ex iis audire ne pigeat. Plurima habet Gregorii Nazianzeni Orat. XL, quæ est in S. Baptisma. Pauca excerpamus. Pag. 643. dicit: Βαπτισθῶμεν σήμερον, ἵνα μὴ αὔριον βιασθῶμεν, καὶ μὴ ἀναβαλώμεθα τὴν εὐεργεσίαν ὡς ἀδικίαν, μηδὲ ἀναμείνωμεν πλείων γενέσθαι κακοὶ, ἵνα πλέον συγχωρηθῶμεν, μηδὲ γενώμεθα χριστοκάπηλοι καὶ χριστέμποροι, μηδὲ φορτισθῶμεν πλέον ἢ δυνάμεθα φέρειν, ἵνα μὴ αὐτάνδρῳ τῇ νηῒ βαπτισθῶμεν, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν, ἀνθ' ὧν τὸ πλέον ἠλπίσαμεν, τὸ πᾶν ἀπολέσαντες. Ἕως ἔτι τῶν λογισμῶν κύριος εἶ, πρόσδραμε

Baptismum procrastinantes reprehenduntur.

τῷ

τῷ δωρήματι· ἕως ἔτι πω νοσεῖς καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν διάνοιαν, κλ. *Baptizemur hodie, ne cras vi aliqua cogamur. Ne beneficium, tanquam injuriam differamus, nec exspectemus, donec pejores fiamus, ut plura nobis condonentur: nec Christo, tanquam caupones & negotiatores, abutemur; nec graviori sarcina oneremur, quàm vires nostræ ferre queant, ne unà cum navi demergamur, ac Gratiam per naufragium amittamus, dumque plura spe atque animo concepimus, omnia perdamus. Quamdiu mentis adhuc compos es, ad donum accurre: quamdiu nondum nec corpore, nec animo æger es, &c.* Et pag. 648: Νήπιόν ἐστί σοι; Μὴ λαβέτω καιρὸν ἡ κακία. Ἐκ βρέφους ἁγιασθήτω, ἐξ ὀνύχων καθιερωθήτω τῷ πνεύματι. Σὺ δέδοικας τὴν σφραγῖδα διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀσθενές; ὡς μικρόψυχος εἶ μήτηρ καὶ ὀλιγόπιστος. *Infans tibi est? Ne occasionem improbitas arripiat: ab infantia sanctificetur, ab ipsis unguiculis Spiritui consecretur. At propter naturæ imbecillitatem sigillum metuis? Quàm imbecillis animi mater es pusillaq; fidei!* Non negligendus Chrysostomus. Is Homil. I. in Acta Apostolorum, tom. IV. pag. 615: Μὴ καιρὸν ἀναμένωμεν, μήποτε μέλλοντες καὶ ἀναβαλλόμενοι, ἀπέλθωμεν κενοὶ καὶ ἔρημοι τοιούτων ἀγαθῶν. Πῶς οἴεσθε ὀδυνῶμαι, ὅταν ἀκούσω, ὅτι ἀμύητός τις ἀπηνέχθη ἐντεῦθεν, τὰς ἀφορήτους ἐννοῶν κολάσεις ἐκείνας, τὴν ἀπαραίτητον τιμωρίαν; πῶς δάκνομαι πάλιν, ὅταν ἑτέρους ἴδω πρὸς τὰς ἐσχάτας φθάνοντας ἀναπνοὰς, καὶ μηδὲ ἐντεῦθεν σωφρονιζομένους; Διὰ τοι τοῦτο πολλὰ τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀνάξια γίνεται. *Ne tempus exspectemus, ne quando fiat, ut, dum cunctamur & procrastinamus, discedamus hinc inanes, tantisque bonis vacui. Quomodo creditis me discruciari animo, quoties aliquis nondum initiatus ex hac vita sublatus fuerit, mecum reputantem intolerabiles illos cruciatus, & supplicium inevitabile? Rursus, quos æstus pectoris sentio, quoties alios video sub extremum halitum festinantes ad initiationem,* (ita quidem Interpres, sed contra linguæ Græcæ genium: tu redde, *Quoties alios video ad extremos spiritus pervenisse,* vel, *in agone constitutos,* vel, *extremos spiritus ducere*) *nec hinc puriores fieri.* (Ita rursus Interpres: ridiculè. Reddendum, *nec tamen inde sapientiores reddi.*) *Hinc multa tanto dono indigna fiunt.* Id. Hom. XXIII. in Acta, p. 746: Τί τὰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς ἀναμένεις ὡς δραπέτης, ὡς κακοῦργος, ὡς οὐκ ὀφείλων τῷ θεῷ ζῆσαι; Τί ὡς πρὸς ἀπηνῆ τινὰ καὶ ὠμὸν τρέχων δεσπότην οὕτω διάκεισαι; Τί ψυχρότερον; Τί ταλαιπωρότερον τοῦ τότε λαβόντων τὸ φώτισμα; *Cur extremos*

mos exspectas spiritus sicut fugitivus, sicut malefactor, & quasi Deo vivere non deberes? Quare sic afficeris, quasi ad inhumanum & crudelem quendam Dominum curreres? Quid frigidius? quid miserabilius tunc demum Baptismum accipientibus? Contra eosdem integram scripsit Orationem Gregorius Nyssenus, quæ exstat tom. II. p. 215. Verba ejus p. 219. hæc sunt: Μὴ παροξύνῃς τὸν βαπτιστὴν βραδύνων, μηδὲ παροργίσῃς αὐτὸν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἀναβαλλόμενος, καὶ δαπανῶν ἐν ὑποσχέσεσι τὸν ῥέοντα χρόνον, μήποτέ σου ταῖς ὁμοίαις φωναῖς Ἰωάννου καθάψηται, γέννημά σε ὀνομάζων ἐχίδνης, ἢ ἀσπίδα κωφὴν, πρὸς τὴν φωνὴν τοῦ ἐπᾴδοντος ἀγριαίνουσαν, ἢ τὴν ἀξίνην σοι δείξῃ τεθηγμένην καὶ στίλβουσαν, παρακειμένην τῷ δένδρῳ, καὶ τὴν τομὴν ἀπειλοῦσαν. *Noli nimis tardando irritare baptistam, nec eum ad iram provoces, diem ex die ducendo, & tempus, quod effluit, in promissis consumendo: ne te quando iisdem vocibus insectetur, quibus Johannes, progeniem te appellans viperæ, & surdam aspidem, quæ ad vocem incantatoris efferatur: vel acutam tibi ostendat securim & coruscantem, arbori admotam, & amputationem minantem.* Pagina sequenti narrat exemplum Juvenis nobili loco nati, cui Archias nomen, qui à barbaris vulneratus, & morti jam vicinus, ὡς εἶχε δυνάμεως, ἀνεβόα· καὶ γὰρ ἦν τῶν ἀμυήτων· Ὄρη καὶ νάπαι βαπτίσατε, δένδρα καὶ πέτραι, καὶ πηγαὶ δότε τὴν χάριν, *quam maxima poterat voce, nondum enim erat Baptismi sacramento initiatus, exclamabat: Montes & sylvæ baptizate, arbores & rupes & fontes date gratiam!* Qui plura de hoc themate desiderat, doctissimas adeat Justelli Notas ad Can. XII. Concilii Neo-cæs. & Cl. Vossii Disputat. XII. de Baptismo, thesi V.

2. Βάπτισις. II. Βάπτισις. Sozomenus, Hist. Eccles. l. II. cap. XXXIV. pag. 35. b. de Constantino M. Ἐμυήθη τὴν ἱερὰν βάπτισιν, *sacro Baptismo initiatus fuit*. Idem, lib. VI. cap. XXVI. pag. 83. b. Φασὶ δέ τινες, πρῶτον Εὐνόμιον τολμῆσαι εἰσηγήσασθαι ἐν μιᾷ καταδύσει χρῆναι ἐπιτελεῖν τὴν θείαν βάπτισιν. *Referunt quidam, Eunomium primum ausum fuisse introducere divini Baptismi in una immersione administrationem.* Idem de eo testantur Theodoretus, Hæret. Fab. lib. IV. Cap. III: Philostorgius, Hist. Eccles. lib. X. tm. IV. pag. 136. Conc. Constant. seu Oecum. II. Can. VII. Balsamon ad Can. I. Constantinop. pág. 303: & Zonaras ad eundem, pag. 68. Alii tamen Theophronio & Eutychio potius, Eunomii discipulis, quàm

quàm ipsi Eunomio simplam hanc mersionem adscribendam putant, moti autoritate Sozomeni, qui lib. VII. cap. XVII. pag. 98. b. hoc ex multorum sententia refert. Eadem refert Nicephorus, Hist. Eccles. lib. XII. cap. XXX. pag. 284. In eo tantum à Sozomeno differt, quòd ipse *Eupsychium* nominat, non *Eutychium*. Harmenop. de sectis, sect. XIII. pag. 566. de Eunomianis: Τὰς αὐτοῖς προσερχομένους ἐβάπτιζον εἰς μίαν κατάδυσιν. *Ad se accedentes una immersione baptizabant.* Vide Dissertat. Cl. Gothofredi ad lib. X. cap. IV. Philostorgii. Ipsi tamen Hispaniæ quoque Episcopi, ætate Gregorii M. semel immergebant, Gregorio id etiam approbante. Vide Vossii disputat. II. de Baptismo, thesi, III. Trina tamen immersio potiùs retinenda, eodem docente Vossio ibidem, thesi IV.

III. Λουτρόν. Ad Ephesios cap. V. v. 26: Τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος: quod Theophylactus, pag. 557. explicat, τῷ βαπτίσματι. Chrys. Ἀνδρ. κά. Τὰ ἁμαρτήματα ἀφανίζει τὸ λουτρόν, *lavacrum peccata delet.* Ita vocatur Baptismus, quia δι' αὐτοῦ τὰς ἁμαρτίας ἀπορρυπτόμεθα, *per illum peccata abstergimus*, ut loquitur Clemens Alexandr. Pæd. lib. I. Cap. VI. pag. 93. Et Nazianzenus, Orat. XL. pag. 639: Λουτρὸν καλοῦμεν τὸ βάπτισμα, ὡς ἔκπλυσιν, *Baptismum vocamus lavacrum, tanquam ablutionem.* 3. Λουτρόν.

Λουτρὸν τῆς μετανοίας, *lavacrum pœnitentiæ.* Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone: Λουτρὸν τῆς μετανοίας, καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ὃ ὑπὲρ τῆς ἀνομίας τῶν λαῶν τοῦ Θεοῦ γέγονε. *Lavacrum pœnitentiæ, ac notitiæ Dei, quod propter iniquitates populorum Dei est institutum.*

Λουτρὸν παλιγγενεσίας, *lavacrum regenerationis*, ad Titum Cap. III. v. 5: πνευματικὸν λουτρόν, *spirituale lavacrum*. Can. II. Concilii Nicæni I. reprehenditur, ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας, εὐθὺς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν λουτρὸν ἄγειν, *homines à gentili vita nuper accedentes ad fidem, & exiguo tempore eruditos, statim ad spirituale lavacrum ducere.*

IV. Φώτισμα, φωτισμὸς ex Hebr. Cap. VI. v. 4, & Cap. X. v. 32. Dionys. Areopagita Hier. Eccles. Cap. II. tit. partis II. Μυστήριον φωτίσματος, *sacramentum illuminationis*, sive *Baptismi*: & deinceps pluribus de hoc sacramento agit. Theophylactus in Cap. VIII. Marci, pag. 229: Φώτισμα λέγεται τὸ βάπτισμα. Ita 4. Φώτισμα, φωτισμός.

K sæpius

sæpius vocatur à Greg. Nazianzeno, Orat. XL. quæ est εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. Pag. 638. dicit: Τὸ φώτισμα λαμπρότης ἐστὶ ψυχῶν, βίου μετάθεσις, ἐπερώτημα τῆς εἰς Θεὸν συνειδήσεως· τὸ φώτισμα, βοήθεια τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας· τὸ φώτισμα, σαρκὸς ἀπόθεσις, πνεύματος ἀκολούθησις, λόγου κοινωνία, πλάσματος ἐπανόρθωσις, κατακλυσμὸς ἁμαρτίας, φωτὸς μετουσία, σκότους κατάλυσις· τὸ φώτισμα, ὄχημα πρὸς Θεὸν, συνεκδημία Χριστοῦ, ἔρεισμα πίστεως, νοῦ τελείωσις, κλεὶς οὐρανῶν βασιλείας, ζωῆς ἄμειψις, δουλείας ἀναίρεσις, δεσμῶν ἔκλυσις, συνθέσεως μεταποίησις, κτλ. *Baptismus est splendor animarum, vita in melius mutatio, conscientiæ ad Deum interrogatio. Baptismus infirmitatis nostræ adjumentum. Baptismus est carnis depositio, spiritus assectatio, Verbi participatio, figmenti correctio, peccati diluvium, lucis communicatio, tenebrarum oppressio. Baptismus est vehiculum ad Deum, peregrinatio cum Christo, fidei adminiculum, mentis perfectio, regni cœlorum clavis, vitæ commutatio, servitutis depulsio, vinculorum solutio, compositionis in meliorem statum conversio, &c.* Hinc τὸ φώτισμα παραλαμβάνειν, *Baptismum suscipere*, in Concilio Laodiceno.

Cur ita vocetur.

Cur autem Baptismus hoc nomine designetur, Justinus Martyr, Apol. II. pag. 160. hanc reddit rationem: Καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμὸς, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. *Hoc lavacrum vocatur, Illuminatio, quia mens eorum, qui hæc discunt, illuminatur.* Et Clemens Alexandr. Pæd. l. I. C. VI. pag. 93: Vocatur φώτισμα, δι' οὗ τὸ ἅγιον ἐκεῖνο φῶς τὸ σωτήριον ἐποπτεύεται, τουτέστι, δι' οὗ τὸ θεῖον ὀξυωποῦμεν, *Illuminatio, per quam sanctam illam & salutarem lucem intuemur, hoc est, per quam id, quod est divinum, perspicimus.* Vide etiam Dionys. Areopagitam Hier. Eccles. Cap. III. pag. 242. Atque propter hunc effectum, βάπτισμα & φώτισμα differunt. Chrysost. Hom. CXVI. t. V. pag. 749: Οἱ αἱρετικοὶ βάπτισμα ἔχουσιν, οὐ φώτισμα· καὶ βαπτίζονται μὲν σώματι, ψυχῇ δὲ οὐ φωτίζονται· ὥσπερ γὰρ καὶ Σίμων ἐβαπτίσθη, ἀλλ' οὐκ ἐφωτίσθη, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἀκολούθως δείκνυνται. *Hæretici Baptismum habent, non illuminationem: & baptizantur quidem corpore, in anima verò non illuminantur: quemadmodum enim etiam Simon baptizatus fuit, sed non illuminatus, ita etiam hi eodem modo reperiuntur.*

Βάπτισμα & φώτισμα differunt.

Cur solus Baptismus φώτισμα vocetur.

Quærit Pahymeres in Cap. III. Dionysii Areopagitæ de Hier. Eccles. pag. 266. cur solus Baptismus, φώτισμα appelletur,

tur, cùm etiam aliæ πηγαὶ illuminent? & respondet, id fieri, διὰ τὸ εἶναι ταύτην πασῶν τῶν θείων φωταγωγιῶν ἀρχὴν, *quia sit omnium divinarum illustrationum principium.*

Nec prætereundum, φώτισμα non semper notare ipsum *Baptismum*, sed aliquando *institutionem*, quæ Baptismum præcedit. Hoc docet Maximus ad Cap. III. Dionysii Areopagitæ de cœl. Hier. pag. 14: Σημείωσαι, ὅτι τὸ φώτισμα πρὸ τοῦ βαπτίσματός ἐστι. *Nota, quòd illustratio præcedat Baptismum.* Et paulò antè dixit: Τοὺς προσιόντας δεῖ πρῶτον καθαίρεσθαι τῇ διδασκαλίᾳ τῶν διαιρέσεων τῆς ἁμαρτίας συμφύρσεων· εἶτα φωτίζεσθαι τῇ γνώσει τῶν θεοπνεύστων γραφῶν τὰ περὶ θεογνωσίας δόγματα, καὶ τότε πληροῦσθαι τῷ τῆς παλιγγενεσίας λουτρῷ. *Accedentes oportet primò purgari doctrinâ eorum, quæ dissolvere queant peccati commixtiones: deinde illustrari per cognitionem à Deo inspiratarum Scripturarum in dogmatibus de cognitione Dei, tum demum regenerationis lavacro perfici.*

Φώτισμα etiam notat institutionē.

Diximus, hanc Baptismi appellationem Veteres desumsisse ex Epist. ad Heb. ibi enim plerisque, minùs tamen convenienter, φωτίζειν est *baptizare*. Ita sentit Epiphanius Hæresi LIX. p. 214; ubi ad locum Heb. VI. 4: Οὐ δυνατὸν τις λουτρὸν δεύτερον λαμβάνειν· ἓν γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα, καὶ εἷς ὁ ἐγκαινισμός. *Nemo potest bis baptizari, vel secundum accipere lavacrum: unum enim est Baptisma, & una renovatio.* Et pluribus Eulogius apud Photium, Cod. CCLXXX. p. 1604. 1605; ubi inter alia: Ἀδύνατόν, φησι, τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, πάλιν δεύτερον βάπτισμα προσδοκᾷν· ἅπαξ γὰρ ὁ Χριστὸς ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἔπαθεν· ὅθεν καὶ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ βαπτιζόμεθα. *Impossibile est*, inquit Apostolus, *eos, qui illuminati sunt, iterum secundum Baptisma exspectare. Semel enim Christus in consummatione seculorum passus est; unde & in mortem ejus baptizamur.* Et mox: Ἀδύνατον οὖν, τοὺς ἅπαξ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ φωτισθέντας, ἐκ δευτέρου ἢ καὶ πλεονάκις βαπτίζεσθαι. *Impossibile igitur est eos, qui semel in mortem ejus baptizati sunt, secundò, vel etiam sæpius baptizari.*

Φωτίζειν ad Hebr. VI. & X. notat baptizare.

Ab hac hujus verbi significatione, νεοφώτιστος est *recens baptizatus*, Chrysost. Homil. XXI. in Acta. Idem Homiliâ LXXI. t. VI: Νεοφωτίστους λέγω, οὐχὶ τοὺς πρὸ δύο καὶ τριῶν, οὐδὲ πρὸ δέκα ἡμερῶν φωτισθέντας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸ ἐνιαυτοῦ, καὶ τοὺς πρὸ πλείονος χρόνου. *Neophytos appello, non eos, qui ante duos & tres, neque eos, qui ante decem dies*

baptizati fuerunt tantùm, sed etiam illos, qui ante annum, & eos, qui diu antè. Qui Can. III. Conc. Laod. dicitur πρόσφατος φωτισθεὶς, is ab Aristino in Synopsi Canonum vocatur νεοφώτιστος. Cyrillus Jerosolymitanus aliquot scripsit Catecheses ad Νεοφωτίστους. Contrarium ἀφώτιστος, idem quod ἀβάπτιστος, ἀσφράγιστος, ἀμύητος, *non baptizatus.* Germanus in Theoria Eccles. p. 162: Ἀβάπτιστοι, οἱ μὴ φωτισθέντες διὰ τοῦ λουτροῦ τοῦ βαπτίσματος. Ἀβάπτιστοι dicuntur, *qui nondum sunt illuminati per lavacrum Baptismi.* Severus in Catena in Cap. III Johannis, pag. 83: Ἀφώτιστα παιδία μὴ μετασχόντα τοῦ τῆς παλιγγενεσίας λουτροῦ. *Infantes Baptismi exsortes, qui lavacri regenerationis non sunt facti participes.*

5. Μυσταγωγία. V. Μυσταγωγία. Ita vocatur à Chrysostomo. Hinc apud eundem, Καθαρθεὶς διὰ τῆς τοῦ βαπτίσματος μυσταγωγίας. *Purgatus per Baptismi initiationem.* Idem Hom. XCIX. t. V. postquam de sacramentis fuisset locutus, subjicit: Εἰ μὴ ἀπὸ τῆς Τριάδος ἐκτίσθημεν, πῶς καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἐπιγράφεται ἡ μυσταγωγία; *si non sumus à S. Trinitate creati, quomodo Spiritui sancto etiam adscribitur Baptismus?* Sensus, *Quomodo in Spiritus S. nomen baptizamur?* Illustris locus Severiani, Hom. V. de Creatione: Πῶς βαπτιζόμεθα; ἐν ὀνόματι Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ποία μείζων ἡ ἀναγέννησις, ἡ τῆς δημιουργίας, ἢ ἡ τῆς μυσταγωγίας; Ἐκεῖ ἀρχὴ ζωῆς εἰς θάνατον· ὧδε ἀρχὴ θανάτου εἰς ζωήν. *Quomodo baptizamur? In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quaenam major regeneratio,* (malim legere γέννησις, *generatio*) *quae per creationem facta, an quae per Baptismum? Ibi initium vitae ad mortem; hic initium mortis ad vitam.* Teodoretus in Cap. I. Cantici: Ἐν τῇ ἱερᾷ μυσταγωγίᾳ οἱ τελούμενοι, μετὰ τὴν ἄρνησιν τοῦ τυράννου καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ὁμολογίαν, οἱονεί τινα σφραγῖδα βασιλικὴν δέχονται τοῦ πνευματικοῦ μύρου τὸ χρίσμα. *In sacro Initiationis sacramento, qui perficiuntur, post abnegationem tyranni, & Regis confessionem, quasi sigillum quoddam regium accipiunt spiritualis unguenti unctionem.* Per ἄρνησιν & ὁμολογίαν alludit Theodoretus ad antiquissimam formulam, à baptizandis pronunciari solitam, de qua S. Chrysost. Hom. I. in Epist. ad Ephesios: Τί χαριέστερον τῶν ῥημάτων, δι' ὧν ἀποταςσόμεθα τῷ διαβόλῳ; δι' ὧν συνταςσόμεθα τῷ Χριστῷ; τῆς ὁμολογίας ἐκείνης τῆς πρὸ τοῦ λουτροῦ, τῆς μετὰ τὸ λουτρόν; *Quid verbis illis gratiosius, per quae Diabolo abrenunciamus? per quae in militum Christi numerum*

rum adscribimur? Confessione illa, quæ fit ante lavacrum, & illâ, quæ fit post lavacrum? Et Homil. VI. in Epist. ad Colossenses: ὅρα πῶς, μὴ τούτῳ ἁλῶμεν τῷ χειρογράφῳ, μετὰ τὸ εἰπεῖν, Ἀποτάσσομαι τῷ σατανᾷ, καὶ συντάσσομαί σοι, Χριστέ. *Videte, ne ex isto chirographo arguamur & convincamur, postquam dixerimus, Abrenuncio Satanæ, & tibi nomen do, Christe.* Ita locum restituimus. Basil. Seleuc. Orat. XXVII. pag. 150. Ἀπεταξάμεθα διαβόλῳ, μὴ πάλιν αὐτῷ τεχνικῶς συνταξώμεθα. Συνεταξάμεθα τῷ Χριστῷ, μὴ πάλιν αὐτῷ δαιμονικῶς ἀποταξώμεθα. *Abrenunciavimus diabolo, ne ei rursus artificiosè nomen demus. Nomen dedimus Christo, ne ei rursus diabolicè nuncium remittamus.* Crebra ejusdem Abrenunciationis mentio etiam apud alios Patres. Ita autem in Ecclesia Græca verba concipiebantur, ut patet ex Constit. Apostol. lib. VII. cap. IV: Ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ καὶ ταῖς πομπαῖς αὐτοῦ, καὶ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐφευρέσεσιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτόν. Καὶ συντάσσομαι τῷ Χριστῷ. *Abrenuncio Satanæ & operibus ejus, & pompis ejus, & cultui ejus, & Angelis ejus, & omnibus inventis ejus, & omnibus quæ sub eo sunt: Et conjungor Christo.* Plurima de hac formula habet Chrysost. Homil. XXI. Ἀνδρ. seu ad populum Antiochenum, quæ est Catechesis ad Illuminandos, hoc est, baptizandos. Inter alia ad fœminam, quam à superbia dehortatur: Ἀναμνήσθητι τῆς φωνῆς ἐκείνης, ἣν ἀφῆκας μυσταγωγουμένη, Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου, καὶ τῇ λατρείᾳ σου. *Vocis illius recorderis, quam, dum sacris initiareris, emisisti; Abrenuncio tibi, Satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo.* Et mox: Λέγε τοίνυν συνεχῶς, Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ· οὐδὲν ταύτης ἀσφαλέστερον τῆς φωνῆς, εἰ διὰ τῶν ἔργων ταύτην ἐπιδειξώμεθα· ταύτην καὶ ὑμᾶς τοὺς μυσταγωγεῖσθαι μέλλοντας μαθεῖν ἀξιῶ· αὕτη γὰρ ἡ φωνὴ συνθήκη πρὸς τὸν δεσπότην ἐστί. *Dic igitur continuè, Abrenuncio tibi, Satana: nihil hac voce tutius, si ipsam per opera ostendamus. Hanc ut & vos initiandi discatis, rogo. Hæc enim vox confœderatio cum Domino est.* Tandem in extremo ejus Homiliæ suadet, ut nunquam sine illo verbo in publicum prodeamus, sed antequam domo egrediamur, priùs dicamus: Ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου, καὶ τῇ λατρείᾳ σου, καὶ συντάσσομαί σοι, Χριστέ. *Abrenuncio tibi, Satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo, & conjungor tibi, Christe.* Pluribus hunc ritum describit Euchologium,

Μυσαγωγεῖσθαι, *baptizari.*

anno 1648. Venetiis impressum, pag. 99. Sed è diverticulo in viam. Μυσαγωγεῖσθαι, inter alia, etiam est *baptizari*. Patet hoc ex præcedentibus ex Chrysostomo allatis. Idem Homil. I. in Acta, pag. 615. de Baptismo ita loquitur: Πολλὰ τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀνάξια γίνεται· δέον γὰρ εὐφραίνεσθαι καὶ χορεύειν, καὶ χαίρειν, καὶ στεφανοῦσθαι ἑτέρου μυσαγωγουμένου. *Multa hoc dono indigna fiunt: oportet enim lætari, & exsultare, & gaudere, & coronari, dum alius initiatur,* id est, *baptizatur*. Idem, Homil. LI. tom. V: Τοῦτο ἐστι μάλιστα τὸ μέγιστον τῆς περὶ ἡμᾶς εὐγενείας τεκμήριον, ὅτι ὁμοίως καὶ τὸν προσαίτην, καὶ τὸν τὴν ἁλουργίδα ἔχοντα μυσαγωγοῦμεν, καὶ οὐδὲν πλέον οὗτος ἐκείνου κατὰ τὴν τῶν μυστηρίων ἔχει λόγον. *Illud maximum nobilitatis nostræ indicium est, quòd similiter & mendicum, & purpurâ vestitum baptizamus, & quòd hic, sacramentorum respectu, nullam præ isto prærogativam habet.* Vide etiam infrà, Cap. IV. appellationem XVIII. sacræ Cœnæ.

6. Καθαρμός, καθάρσιον, κάθαρσις.

VI. Καθαρμὸς, καθάρσιον, κάθαρσις. Vocatur μυστικὸς καθαρμὸς & καθάρσιον à Chrysostomo, Homil. XCI. tom. VI. pag. 853. A Greg. Nazianzeno, Orat. XL. pag. 648. Κάθαρσις: Τῇ καθάρσει σφραγίσθηναι, *Baptismo consignare*.

7. Σφραγίς, σφράγισμα.

VII. Σφραγὶς & σφράγισμα. Constantinus M. referente Eusebio in vita ipsius, pag. 155; Ὥρα καὶ ἡμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς ἀθανατοποιοῦ σφραγῖδος· ὥρα τοῦ σωτηρίου σφραγίσματος μεταλαχεῖν. *Tempus est, ut & nos participes fiamus immortalitatem largientis sigilli: tempus est, ut salutare sigillum accipiamus.* Vocatur à Cæsario, quæst. XII. pag. 26. σφραγὶς τῆς μυστικῆς τελειότητος, *sigillum mysticæ perfectionis*. À Basilio M. in exhortatione ad Baptismum vocatur σφραγὶς ἀχειροποίητος, *sigillum non manu factum*. Cur autem σφραγὶς nominetur, Greg. Nazianzenus, Orat. XL. pag. 639. hanc reddit rationem: Baptismum σφραγῖδα καλοῦμεν, ὡς συντήρησιν, καὶ τῆς δεσποτείας σημείωσιν, *sigillum vocamus, quia est conservatio, ac dominationis significatio*. Hinc ἀσφράγιστοι, *Baptismo carentes*, apud eundem, Orat. eadem, pag. 653.

8. Ὕδωρ.

VIII. Ὕδωρ, non quidem simpliciter, sed cum epitheto, Ὕδωρ ζῶν. Theodoretus quæst. XXVI. in Genesin: Ὕδωρ ζῶν καλεῖται τὸ βάπτισμα, οὐκ ἐπειδὰν φύσιν ἑτέραν ἔχει τοῦ βαπτίσματος ὕδωρ, ἀλλ᾽ ὅτι δι᾽ ἐκείνου τοῦ ὕδατος ἡ θεία χάρις τὴν αἰώνιον δωρεῖται ζωήν. *Baptismus vocatur aqua viva, non quòd aqua Baptismi aliam habeat na-*

turam,

turam, sed quòd per illam aquam gratia divina vitam donet æternam. Vocatur ὕδωρ λυτήριον τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ καθαρτήριον τῶν ψυχῶν, *aqua solvens peccata, & animas purgans*, ab eodem, in Cap. XXXII. Jesaiæ, pag. 89. Καθάρσια ὕδατα, *aqua purgantes*, à Greg. Nazianzeno, Orat. XL. pag. 643.

IX. Χάρισμα. Greg. Nazianz. Orat. XL. pag. 638. rationem hujus appellationis hanc reddit: Χάρισμα, ὡς καὶ ὀφείλουσι διδόμενον. *Gratia* vocatur, *quia etiam debentibus datur.* Clariùs rem explicat Clemens Alexandrinus Pædag. lib. I. Cap. VI. p. 93: Καλεῖται χάρισμα, ᾧ τὰ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἐπιτίμια ἀνεῖται. *Vocatur gratia, quâ remittuntur pœna, quæ peccatis debentur.* Dicitur χάρισμα τῆς υἱοθεσίας à Theodoreto, in Epitome divin. decret. Cap. XXVIII, & à Basilio M. in Exhortat. ad Baptismum. Dicitur etiam χάρις. Cyrillus, Catechesi Mystag. IV. προσίερχεσθαι τῇ χάριτι, *accedere ad Baptismum.* 9. Χάρισμα.

X. Τελείωσις. Greg. Nazianz. Orat. XXV. pag. 441. οὐ φέρω ζημιούμενος οὐδὲ ἐγὼ τὴν τελείωσιν· εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. *Ne ipse quidem perfectionis detrimento affici sustineo. Unus Dominus, una fides, unum Baptisma.* Τελείωσιν hîc *Baptismum* notare, observat Elias Cretensis. Idem, Orat. XL. pag. 648: Μὴ φοβηθῇς τὴν τελείωσιν. Καθαρὸς εἶ καὶ μετὰ τὸν γάμον, ἐμὸς ὁ κίνδυνος, ἐγὼ ταύτης συναρμοστής, ἐγὼ νυμφοστόλος. *Ne Baptismi perfectionem extimescas. Puritatis tibi ratio etiam inito matrimonio constabit: ego periculum præstabo, ego harum nuptiarum conglutinator, ego auspex.* Athanasius, Orat. III. contra Arianos, tom. I. pag. 413: Εἰ εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δίδοται ἡ τελείωσις, κλ. *si in nomen Patris & Filii administratur Baptismus, &c.* Idem, ad Imperatorem Jovianum, tom. II. pag. 34: Ἡ ἐν πίστει τελείωσις, εἰς τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. *In fide perfectio, in Patrem, Filium & Spiritum sanctum.* Etiam τελειοῦσθαι significat *baptizari.* Greg. Nazianz. Orat. XXXVII. pag. 596: Εἰ κτίσμα τὸ Πνεῦμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν, ἢ ἐν αὐτῷ τελειούμεθα; *Si Spiritus sanctus est creatura, quomodo in illum credimus, aut in illius nomen baptizamur?* Athanasius, Orat. II. contra Arianos, t. I. pag. 341. postquam de Baptismi formula fuisset locutus, subjicit: Οὕτω γὰρ τελειούμενοι καὶ ἡμεῖς ἐκ ποιημάτων ὄντες, υἱοποιούμεθα λοιπόν. *Ita enim perfecti, etiam nos creatura* 10. Τελείωσις.

tura existentes, deinceps filii efficimur. Apud Latinos etiam, *Baptismi gratiâ perfici* dicebantur, qui baptizabantur, id est, τελειωθῆναι. In passione Stephani, Episcopi urbis Romæ: *Quem multis exhortationibus Christianæ religionis edocens, & de regno Dei & vita æterna imbuens sacri Baptismatis gratiâ ex more perfecit.* Qui Baptismum confert, τελειωτὴς dicitur. Nazianzenus, Orat. XL. pag. 670: Ταχύνωμεν τὴν σωτηρίαν, ἀναστῶμεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα· σφύζει τὸ πνεῦμα· πρόθυμος ὁ τελειωτὴς, τὸ δῶρον ἕτοιμον. *Salutem acceleremus, ad Baptismum exsurgamus: exsilit spiritus, prastò est initiator, in promtu est donum.*

Ratio appellationis.

Cur verò *Baptismus* vocetur τελείωσις, cur τελειοῦσθαι sit *baptizari*, & τελειωτὴς, *qui Baptismum confert*, facilè intelligitur ex Dialogo I. contra Macedon. t. II. Athanasii, pag. 265: Πῶς οὐχ ὁμολογούμενόν ἐστιν, ὅτι τῆς προσκυνήσεως τὸ βάπτισμα μεῖζον, ὅπουγε καὶ κατηχούμενοι προσκυνοῦσι Πατέρα καὶ Υἱὸν, οὐκ ἔχουσι δὲ τελειότητα, ἐὰν μὴ βαπτισθῶσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· εἰ δὲ μή εἰσι τέλειοι Χριστιανοὶ οἱ κατηχούμενοι πρὶν ἢ βαπτισθῶσι, βαπτισθέντες δὲ τελειοῦνται, τὸ βάπτισμα ἄρα μεῖζόν ἐστι τῆς προσκυνήσεως, ὃ τὴν τελειότητα παρέχει. *Quomodo non in confesso sit, Baptismum adoratione majorem esse, cùm ipsi etiam Catechumeni Patrem & Filium adorent, perfectionem tamen non habeant, nisi baptizentur in nomen Patris, Filii, & Spiritûs sancti: quodsi verò non sunt perfecti Christiani Catechumeni, antequam baptizantur, baptizati autem perficiuntur, utiq; Baptismus major est adoratione, qui hominem perficit.* Perficit autem Baptismus, & perfectos reddit, quia nos totos Christo consecrat. Hieronymus enim verbum Hebr. מלא, quod τελείωσιν designat & perfectionem, *consecrationem* reddit. Ita & *baptismo consecratum*, quod Græci dicerent τελεσθέντα, vel τελειωθέντα, legimus in versione Ruffini ex Clementis Itinerario Petri. Eandem ob caussam ipse etiam Baptismus vocatur à Clemente Alexandrino, Pædag. lib. I. C. VI. p. 93. τέλειον, quia τῷ τὸν Θεὸν ἐγνωκότι οὐδὲν ἐπιλείπεται, *Deum cognoscenti nihil ampliùs deest*, & quia Baptismus χάρισμα πεπληρωμένον, *gratia perfecta.* Et baptizati dicuntur τελεσθέντες à Greg. Nysseno, Orat. *in Diem luminum*, tom. III. pag. 367. Digna ejus verba quæ hic legantur. Ἐγὼ δὲ ἀμφοτέροις συνήδομαι· τοῖς μὲν τελεσθεῖσιν, ὅτι μεγάλην δωρεὰν ἐπλου-

τήσαντε·

τήσατε· τοῖς δὲ ἀμυήτοις, ὅτι καλὴν προσδοκίαν ἐλπίζετε, ἄφεσιν κολάσεων, λύσιν δεσμῶν, οἰκείωσιν πρὸς θεὸν, παῤῥησίαν ἐλευθέριον, ἀντὶ δουλικῆς ταπεινότητος ἰσοτιμίαν τὴν πρὸς ἀγγέλους. Ταῦτα γὰρ ἡμῖν, καὶ εἴ τι τούτοις ἀκόλουθον, ἡ τοῦ λουτροῦ χάρις ἐγγυᾶται καὶ δίδωσιν. *Ego verò gratulor utrisque: initiatis quidem, quòd magno dono ditati estis: non initiatis verò, quòd bona futura speratis, judicii scilicet & pœnæ remissionem, vinculorum solutionem, conjunctionem cum Deo, fiduciam ingenuam & liberum aditum loco servilis humilitatis, parem cum Angelis honorem. Hæc enim nobis, & si quid his simile & affine, lavacri gratia spondet & dat. Non baptizati* à Greg. Nazianzeno, Orat. XL. p. 658. vocantur ἀτέλεστοι. Ad quæstionem, *An etiam infantes, rationis adhuc usu carentes, sint baptizandi?* S. Pater respondet affirmando, & dicit, Κρεῖσσον γὰρ ἀναισθήτως ἁγιασθῆναι, ἢ ἀπελθεῖν ἀσφράγιστα καὶ ἀτέλεστα, *præstat enim absque sensu sanctificari, quàm sine sigillo & initiatione abire.*

XI. Ἔνδυμα. Greg. Nazianzenus, Orat. XL. pag. 639: Ἔνδυμα τὸ βάπτισμα καλοῦμεν, ὡς αἰσχύνης κάλυμμα. *Indumentum vocamus Baptisma, quia ignominiæ nostræ velamen est.* A Basilio M. in exhortat. ad Baptismum, vocatur ἔνδυμα φωτεινὸν, *vestis splendida.* Depromta hæc appellatio ex v. 27. c. III ad Galatas. Moris fuit in Ecclesia veteri, ut in Baptismo induerentur veste candida, adeóq; testarentur, se intus Spiritu Dei renovari ad novam vitam, & eo, tanquam veste splendida, circumfundi. Vocabatur autem vestis illa ἐμφωτὸς ἐσθὴς, apud Naz. in Orat. modò laudata, p. 655: Ποῦ ἐμφωτὸς ἐσθὴς, ἧ λαμπρυνθήσομαι; *Ubi splendida vestis, in qua magnificè gestiam?* Vocatur μυστικὴ ἐσθὴς, à Sozomeno, lib. VII. cap. VIII. pag. 94. b; ubi de Nectario: Ἐμυήθη, καὶ τὴν μυστικὴν ἐσθῆτα ἔτι ἠμφιεσμένος, κοινῇ ψήφῳ τῆς συνόδου ἀναγορεύεται Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος. *Initiatus fuit, & mystica adhuc veste indutus, communi suffragio Synodi, Episcopus Constantinopolitanus renunciatur.* Vocatur φωτοειδὴς ἐσθὴς, à Dionysio Areopagita, Eccles. Hier. cap II. sect. VIII. p. 224: Ἑξῆς δὲ φωτοειδεῖς ἐσθῆτας ἐπιβάλλουσι τῷ τελουμένῳ. *Candidis deinde vestimentis induunt initiatum.* Etiam Photius, Epist. LXXIV. pag. 123. inter τὰ τοῦ θείου βαπτίσματος σύμβολα, refert λευκὴν στολὴν, *stolam albam.* Hinc Jobius apud Photium, Cod. CCXXII. lib. III. cap. XVIII. p. 595: Οἱ φω- 11. Ἔνδυμα.

Οἱ φωτιζόμενοι ἑπτὰ ἡμέρας λαμπροφοροῦσι. *Baptizati septem diebus candidati incedunt.* Cur autem candidis vestibus fuerint induti, idem etiam docet p. 597: Τὸ μέντοι λαμπροφορεῖν τοὺς βαπτιζομένους, τῆς τῶν ἀγγέλων ἐστὶ σύμβολον λαμπρότητος, τὸ καθαρὸν ἐκείνοις τοῦ νοῦ, καὶ ἀμιγὲς τῆς ὕλης καὶ τῶν παθῶν διατυποῦσης· ὧν χρὴ καὶ τὸν φωτισθέντα ἐν μεθέξει τῆς χάριτος γεγονότα, ἐν τοῖς λαμπρότητος χαρίσμασι συντηρεῖν ἑαυτόν. *Quòd autem qui baptizantur candidam vestem gerunt, signum illud est Angelici splendoris, qui puritatem mentis illis, sine mixtione materiæ ac passionum, exhibet: quorum quidem gratia cùm illuminatus sit particeps effectus, in splendoris accepti donis se ipsum conservare debet.* Et Pachymeres, ad Dionysii Areopagitæ, ex Ecclesf. Hier. cap. II. suprà adductum locum, pag. 239: Φωτοειδῆ ἱμάτια ὁ τελούμενος ἀμφιέννυται, διὰ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀῤῥύπαντον, καὶ τὴν πρὸς τὸ ἓν φῶς σύννευσιν, καθ' ἣν ὁ ῥυπαρὸς βίος καὶ ἄκοσμος καὶ ἀνείδεος οἱονεὶ δυσειδής. *Candidis vestimentis initiatus induitur, propter passionum ac sordium vacuitatem, & ad unum lumen inclinationem, per quam sordida & immunda informisque vita quasi disparuit.* Ut ritum hunc faciliùs intelligas, observabis, eos, qui baptizabantur, toto penitus corpore nudatos, & post acceptum demum Baptismum alba veste indutos fuisse. Docet hoc Cyrillus Jerosf. Catech. Νεοφωτ. II. pag. 194. 195: Εὐθὺς οὖν εἰσελθόντες, ἀπεδύεσθε τὸν χιτῶνα· καὶ τοῦτο ἦν εἰκὼν τοῦ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀποδύεσθαι σὺν ταῖς πράξεσιν· ἀποδυθέντες, γυμνοὶ ἦτε, μιμούμενοι καὶ ἐν τούτῳ τὸν ἐπὶ σταυροῦ γυμνωθέντα Χριστὸν, καὶ τῇ γυμνότητι ἀπεκδυσάμενον τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐν τῷ ξύλῳ θριαμβεύσαντα. *Statim igitur, ut ingressi estis, vestem exuistis: quod quidem exuti hominis veteris cum operibus suis imago fuit: exuti, eratis nudi, imitantes & in hoc eum, qui in cruce nudatus fuerat, Christum, qui nuditate illa principatus, & potestates spoliavit, & magnâ confidentiâ in ligno de illis triumphavit.* Et paucis interjectis versibus: Ὢ θαυμασίου πράγματος· γυμνοὶ ἦτε ἐν ὄψεσι πάντων, καὶ οὐκ ᾐσχύνεσθε· ἀληθῶς γὰρ μίμημα ἐφέρετε τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ, ὃς ἐν τῷ παραδείσῳ γυμνὸς ἦν καὶ οὐκ ᾐσχύνετο. *O rem admirandam! nudi fuistis in conspectu omnium, nec tamen vos pudebat: revera enim in hoc protoplasti Adam ferebatis exemplum, qui nudus in paradiso erat, nec tamen ullo afficiebatur pudore.* Vide etiam Dionysium Areopagitam, Cap. II. Hier. Ecclesf.

clef. & præcipuè Cl. Vossii Disputationem I. de Baptismo, sub Thesibus VI. VII. & VIII. Denudabantnr autem, ut κατάδυσις & ἀνάδυσις, de quibus jam suprà, sub primo Baptismi nomine, eò adhiberi posset commodius.

XII. Μεγάλη περιτομή. Epiphanius t. I. lib. I. Hæresi VIII. 12. Μεγάλη περιτομή.
pag. 14: Ἐκεῖ γὰρ ἡ περιτομὴ σαρκικὴ ὑπηρετήσασα χρόνῳ ἕως τῆς μεγάλης περιτομῆς, τουτέστι τοῦ βαπτίσματος τοῦ περιτέμνοντος ἡμᾶς ἀπὸ ἁμαρτημάτων, καὶ σφραγίσαντος ἡμᾶς εἰς ὄνομα Θεοῦ. *Ibi enim circumcisio carnalis erat, atque tempori serviebat usque ad magnam Circumcisionem, id est, Baptismum, qui nos circumcidit à peccatis, & nos obsignat in nomen Dei.*

XIII. Ἀναγέννησις. Chrysost. in cap. IV. ad Galatas, t. III. 13. Ἀναγέννησις.
pag. 748: Ἐπὶ τῆς ἀναγεννήσεως τῆς ἡμετέρας τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ ἱερέως λεγόμενα, ἅπερ ἴσασιν οἱ πιστοὶ, διαπλάττει καὶ ἀναγεννᾷ τὸν βαπτιζόμενον. *In nostra regeneratione verba Dei per sacerdotem prolata, quæ fideles sciunt, formant & regenerant eum, qui baptizatur.* Notabitur ἐν παρόδῳ formula, ἅπερ ἴσασιν οἱ πιστοί. Usitatissima est altera, ἴσασιν οἱ μεμυημένοι τὸ λεγόμενον, *nôrunt initiati, quod dicitur*; de qua consuli potest Cl. Casaubonus, Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, num. XLIII. Menologium, mense Octobri, de quadam ad fidem Christianam conversa: Καὶ βαπτισθεῖσα, ἐδέξατο αὐτὴν ἐκ τῆς ἀναγεννήσεως ἡ ἰδία ἀδελφή. *Cùm fuisset batizata, è Baptismo eam propria soror suscepit.* Cur verò Baptismus hoc nomine insigniatur, eleganter explicat Chrysostomus, Catenâ in C. III. Johannis, pag. 86: Ἐπεὶ καὶ θανάτου καὶ ἀναστάσεως σύμβολον λέγεται εἶναι τὸ βάπτισμα, διὸ καὶ ἀναγέννησις καλεῖται. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀνιστάμενος μετὰ τὸν θάνατον, αὖθις γενέσθαι δοκεῖ· οὕτως ὁ ἐν τῷ βαπτίσματι ἀναγεννώμενος, ὥσπερ ἐναποθανὼν πρότερον τῷ ὕδατι, οὕτως ἐκεῖθεν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος ἀνιστάμενος, ἀναγεννᾶσθαι λέγεται, τῆς μὲν καταδύσεως ἐν τάξει ταφῆς τῷ βαπτιζομένῳ γιγνομένης, τῆς δὲ ἀναδύσεως, τῆς καθ' ἑκάστην ἐπίκλησιν, καὶ τῆς ἀνόδου τῆς γιγνομένης ἐκεῖθεν ἀναστάσεως τάξει διὰ τοῦ Πνεύματος γιγνομένης. *Quoniam Baptisma mortis ac resurrectionis symbolum esse dicitur, ideo etiam regeneratio appellatur. Quemadmodum enim qui à morte resurgit, nasci denuo videtur; ita etiam is, qui in Baptismo regeneratus est, ut in aqua nimirum quasi primùm mortuus, sic inde virtute Spiritus resurgens, regenerari dicitur: immersione quidem in bapti-*

κατὰ sepulturæ vicem obtinente, emersione verò, quæ ad quodvis nomen fit & reditu ex aqua, resurrectionis vicem obtinente, quæ per Spiritum fit. Eodem sensu παλιγγενεσία ψυχῆς vocatur à Basilio M. in exhortatione ad Baptismum.

14. Ἐφόδιον. XIV. Ἐφόδιον. Ita vocatur à Balsamone in secundum responsum Timothei, Patriarchæ Alexandrini, qui vult τὸν δαιμονιζόμενον, *quem vexat malus spiritus*, sed qui habeat dilucida intervalla, in quibus neque enunciet, neque blasphemet sacramentum, in morte baptizari debere, ne discedat ex hac vita privatus gratiâ Baptismi, καὶ στερηθῇ τοιούτου ἐφοδίου, *& privetur tali viatico.* Ita etiam vocatur à Basilio M. Is enim Catechumenos in exhortat. ad Baptismum ita alloquitur: *Flos præteriit ætatis*, μὴ ζημιωθῇς τὰ ἐφόδια, *ne viatici jacturam facias:* & Nazianzenus, Orat. XL. pag. 644. in eos, qui Baptismum ad finem vitæ differunt, invectus, illi, qui baptizandi munere fungitur, dicit, *cum Quæstuario tum pugnam esse*, τοῦ μὲν ὅπως ἐφοδιάσῃ φιλονεικοῦντος, *contendente, quomodo morientem viatico instruat.*

Alia Baptismi nomina. Atque hæc de usitatioribus Baptismi appellationibus: reliquarum investigationem solerti commendamus Lectori; quales sunt, quòd appellatur Μακαρία συνθήκη πρὸς τὸν κοινὸν ἡμῶν ἁπάντων δεσπότην, *beatum pactum & fœdus cum communi Domino nostro*, à Chrysostomo, Homil. XCI. t. VI. Ταφὴ, *sepultura*, Homil. eadem, ex Rom. VI. 4. Σταυρὸς, *crux*, ab eodem, Homil. eadem, ex Roman. VI. 6. Μυστικὴ οἰκονομία, *mystica dispensatio*, à Gregorio Nysseno, Orat. Catechet. sub finem cap. XXXIV. t. III. pag. 97. Δῶρον, à Gregorio Nazianzeno, Orat. XL. pag. 638. Baptismus vocatur δῶρον, ὡς καὶ μηδὲν προσενεγκοῦσι διδόμενον, *donum, quia iis, qui priùs nihil obtulerunt, datur.* Ita etiam vocatur à Basilio M. Orat. in Baptismum. Vide Casauboni Exercit. XVI. ad Annales Baronii, num. LI. Πνευματικαὶ ὠδῖνες, *spiritualis partura*, à Chrysostomo, Homil. III. de Sacerdotio, tom. VI. pag. 16. Φοβερὰ καὶ ποθεινὴ κολυμβήθρα, *terribilis & desiderabilis piscina*, ab eodem Chrysost. Hom. CX. tom. V. pag. 714.

CAPUT

CAPUT IV.

DE NOMINIBUS S. COENÆ.

Varia S. Cœnæ nomina. Vocatur 1. Ἀγαθόν. 2. Ἀγάπη. 3. Ἅγια. 4. Ἁγιάσματα. 5. Ἁγιασμός. 6. Ἁγιαστία. 7. Δεῖπνον. 8. Δοχή. 9. Εὐλογία. 10. Εὐχαριστία. 11. Εὐωχία. 12. Ἐφόδιον. 14. Θυσία. *Tres rationes, cur ita vocetur.* 15. Κλάσις τοῦ ἄρτου. 16. Κοινωνία. 17. Λειτουργία. 18. Μετάληψις. 19. Μυσταγωγία. 20. Μυστήριον. *Vocis significationes examinantur.* 21. Προσφορά. 22. Σύναξις. 23. Τέλειον. 24. Τελετή. 25. Τράπεζα. 26. Τροφή. *Quatuor, mantissa loco, subjiciuntur. I. Generalia Panis & Vini in S. Cœna nomina. II. Specialia Panis nomina. III. Specialia Calicis nomina. IV. Varii loquendi modi, quibus Græci utuntur, quando dicunt, Ad S. Cœnam accedere.*

EX plurimis S. Cœnæ nominibus præcipua, idque ordine alphabetico, considerabimus.

I. Vocatur Ἀγαθόν. Basilius M. Epist. Canonicâ III. ad Amphilochium, seu Canone LV. tom. II. p. 775: Οἱ τοῖς λῃσταῖς ἀντεπεξιόντες, ἔξω μὲν ὄντες τῆς ἐκκλησίας, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ· κληρικοὶ δὲ ὄντες, τοῦ βαθμοῦ καθαιροῦνται. *Qui se latronibus adversos objiciunt, siquidem extra ordinem Ecclesiasticum, vel Laici sint, à boni communione arcentur: sin Clerici sint, de gradu dimoventur.* Ita enim Canon ille, in Editione Parisina corruptus, restitui debet. Esse autem, εἴργειν τῆς κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ, *arcere à communione S. Cœnæ*, Balsamon ad hunc Canonem, pag. 990. docet, dum explicat, ἀπείργειν τῆς μεταλήψεως, *arcere à communione.* Zonaras ad Can. XIII. Basilii M. pag. 69: Εἴργονται τῆς κοινωνίας. Ἔσονται διὰ βίου στερούμενοι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μεταλήψεως. *Arcentur à communione, id est, per totam vitam communione boni privabuntur.* Basil. Epist. Can. III. ad Amphilochium, seu Can. LXXV. tom. II. pag. 778: Οὕτω λοιπὸν καταξιούσθω τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας. *Sic deinceps dignus habeatur boni communione.* Ibidem, Canone LXXXI. pag. 779: Οὕτω δεκτὸς εἶναι τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ. *Sic admittantur ad communionem boni.* Gregorius Nyssenus, Epist. Canonicâ, Canone V. tom. II. pag. 120: Ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τὴν τῆς ἐκκλησίας ἀπο- 1. Ἀγαθόν.

καλέσαντι, καὶ εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν. *Deducere eum ad Ecclesiam, & ad participationem boni.* Rectè autem S. Cœna vocatur τὸ ἀγαθὸν *bonum*, vel *ipsum bonum*, aut *summum bonum*; ut Casaubonus scribit Exercit. XVI. ad Annales Baronii, Sect. XLVIII. pag. 505; ut apud Philosophum exponitur τ' ἀγαθόν. Nam in Cœna Domini ipsum Christum in mysterio percipimus, in quo sunt omnes thesauri bonorum, & qui solus est verè bonus.

2. Ἀγάπη. II. Ἀγάπη. Autor Epistolarum Ignatianarum dicit ἀγάπην ποιεῖν, *Cœnam Dominicam celebrare*, quia tunc solebant in ejusmodi conviviis, quæ ἀγάπαι dicebantur, à cœnantibus unâ sumi. Ita enim ille in Epistola ad Smyrnæos; ut quidem, teste Cl. Salmasio, habet autographum Florentinum; Οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν, οὔτε ἀγάπην ποιεῖν, ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ, τοῦτο καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστον, ἵν' ἀσφαλὲς ᾖ καὶ βέβαιον πᾶν, ὃ πράττεται. *Sine Episcopo non licet, neque baptizare, neque Agapen celebrare, sed quod ille approbaverit, illud etiam Deo gratum est, ut ratum sit atque firmum, quidquid ille facit.* Pro quibus verbis vulgatæ editionis autor, & interpolator hæc posuit: Οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου, οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν, οὔτε δοχὴν ἐπιτελεῖν. En quid hominum malè feriatorum audacia jam olim fuerit ausa! Vide etiam infrà in Δοχή.

3. Ἅγια. III. Ἅγια. Can. XIV. Concilii Laodiceni: Περὶ τοῦ, μὴ τὰ ἅγια, εἰς λόγον εὐλογιῶν, κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα, εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι. *Sancta, instar eulogiarum in festo Paschatis in alias parœcias transmitti non debere.* Ἅγια, id est, *Sacramenta corporis & sanguinis Christi.* Chrysostomus ad Innocentium Papam: Ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειτο, εἰσελθόντες. *Ad locum illum, ubi sancta erant reposita, ingressi.* Idem, Homil. XVII. in Epist. ad Hebræos: Ταῦτα λέγω, οὐχὶ τῆς μιᾶς καὶ ἐνιαυσιαίου προσόδου κωλύων ὑμᾶς, ἀλλὰ βουλόμενος μᾶλλον διὰ παντὸς ὑμᾶς προσιέναι τοῖς ἁγίοις. *Hæc dico, non ab una & anniversaria communione vos arcens, sed potiùs volens, ut semper ad S. Cœnam accedatis.* Apud Curopalatam, ut doctissimus ex eo adducit Justellus ad allatum Can. XIV. Concilii Laod. lib. de Offic. Constantinop. Ὁ δὲ ἔρχεται εἰς τὴν λεγομένην πρόθεσιν, ἔνθα κεῖνται τὰ ἅγια. *Venit in locum, qui dicitur Propositionis, ubi sita sunt sancta.* Et paulò pòst: Ἔρχονται οἵ τε διάκονοι καὶ οἱ ἱερεῖς, ὁπόσοι δὲ

ἄλλοι

ἄλλα τῶν ἱερῶν κρατοῦντες, καὶ δὴ καὶ αὐτὰ τὰ ἅγια. *Veniunt Diaconi & Sacerdotes, cùm alia sacra instrumenta tenentes, tum verò sancta ipsa.* In Græca collectione Canonum Ecclesiæ Africanæ, Can. XXXVII: Ἵνα ἐν τοῖς ἁγίοις μηδὲν πλέον τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου προσενεχθείη. *Ut in Sacramentis corporis & sanguinis Domini nihil ampliùs offeratur, &c.* Balsamon ad Timothei Alexandrini responsiones Canonicas, pag. 1063: Μέλλουσι προσάγεσθαι τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ ἅγια. *Afferentur ad sacram mensam sacramenta.* Passim etiam in Liturgiis Græcis hæc occurrit formula: Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. In Liturgia Jacobi, pag 33: Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Ubi per ἅγια *sacramentum corporis & sanguinis Christi intelligitur.* De hac formula & ritu ita Chrysostomus Hom. XVII. in Epist. ad Hebræos. Μεγάλῃ τῇ φωνῇ, φρικτῇ τῇ βοῇ, καθάπερ τις κήρυξ, τὴν χεῖρα αἴρων εἰς τὸ ὕψος, ὑψηλὸς ἑστὼς, πᾶσι κατάδηλος γεγονὼς καὶ μέγα ἐπ᾽ ἐκείνῃ τῇ φρικτῇ ἡσυχίᾳ ἀνακραυγάζων, τοὺς μὲν καλεῖ, τοὺς δὲ ἀπείργει ὁ ἱερεὺς, οὐ τῇ χειρὶ τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ τῇ γλώττῃ τῆς χειρὸς τρανότερον. Ἡ γὰρ φωνὴ ἐκείνη εἰς τὴν ἀκοὴν ἐμπίπτουσα τὴν ἡμετέραν, καθάπερ χεὶρ τοὺς μὲν ὠθεῖ καὶ ἐκβάλλει, τοὺς δὲ εἰσάγει καὶ παρίστησιν. Ὅταν εἴπῃ, Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, τοῦτο λέγει· Εἴ τις οὐκ ἔστιν ἅγιος, μὴ προσίτω· οὐχ ἁπλῶς φησιν, ἁμαρτημάτων καθαρὸς, ἀλλ᾽ ἅγιος· τὸν γὰρ ἅγιον οὐχ ἡ τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλλαγὴ ποιεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ πνεύματος παρουσία, καὶ ὁ τῶν ἀγαθῶν ἔργων πλοῦτος. *Magna voce, terribili clamore, tanquam præco aliquis, manum tollens in altum, in loco edito constitutus, & omnibus conspicuus, & in tremendo illo silentio vehementer vociferans, alios quidem vocat, alios verò arcet Sacerdos: non hoc manu faciens, sed linguâ clariùs & apertiùs quàm manu. Nam vox illa in nostras aures illapsa, tanquam manus alios quidem pellit & ejicit, alios verò introducit & sistit. Quando dicit,* sancta sanctis, *hoc dicit: Si quis non est sanctus, ne accedat. Non simpliciter dicit, Purus à peccatis, sed sanctus. Sanctum enim non sola liberatio à peccatis facit, sed spiritus etiam præsentia, & bonorum operum divitiæ.* De hoc ritu etiam Cyrillus Jerosolymitanus, Catechesi V. Νεοφωτ. pag. 224: Μετὰ ταῦτα λέγει ὁ Ἱερεὺς, Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις. Ἅγια τὰ προκείμενα, ἐπιφοίτησιν δεξάμενα ἁγίου πνεύματος. *Post hæc,* nempe post recitatam Orat. Dominicam, *dicit Sacerdos,* sancta sanctis:

sancta

sancta sunt, quæ proponuntur, postquam Spiritus S. præsentiam acceperint.

Aliquando ἅγια ἁγίων.

Aliquando ἅγια ἁγίων eodem sensu conjunguntur. Ita sæpius in commentario Hesychii in Leviticum, teste Cl. Casaubono. Et apud Dionysium Areopagitam, initio Hier. Eccles. ἅγια τῶν ἁγίων omnia in genere appellantur sacramenta. Eodem modo etiam Patres Latini loquuntur. Tertullianus in libro de spectaculis, sub finem Cap. XXV. p. 219: *Ex ore, quo Amen in* Sanctum *protuleris, gladiatori testimonium reddere.* Ad quæ Jacobus Pamelius sequentia notat: *Videtur loqui de Sacerdotibus, quos non pudebat spectacula frequentare.* Imò verò non de Sacerdotibus, sed de Laicis Tertulliano hîc sermo est. Sensus ergo verborum ejus: *Accipiendo* Sanctum, *quæ Eucharistia est, quam qui accipiebant è manu Sacerdotis dicentis,* Σῶμα Χριστοῦ, *Hoc corpus Christi, respondere solebant,* Ἀμήν, *Amen:* Αἷμα Χριστοῦ, ποτήριον ζωῆς: *Sanguis Christi, poculum vitæ:* Ἀμήν, *Amen:* Ut habetur in Liturgia Jacobi, Constitut. Apostol. lib. VIII. Cap. XIII. pag. 1027: apud Cyrillum Jerosol. Catechesi Νεοφωτ. V. p. 225. Quod dabatur Catechumenis vice Sacramenti, quod non erat corpus Christi, etiam *sanctum* fuisse dicit Augustinus, in libro de peccatorum meritis II. Cap. XXVI: *Et quod accipiunt, quamvis non sit corpus Christi,* sanctum *est tamen, & sanctius, quàm cibi, quibus nos alimur, quoniam sacramentum est.*

Latin. Sanctum.

4. Ἁγίασμα τὸ: vel etiam ἁγίασμα.

IV. Ἁγίασμα τὸ. Ἁγίασμα aliquando notat *sanctiorem Templi partem,* ubi mensa Domini est. Ita vox sumitur apud Euseb. Hist. Eccles. lib. VII. Cap. XV, pag. 75. b. in historia de Marino, constantissimo Martyre. Theotecnus enim Episcopus dicitur eum introduxisse ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ στῆσαι εἴσω πρὸς αὐτῷ τῷ ἁγιάσματι, *in Ecclesiam, & statuisse intus in ipsa sanctiore Templi parte,* sive *ad mensam Domini.* Hinc ipsa sacra symbola frequentissimè ἁγιασμάτων nomine veniunt. In Basilii Liturgia hæc leguntur: Μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων, & μετάληψις τῶν ἁγιασμάτων. In ejusdem Epistolis Canonicis creberrimus hujus vocis hoc sensu usus. Can. LVI. tom. II. pag. 775: Πληρωθέντων τούτων, μεθέξει τῶν ἁγιασμάτων. *Illis* annis *completis, S. Cœnæ particeps erit.* Can. LVII. Ἀκοινώνητος ἔσαι τῶν ἁγιασμάτων. *A communione S. Cœnæ exclu-*

cludetur. Eadem repetuntur Can. LVIII. & LIX. In Liturgia Præsanctificatorum, quam Euchologium pag. 79. exhibet: Ἐπαξίως μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων τοῦ Θεοῦ. *Dignè communicare sacramento Dei.* Eadem appellatio ibidem sæpius recurrit. Gregorius Nyssenus Epist. Canonica, Can. II. tom. II. p. 117: Τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων καθόλου ἀλλότριος ἔσται, *à communione S. Cœnæ omnino alienus erit.* Ἐν δὲ τῇ ὥρᾳ τῆς ἐξόδου αὐτοῦ, τότε τοῦ ἁγιάσματος μερίδος ἀξιωθήσεται, *in hora sui è vita excessus, communionis sacramenti erit particeps.* Ἀμέτοχος τῶν μυστικῶν ἁγιασμάτων, *mysticorum sacramentorum expers.* Can. V. pag. 120: Ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν μετουσίαν τοῦ ἁγιάσματος, *ad communionem Sacramenti venire.* Theophylactus in Cap. XIV. Marci, pag. 272: Τινὲς λέγουσι, τὸν Ἰούδαν μὴ μεταλαβεῖν τῶν μυστηρίων, ἀλλ᾽ ἐξελθεῖν πρὶν ἢ ὁ Κύριος παραδῷ τὰ μυστήρια· ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι καὶ αὐτῷ μεταδέδωκε τῶν ἁγιασμάτων, τῷ ἀγνώμονι. *Quidam dicunt, Judam non fuisse participem sacramentorum, sed egressum esse priusquam Dominus sacramenta traderet. Alii autem dicunt, eum etiam ingrato S. Cœnam dedisse.* Hac voce frequenter hoc sensu usus Balsamon. Ad interrogationes Canonicas Timothei Alexandrini, pag. 1061: Μεταλήψεται τῶν ἁγιασμάτων. *Particeps erit Eucharistia.* Idem ad Interrogationes Monachorum, pag. 229: Τρίγαμοι τρὶς τοῦ ἔτους μεταλαμβάνουσι τῶν θείων ἁγιασμάτων, κλ. *Trigami ter singulis annis S Cœnam accipiunt,* &c. Idem ad Can. LXXXIII. Concilii in Trullo, pag. 460: Ἔθιστο πρὸ τῆς συνόδου ταύτης παρά τισι, μεταδιδόναι τῶν θείων ἁγιασμάτων (ταῦτα γὰρ εὐχαριστίαν οἱ πατέρες ὠνόμασαν) σώμασι νεκροῖς. *Ante Synodum hanc quidam solebant res sanctificatas (has enim Patres Eucharistiam vocabant) corporibus mortuis dare.* Quod Canon VIII. Apostol. vocat προσφορὰν, id Zonaras ad eundem Can. pag. 8. vocat τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν, *S. Cœnæ participationem.* Nicephorus Chartophylax in Resp. ad Theodosium Monachum: Τίνα παρέξει πληροφορίαν τῆς περὶ τὸν βίον αὐτοῦ σπουδῆς, δι᾽ ἣν ὁ χρόνος τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγιασμάτων αὐτῷ συντμηθήσεται; *Qua ratione nos certos faciet de vita sua emendatione, ob quam tempus communionis S. Cœnæ ei debeat decurtari?* Et mox: Μέχρι τετάρτου ἔτους τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων ἀμέτοχος ἔσται. *Usque ad quartum annum à communione S. Cœnæ excludetur.* Idem: ἀρκετὴ καὶ ἡ τοῦ θείου ἁγιάσματος μετάληψις,

ἐυσεβείας ἐστι τεκμήριον. *Sufficit etiam S. Cœnæ participatio, cùm pietatis sit indicium.*

Ratio hujus appellationis. *Panis* autem & *vinum* in S. Cœna ideo ἁγιάσματα vocantur, *quia precibus sanctificantur.* Huc faciunt verba Balsamonis ad Can. LXI. Concilii Carthaginensis, pag. 686: Ὑποδεξαμένους τῆς ἁγίας Τριάδος τὰ ἁγιάσματα ἤτοι τὰ δῶρα τὰ θεῖα, ἅπινα τὸ σῶμα καὶ αἷμά εἰσι τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ ἀληθῆ καὶ ἅγιά εἰσι παραδοθέντα ἡμῖν παρὰ τοῦ Σωτῆρος, ὃς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀπεστάλη εἰς σωτηρίαν ἡμῶν, ἁγιαζόμενα δὲ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος· οὕτω γὰρ τῆς Τριάδος λογίζονται ἁγιάσματα. *Recipientes sanctæ Trinitatis res sanctificatas, sive divina dona, quæ sunt corpus & sanguis unius ex S. Trinitate, vera & sancta sunt, nobis tradita à Salvatore, qui à Patre, ob salutem nostram, missus fuit; sanctificantur autem Spiritus sancti adventu: ita enim Trinitatis res sanctificatæ reputantur.* Hæc eadem Zonaras habet ad eundem Canonem; qui tamen ipsi LXIII. est, pag. 452: unde Balsamon sua, pro more, transscripsit. Plura qui desiderat, adeat Casauboni Exercit. XVI. ad Annales Baronii, num. XLVII. p. 503.

5. Ἁγιασμός. V. Ἁγιασμός. Eodem sensu S. Cœna vocatur ἁγιασμὸς, quo ἅγιασμα & ἁγιάσματα. Hinc ἁγιασμοῦ μετάληψις, est *participatio S. Cœnæ.* Verba Basilii, Canon. IV. ad Amphilochium, t. II. pag. 761. Συνήθειαν δὲ κατελάβομεν, ἐπὶ τῶν τριγάμων πενταετίας ἀφορισμὸν, *consuetudine autem accepimus, in trigamis quinquennii segregationem*, ita explicat Balsamon, pag. 934: Μέχρι πενταετίας ἀμέτοχον εἶναι τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ μεταλήψεως, *in quintum usque annum non fieri participem S. Cœnæ.* Nicephorus Chartophylax in Resp. ad Theodosium Monachum: Μέχρι πενταετίας ἀμέτοχος ἔσται τῆς τοῦ ἁγιασμοῦ μεταλήψεως. *Usque ad quintum annum non erit particeps S. Cœnæ.*

6. Ἁγιαστία. VI. Ἁγιαστία. Hac appellatione utitur Chrysostomus Homil. III. de Sacerdotio: Βούλει καὶ ἐξ ἑτέρου θαύματος τῆς ἁγιαστίας ταύτης ἰδεῖν τὴν ὑπερβολήν; *Vis etiam ex alio miraculo hujus sanctimoniæ excellentiam videre?* Ita quidem Interpres: minùs, meo judicio, convenienter. Ego, pro *hujus sanctimoniæ*, malim reddere, *hujus sacræ actionis.* Loquitur nempe Chrysostomus de S. Cœna; atque ita ipsi ἁγιαστία hîc nihil aliud, quàm ἱεροτελεστία.

VII. Ἀν-

VII. Δεῖπνον. Cum variis epithetis vocatur Δεῖπνον. Δεῖπνον κυριακὸν, *Cœna Dominica* I. Cor. XI. 20. Rationem appellationis docet in locum adductum Chrysost. Hom. XXVII. Scribit nimirum, Paulum eo loco appellâsse δεῖπνον, quod fuerit potius, siquidem temporis habeatur ratio, ἄριστον. Corinthii enim, sine dubio, tempore matutino Eucharistiam celebrabant, quam ἀγάπη sequebantur. Caussam hanc affert Chrysostomus: παραπέμπων αὐτοὺς ἐντεῦθεν ἤδη τῇ ἑσπέρᾳ, καθ' ἣν τὰ φρικτὰ μυστήρια παρέδωκεν ὁ Χριστός· διὰ τοῦτο καὶ δεῖπνον τὸ ἄριστον ἐκάλεσεν, *ut illos jam inde ad illam vesperam remitteret, quâ Christus tremenda mysteria tradidit. Propterea & prandium vocavit Cœnam.* Eodem ferè modo Theophylactus: Κυριακὸν δὲ δεῖπνον καλεῖ τὴν συνεστίασιν, ὡς μίμησιν ἐκείνου τοῦ φρικτοῦ, ὃ ὁ Κύριος συνέφαγε τοῖς μαθηταῖς· διὸ καὶ δεῖπνον τὸ ἄριστον ἐκάλεσε. *Dominicam autem cœnam convivium vocat, veluti imitationem tremendæ illius Cœnæ, quam Dominus unà cum discipulis suis manducavit: propterea & Cœnam prandium vocavit.* Eadem Oecumenius, pag. 452. ad hunc locum habet. Et pag. 453: Δεῖπνον κατὰ τὴν τότε συνήθειαν λέγει τὸ ἄριστον. *Cœnam juxta illius temporis consuetudinem vocat prandium.* Hanc ipsam ob caussam Latinis *Cœna* dicitur. Vide Casaub. Exercit. XVI. ad Annales Baronii, num. XXXI. & XXXII. 7. Δεῖπνον.

Δεῖπνον δεσποτικὸν, *Cœna Dominica*, à Chrys. Hom. XXVII. in I. ad Corinthios. Locum vide sub voce Κοινωνία.

Δεῖπνον μυστικὸν, *Cœna mystica.* Ita Chrysost. Hom. IX. ad populum Antiochenum, tom. V. pag. 560.

Δεῖπνα μυστικὰ, *Cœnæ mysticæ.* Chrysost. Hom. XXIV. in I. ad Corinthios: ὥσπερ τὸ ὡς ἔτυχε προσιέναι, κίνδυνος, οὕτω τὸ μὴ κοινωνεῖν τῶν μυστικῶν δείπνων, λιμὸς καὶ θάνατος. *Quemadmodum sine præparatione accedere, periculosum est: ita prorsus non communicare mysticæ Cœnæ, famem affert & mortem.*

Δεῖπνα βασιλικὰ, *Cœna regia.* Chrysost. Homil. XXVI. tom. V. pag. 158; ubi, postquam Auditores multis ad præparationem S. communioni præmittendam, fuisset exhortatus, tandem subjicit: Διὰ τοῦτο ἐντεῦθεν ἤδη προλέγω, ἵνα μὴ τῶν βασιλικῶν καταλαβόντων δείπνων, καὶ τῆς ἱερᾶς ἑσπέρας παραγινομένης ἐκείνης,

ἔχῃ λέγειν, Ἀπαρασκεύαστος εἰσῆλθον καὶ ἔρημος, καὶ ὅτι πάλαι ταῦτα προειπεῖν ἐχρῆν. *Propterea jam ab hoc tempore prædico, ne appropinquante Cœna regia, & sancta illa vespera præsente aliquis dicere possit. Imparatus ingressus sum & vacuus, atque hæc jam olim prædicenda fuissent* Δεῖπνον θειότατον καὶ ἀρχισύμβολον, *Cœna divinissima atque archisymbola*, à Dionysio Areopagita, Eccles. Hier. cap. III. contemplat. III. pag. 244. De hoc nomine vide Casauboni Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, num. XXXII.

8. Δοχή. VIII. Δοχή, *epulum*. Ignatius, Epist. ad Smyrnæos, pag. 168: Οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν, οὔτε δοχὴν ἐπιτελεῖν. *Non licet sine Episcopo baptizare, neque offerre, neque sacrificium immolare, neque dochen celebrare*. Ad quæ Cl. Usserius: *Missas celebrare*. Noster rectius: *Neque agapen facere*: quomodo etiam in Constitut. Apostol. lib. II. Cap. XXVIII. legimus, Ἀγάπην, ἤτοι δοχὴν, ὡς ὁ Κύριος ὠνόμασεν. *Agapen vel dochen, ut Dominus appellavit*. Ubi respicit autor ad illa Domini Lucæ XIV. 13: Ὅταν ποιῇς δοχὴν, κλ. Casaubonus Exercitat. XVI. num. XXXI. δοχὴν ἐπιτελεῖν, mavult exponere, *Cœnam celebrare*. Quid verò de hoc Ignatii loco sentiendum sit, habes suprà in voce Ἀγάπη: quid de omnibus Ignatio tributis Epistolis, doctissimo solidissimè docet Tractatu, hactenus ἀνεκδότῳ, Clarissimus Dn. Joh. Dallæus. Vocabitur autem S. Cœna δοχὴ, ut εὐωχία, ut πνευματικὴ ἑστίασις, & Lat. *Convivium*.

10. Εὐλογία. X. Εὐλογία. De hoc nomine consulendus Casaubonus Exercitat XVI. ad Annales, num. XXXIII. pag. 456: quibus pauca hæc addimus. S. Cœna expressè εὐλογία vocatur à Cyrillo Alexandrino in Catena ad v. 27. Cap. XIII. Johannis, pag. 343: Μηδεὶς οἰέσθω τοῦ δεδέχθαι τὸν Σατανᾶν τὸ ψωμίον τῷ προδότῃ γενέσθαι παραίτιον· οὐ γὰρ εἰς τοῦτο παραπληξίας ἥκομεν μέτρον, ὡς εἰσόδου πρόφασιν δεδόσθαι τῷ πονηρῷ τὴν εὐλογίαν ἀπονοῆσαι. *Nemo putet, proditori traditam buccellam, diabolici ingressus caussam fuisse. Non enim adeo stupidi sumus, ut arbitremur, eulogiam malo iter aperuisse*. In S.

Duo εὐλογιῶν genera. Cœna duo apud veteres εὐλογιῶν genera: sunt εὐλογίαι περισσεύσασαι, & sunt εὐλογίαι μυστικαί. Quicquid residuum erat tam ex pane, quàm ex vino, post communionem, usui cedebat Clerico-

ricorum, & περισσευμάτων, vel etiam εὐλογιῶν περισσευουσῶν nomine veniebat. Id nos docent Constitut. Apostol. lib. VIII. Cap. XXXI. p. 1031. his verbis: Ὁ αὐτὸς περὶ περισσευμάτων διατάσσομαι, τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ. *Idem ego* (Matthæus) *de reliquiis ordino, ut reliquas in mysticis eulogiis, ex sententia Episcopi, vel Presbyterorum Diaconi Clero distribuant.* Alium de iisdem locum ex Theophili Alexandrini Canone VII. habes sub voce θυσία. Ergo reliquiæ, & id omne, quod superfuerat, εὐλογίαι erant περισσεύουσαι. Illæ verò εὐλογίαι, quas communicantes accipiebant, vocabantur μυστικαί. Cyrillus in Epistola ad Nestorium: Προσίεμεν δὲ οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις, καὶ ἁγιαζόμεθα. *Ita verò accedimus ad mysticas eulogias, & sanctificamur.* Idem lib. II. de Adoratione in spiritu & veritate, pag. 80: Οἱ τῆς μυστικῆς εὐλογίας μέτοχοι, φθορᾶς ἀμείνους. *Mysticæ benedictionis participes, interitus victores sunt.* Vocantur etiam ab eodem lib. VI. de Adoratione, pag. 177. semel atque iterum εὐλογία πνευματική: item lib. VII. pag. 231. εὐλογία ζωοποιός. Verba ejus sunt: Μεταλαχεῖν εὐλογίας τῆς ζωοποιοῦ, τουτέστι τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκός τε καὶ αἵματος. *Participem fieri vivificæ benedictionis, id est, sanctæ carnis ejus & sanguinis.* De *Eulogiis* qui plura cognoscere cupit, inspiciat Cl. Salmasii Apparatum ad libros de Primatu Papæ, pag. 242. &c. Glossarium Meursii, &c.

XI. Εὐχαριστία. Antiquissimam hanc esse S. Cœnæ appellationem, docet Syrus Paraphrastes, docet Ignatius in Epist. ad Ephesios, Justinus M. in Dialogo cum Tryphone, & Apol. II: ibi enim occurrit. Occurrit etiam Can. XIII. Concilii Nicæni I. & Can. XVII: Ἐν τισι τόποις καὶ πόλεσι, τοῖς πρεσβυτέροις τὴν εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν. *In quibusdam locis & civitatibus, Diaconi Presbyteris Eucharistiam præbent.* Eodem Canone bis insuper eadem vox repetitur. Origenes lib. VIII. contra Celsum, pag. 416: Ἔστι δὲ καὶ σύμβολον ἡμῖν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐχαριστίας, ἄρτος εὐχαριστία καλούμενος. *Habemus etiam ejus gratiarum actionis symbolum, panem, qui Eucharistia vocatur.* Clemens Alexandrinus, Strom. lib. I. pag. 271: Τὴν εὐχαριστίαν τινὲς διανείμαντες, ὡς ἔθος, αὐτὸν δὴ ἕκαστον τοῦ λαοῦ, λαβεῖν τὴν μοῖραν ἐπιτρέπουσι. *Cum* 11. Εὐχαριστία.

quidam Eucharistiam diviserunt, ut mos est, permittunt unicuique ex populo ejus partem sumere.

Ratio appellationis. Cur autem hoc Sacramentum Εὐχαριστία, *gratiarum actio*, vocetur, in promtu ratio est. Chrysostomus Hom. CXXXIV. tom. V.: Εὐχαριστία λέγεται, ὅταν τις ὑπὲρ ὧν εὖ ἔπαθεν, εὐχαριστῇ τῷ Θεῷ. Εὐχαριστία *dicitur, cùm quis pro acceptis beneficiis Deo gratias agit.* Cùm igitur in hujus celebratione sacramenti, Christi nobis in memoriam revocemus mortem, eique pro redemtione nostra gratias agamus, meritò εὐχαριστίας nomine venit. Hanc rationem pluribus inculcat Chrysostomus, Homil. XXV. in Matthæum; ubi inter alia: Φυλακὴ εὐεργεσίας ἀρίστη, ἡ τῆς εὐεργεσίας μνήμη, καὶ διηνεκὴς εὐχαριστία· διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὰ φρικώδη μυστήρια καὶ πολλῆς γέμοντα τῆς σωτηρίας, τὰ καθ' ἑκάστην τελούμενα σύναξιν, εὐχαριστία καλεῖται, ὅτι πολλῶν ἐστιν εὐεργετημάτων ἀνάμνησις, καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἐνδείκνυται, καὶ διὰ πάντων παρασκευάζει εὐχαριστεῖν. *Optimus beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum actio. Propterea etiam tremenda ac salutaria illa mysteria, quæ in omni congregatione Ecclesiastica celebramus,* Eucharistia *vocantur, quia multorum beneficiorum sunt recordatio, ipsumque caput divinæ providentiæ ostendunt, nósque præparant, ut in omnibus gratias agamus.* Pachymeres ad Dionysii Areopagitæ Cap. I. de cœlesti Hier. pag. 12: Εὐχαριστίαν λέγει τὴν θείαν μετάληψιν, ὡς τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἡνίκα παρεδίδου τὸ τοιοῦτον θεῖον μυστήριον, εὐχαριστήσαντος, καὶ ἡμῶν ὀφειλόντων εὐχαριστεῖν, ὅτι τοιούτων ἀγαθῶν τετυχήκαμεν. *Divinam communionem* Eucharistiam *vocat, eò quòd Dominus noster, quando divinum illud mysterium tradidit, gratias egerit, nobisque sint agendæ gratiæ, quòd tanta bona simus consecuti.* Zonaras ad Can. LXXXIII. Concilii in Trullo, pag. 193: Ὠνομάσθη εὐχαριστία, ὅτι εὐχαριστεῖν ἡμᾶς χρὴ μεταλαμβάνοντας τούτων, (τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου) ὡς ἀξιωθέντας τοιούτων δωρεῶν. *Vocatur* Eucharistia, *quia nos sumentes corpus & sanguinem Domini gratias agere oportet, quòd talibus digni fuerimus habiti donis.*

12. Εὐωχία. XII. Εὐωχία. Vocatur à Chrysost. Hom. LXXXV. tom. V. pag. 589. εὐωχία πνευματική, *convivium spirituale.* Vide suprà in Δοχή.

13. Ἐφόδιον. XIII. Ἐφόδιον. Balsamon in Epist. Nysseni ad Letoium, p. 1052:

1052: Ἐφόδια λέγονται τὰ ἐπὶ τῇ ὁδῷ τοῖς ὁδεύουσι συμβαλλόμενα. *Ἐφόδια dicuntur, quæ iter facientibus in via conducunt.* Ita Euchariſtia in moribundis ἐφόδιον appellatur, quòd ea abeuntibus ex hac vita, & ad Deum cogitantibus, ac veluti iter inſtituentibus, tanquam pro viæ ſubſidio detur. Gregorius Nyſſenus in Epiſt. Canonica ad Letoium, Can. V. tom. II. pag. 121; eo ipſo loco, ad quem modò Balſamonis produximus verba, de excommunicato: Εἰ δέ τις μὴ πληρώσας τὸν χρόνον τὸν ἐκ τῶν κανόνων ἀφωρισμένον, ἐξοδεύοι τοῦ βίου, κελεύει ἡ τῶν πατέρων φιλανθρωπία μετασχόντα τῶν ἁγιασμάτων, μὴ κενὸν τοῦ ἐφοδίου πρὸς τὴν ἐσχάτην ἐκείνην καὶ μακρὰν ἀποδημίαν ἐκπεμφθῆναι. *Si quis autem non expleto tempore à Canonibus præſtituto, vitâ excedat, jubet Patrum clementia, ut Sacramentorum particeps, non vacuus viatico, ad extremam illam & longam peregrinationem mittatur.* Canon XIII. Concilii Nicæni I. vocat τελευταῖον (Exemplar MS. legit τέλειον) καὶ ἀναγκαιότατον ἐφόδιον, *ultimum, & ſummopere neceſſarium viaticum*, & decernit, è vita diſcedentes hoc viatico non eſſe privandos. Euchariſtiam autem intelligi, inde patet, quia ſtatim eodem Canone ſequitur, Περὶ παντὸς ἐξοδεύοντος αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας, *de omni è vita excedente, & Euchariſtiæ communionem petente*: patet quin etiam ex Balſamone ad dictum Canonem, qui hoc ἐφόδιον vocat καλὸν ἐφόδιον τῆς ἁγίας μεταλήψεως, *bonum viaticum ſanctæ communionis*: & tandem ex Zonara, qui hunc Canonem pag. 60. ita interpretatur: Ὁρίζουσιν οἱ πατέρες, κἂν ὑπὸ ἐπιτίμιον ἀκοινωνησίας ὦσί τινες, τελευτῶσι δὲ, μεταδίδοσθαι αὐτοῖς τῶν ἁγιασμάτων, ἵνα ἐφόδιον αὐτὸ ἔχωσι, καὶ μὴ στερηθῶσι τοῦ ἐκ τούτων ἁγιασμοῦ. *Definiunt Patres, ut, etiamſi quidam excommunicationis pœnæ ſubjaceant, & moriantur, illis ſacramentum adminiſtretur, ut illud habeant viaticum, nec ſanctimonia, quæ inde eſt, priventur.* Juxta alios tamen; ut in Theſauro noſtro Eccleſiaſtico ad hanc vocem monebimus; etiam hoc loco per ἐφόδιον *ſimplex communio, & jus communicandi*, quod pœnitentibus tali præſertim tempore, vel abſolutione peccatorum, vel privata quadam manuum impoſitione concedebatur, intelligitur. Eodem ſenſu Metrophanes Critopulus in Confeſſ. Eccleſ. Orientalis, Cap. IX. p. 103: Ταμιεύομεν δὲ ἐκ τοῦ ἱερουργηθέντος μυστηρίου τοῖς νοσοῦσι καὶ αἰφνιδίως τὸν

βίον

βίον ἐκλείπουσιν, ἵνα μηδεὶς αὐτῶν ἀπέλθῃ ἄνευ τοῦ ἐσχάτου καὶ ἀναγκαίου ἐφοδίου. *Caterum de mysterio consecrato aliquid recondimus ægrotantibus atque derepente vitâ decedentibus, ut nemo eorum sine extremo & necessario viatico discedat.* Ludovicus de la Cerda Adversar. sacrorum Cap. CXXXVIII. num. VII. vult, nomine *Viatici* tum demum intelligendam esse Eucharistiam, si addatur *Viaticum Eucharistiæ:* at ex præcedentibns, hanc assertionem non esse usquequaque veram, satis manifestum esse puto. Vide de hac appellatione doctissimum Justellum ad Canon. XIII. Concilii Nicæni, & Casauboni Exercit. XVI. num. LII.

14. Θυσία. XIV. Θυσία. Frequentissimum hoc S. Cœnæ nomen. Vocatur autem θυσία 1. *simpliciter.* Chrysost. Hom. XVII. in Epist. ad Hebræos frequenter hac voce utitur. Ut: Μία ἐστὶν ἡ θυσία, οὐκ ἄλλην θυσίαν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀεὶ ποιοῦμεν· μᾶλλον δὲ ἀνάμνησιν ἐργαζόμεθα θυσίας. *Unum est sacrificium. Non aliud sacrificium, sed idem semper offerimus: potiùs verò recordationem facimus sacrificii.* Item: Πολλοὶ τῆς θυσίας ταύτης ἅπαξ μεταλαμβάνουσι τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ. *Multi semel tantùm totius anni spatio hoc sacrificium participant.* Ibidem iterum, θυσίαν ἀπαρτίζειν, *sacrificium præparare.*

2. Vocatur θυσία variis additis *epithetis.*

Ἁγία θυσία, *sanctum sacrificium*, à Chrys. Hom. XI. ad populum Antiochenum. Πνευματικὴ θυσία, *spirituale sacrificium*, ab eod. Chrys. Hom. LXXI. t. V. p. 509. Πνευματικὴ καὶ μυστικὴ θυσία, *spirituale & mysticum sacrificium*, à Theod. Ἁγία, ζωοποιὸς καὶ ἀναίμακτος θυσία, *sanctum, vivificans & incruentum sacrificium*, à Cyrillo Alexandr. in explicat. Anath. XI. in Actis Ephesinis, pag. 215. Ἀναίμακτος καὶ νοητὴ θυσία, ab eodem, lib. II. de Adorat. in spiritu & veritate, pag. 57. Ἱερὰ θυσία, *sacrum sacrificium*, à Chrys. Homil. LX. tom. VI: Μὴ τολμᾷς ἀνίπτοις χερσὶ τῆς ἱερᾶς ἅψασθαι θυσίας, κἂν πολλὴ ἡ ἀνάγκη ἐπικέηται. *Non audes illotis manibus sacrum attingere sacrificium, etiamsi multa necessitas urgeat.* Φοβερὰ καὶ φρικώδης θυσία, *timendum & tremendum sacrificium*, à Chrys. Hom. XXIV. in I. ad Corinth. Φρικωδεστάτη θυσία, *maximè tremendum sacrificium*, ab eodem. Ἀναίμακτος θυσία, *incruentum sacrificium*, à Chrys. in Psal. XC, & Nazianz. Orat. III. pag. 30. Φρικτὴ θυσία, *tremendum*

dum ſacrificium, à Chryſoſt. Hom. LXXXVIII. tom. V. φρικτὴ καὶ μυστικὴ θυσία, *tremendum & myſticum ſacrificium*, ab eodem, Homil. II. tom. V.

Cùm verò hac appellatione Pontificii, ad defendendum Miſſæ ſacrificium, abutantur; cur id nominis à veteribus S. Cœnæ tributum fuerit, paucis expendemus. Veteres Cœnam Domini, ſive totam Cœnæ actionem vocârunt θυσίαν, *ſacrificium*, I. *quia in ea erat collatio & oblatio eleemoſynarum, panis, vini, &c. quæ ſunt ſpirituale ſacrificium, ex quibus ſymbola ipſa in Euchariſtiæ communione deſumta fuerunt, & eleemoſynæ in pauperes collatæ.* De hâc conſuetudine Canon VII. Theophili Alexandrini: Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν, οἱ κληρικοὶ διανεμέσθωσαν, κλ. *Quæ inſtar ſacrificii afferuntur, poſt abſumta ea, quæ ad myſteriorum uſum adhibentur, Clerici diſtribuant, &c.* Canon XXVIII. Concilii in Trullo, notat, hunc fuiſſe plurimarum eo tempore Eccleſiarum morem, ut uvæ offerrentur ſimul cum vino & pane Sacramenti: Ἐν διαφόροις ἐκκλησίαις μεμαθήκαμεν, σταφυλῆς ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ προσφερομένης κατά τι κρατῆσαν ἔθος, τοὺς λειτουργοὺς ταύτην τῇ ἀναιμάκτῳ τῆς προσφορᾶς θυσίᾳ συνάπτοντας, οὕτως ἅμα τῷ λαῷ διανέμειν ἀμφότερα. Latinus interpres, homo Pontificius, σταφυλῆς προσφερομένης, malignè & inſcitè vertit, *uvam ad altare allatam*; cùm vertendum fuiſſet, *uvam in altari oblatam.* Scilicet diſſimulare voluit, eandem in Eccleſiis fuiſſe oblationem in altari, & conſecrationem, & in populum pro ſacramento diſtributionem uvæ, panis, & vini. At ita fuit. Nam uva ſimul cum pane & vino offerebatur in altari, conſecrabatur, & fidelibus per miniſtros altaris, qui ibidem λειτουργοὶ vocantur, diſtribuebatur. Hoc autem facit contra μετουσίαν Pontificiam. Nam ſi panis & vinum in Chriſti corpus fuiſſent converſa, etiam uva hanc ſubiiſſet ſortem, quia parem percipiebat, cum pane & vino benedictionem. Verùm, nemo, ut opinor, hoc dixerit. Can. III. & IV. Apoſtol. ex interpretatione Dionyſii Exigui, ſancit, *non offerri aliud licere ad altare, præter novas ſpicas, & uvas, & oleum ad luminaria, & thymiama, id eſt, incenſum, tempore, quo ſancta celebratur oblatio.* In Græco eſt, Μὴ ἐξὸν δὲ ἔσω προσάγεσθαί τι ἕτερον πρὸς τὸ θυσιαστήριον, κλ.

Cur S. Cœna vocetur θυσία.

a Ratio.

κλ. Ubi iterum interpres Pontificius vertit: *Licitum autem non esto, admovere aliud quid ad altare, quàm oleum*, &c. Cur noluit, προσάγεσθαι esse *offerri?* Atqui hoc significat, idémque est, quòd προσφέρεσθαι, quod etiam προσκομίζεσθαι dicitur, unde etiam προσκομιδὴ est *oblatio*. Cyrillus Alexandr. lib. XI. de Adoratione in spiritu & veritate, pag. 402: Τὰς ἑαυτῶν ἱερουργοῦμεν ψυχὰς, καὶ Θεῷ προσάγομεν, ἀποθνήσκοντες μὲν τῷ κόσμῳ, καὶ τῷ φρονεῖν τὰ σαρκός. *Nostras animas immolamus, Deóque offerimus, dum mundo atque carnis sapientiæ morimur.* Eadem significatione etiam reperitur προσαγωγὴ apud Eulogium, Archiepiscopum Alexandrinum, ex lib. II. contra Novatianos in Bibliotheca Photii, Codice CCLXXX. pag. 1609: Καὶ γὰρ ἡ παρ' ἡμῶν ἐπιτελουμένη τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου φρικτὴ τελετὴ, οὐ θυσιῶν ἐστι διαφόρων προσαγωγὴ, ἀλλὰ τῆς ἅπαξ προσενηνεγμένης θυσίας ἀνάμνησις· Τοῦτο, γάρ φησι, ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Quæ verba sic reddidit Schottus: *Etenim tremendum sacrificium corporis Dei, quod à nobis perficitur, non varia sacrificia producit, sed commemoratio est hostia semel oblata: Hoc, inquit, facite in meam commemorationem.* Mala certè fide. Tu sic reddes: *Etenim tremendum, quod à nobis celebratur Dominici corporis sacramentum, non est variorum sacrificiorum oblatio, sed oblati semel sacrificii commemoratio.* Προσαγωγὴ enim non est *productio*: παραγωγὴ hoc significaret. Προσαγωγὴ est *oblatio*, ut προσάγειν *offerre* in adducto Canone Apostolico. Optimæ Glossæ: Προσαγωγὴ, *Accessus, Oblatio, Obventio.* Cyrillus Alexandr. loco suprà laudato, θυσίας προσαγωγαὶ, *sacrificii oblationes.*

2. Ratio. 2. Sacra Cœna dicitur θυσία *Metonymicè, quia est repræsentatio sacrificii in cruce oblati*, atque hinc ἀναίμακτος vocatur θυσία, *sacrificium incruentum*, quia ἔναιμον θυσίαν repræsentat, quemadmodum Tragœdia, quæ bellum aliquod cruentum refert, *bellum incruentum* vocatur. Vocatur ἀναίμακτος θυσία, δι' ἧς ἡμεῖς Χριστῷ κοινωνοῦμεν, καὶ τῶν παθημάτων, καὶ τῆς θεότητος, *incruentum sacrificium, per quod nos Christo, ipsiúsque passionibus & divinitati communicamus*, Greg. Nazianz. Orat. III. pag. 70. Oecumenius in cap. X. ad Hebræos, pag. 846: Τί οὖν; καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀεὶ θυσίας ἀναιμάκτους προσφέρομεν; ἀλλὰ καὶ ἑνὸς θανάτου Χριστοῦ ἀνάμνησιν ποιοῦμεν. *Quid igitur? nónne & nos semper incruenta offerimus sacrificia? imò verò*

unica mortis Christi commemorationes facimus. Illustris imprimis locus Cyrilli Alexandrini in explicatione Anathematismi XI. in Actis Concilii Ephesini, pag. 215: Τὴν ἁγίαν καὶ ζωοποιὸν καὶ ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν, οὐχ ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ ἀνθρώπου κοινοῦ σῶμα πιστεύοντες εἶναι τὸ προκείμενον. *Sanctum & vivificans & incruentum in Ecclesiis celebramus sacrificium, non credentes, esse alicujus nobis similis & vulgaris hominis corpus, quod propositum est.* Hinc Christianorum etiam *altare* ab Eusebio, demonstrat. Evangel. lib. I. pag. 15, θυσιαστήριον ἀναίμων καὶ λογικῶν θυσιῶν, *altare incruentorum & rationalium sacrificiorum vocatur.* Et ibid. pag. 16. Christianorum *cultus* vocatur ἄναιμος καὶ καθαρὰ λατρεία, *incruentus & purus cultus.* A' Greg. Nysseno, Orat. Catechet. cap. XVIII, tom. III. pag. 74. Σεμνή τις καὶ ἀναίμακτος ἱερωσύνη, *venerandum & incruentum sacrificium*; ita Interpres; ego potiùs, *religio.* Utramque tamen interpretationem tota admittit series.

3. Rursus *per Metonymiam, quia est commemoratio sacrificii* c. Ratio. *à Christo in cruce semel oblati.* Hinc S. Cœna usitatissimè dicitur ἀνάμνησις, & in ea ἀνάμνησις fieri passionis Christi. Chrysost. Homil. XVII. in Epist. ad Hebræos: Οὐκ ἄλλην θυσίαν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀεὶ ποιοῦμεν, μᾶλλον δὲ ἀνάμνησιν ἐργαζόμεθα τῆς θυσίας. *Non aliud sacrificium, sed idem semper facimus, potiùs verò commemorationem operamur sacrificii.* Et Hom. CL. tom. V. ad I. Corinth. XI. 26: *Paulus jubet nos* ἀνάμνησιν τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου ποιεῖσθαι, ἕως ἂν ἔλθῃ, *commemorationem passionis Dominicæ facere, donec venerit.* Basilius M. in Moralibus, regulâ XX. Cap. III: Ποίῳ λόγῳ δεῖ ἐσθίειν τὸ σῶμα, καὶ πίνειν τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου; εἰς ἀνάμνησιν τῆς τοῦ Κυρίου μέχρι θανάτου ὑπακοῆς, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. *Qua ratione oportet comedere corpus, & bibere sanguinem Domini? Ad commemorationem obedientiæ Domini usque ad mortem, ut viventes non ampliùs sibi ipsis vivant, sed ei, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit.* Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone, pag. 58: Τὸν ἄρτον τῆς εὐχαριστίας εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους —Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν παρέδωκε ποιεῖν, κ.λ. *Panem eucharistiæ in commemorationem passionis—Jesus Christus Dominus noster tradidit faciendum, &c.* Sæpe apud eundem ἀνάμνησις vocatur. Theophylactus, quamvis aliis in locis longè aliter loquatur, in I. ad

 Corinth.

Corinth. Cap. XI. p. 259: Διὰ τοῦ ποτηρίου ἀνάμνησιν πλέεις τοῦ δεσποτικοῦ θανάτου, *per calicem commemorationem celebras Dominicæ passionis.* Eodem modo idem ex Chrysostomo ad v. 1. Cap. X. ad Hebræos, pag. 971. Eusebius Demonstrat. Evang. l. I. pag. 26: Εἰκότως τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος ὑπόμνησιν ὁσημέραι ἐπιτελοῦντες. *Meritò corporis & sanguinis ejus commemorationem quotidie celebrantes.* Et mox: Μνήμην ἡμῖν παραδοὺς, ἀντὶ θυσίας τῷ Θεῷ διηνεκῶς προσφέρειν. *Memoriam nobis tradidit, loco sacrificii Deo perpetuò, offerendam.* Et pag. 27. dicit, Τούτου τοῦ θύματος τὴν μνήμην ἐπὶ τραπέζης ἐκτελεῖν διὰ συμβόλων τοῦ τε σώματος αὐτοῦ, καὶ σωτηρίου αἵματος. *Hujus sacrificii memoriam in mensa celebrare per symbola corporis ipsius & salutaris sanguinis.* Alias rationes apud Theologos invenies obvias. Videri potest Perkinsus, Demonstrat. Problem. sub titulo, Sacrificium Missæ: Vedelii exercitat. IV. Cap. IV. in Epistolas Ignatianas, pag. 190, &c.

15. Κλάσις τοῦ ἄρτου.

XV. Κλάσις τοῦ ἄρτου. Ita Eucharistiam appellari, patet ex interprete Syro, qui verba Act. II. 42. Κλάσει τοῦ ἄρτου, vertit, *in fractione Eucharistiæ.* Ita etiam intellexit Chrys. Hom. XXVII. in I. ad Corinth. tom. III. pag. 422. ad hunc ipsum locum scribens: Οὐκ ἤκουσας, πῶς καὶ οἱ τρισχίλιοι, οἱ τῆς κοινωνίας ἀπολαύοντες, διαπαντὸς ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ; *Non audivisti, quomodo ter mille, qui communionis erant participes, perduraverint in oratione & doctrina?* Eodem modo accepit versio Græca N. T. vulgata, quæ ad marginem notat: Εἰς τὴν κοινωνίαν τοῦ δείπνου καὶ ἀρίστου τὰ ὁποῖα δεῖπνα ἐκάλουν ἀγάπας· καὶ εἰς αὐτὰς ἐκοινώνουν καὶ τὴν εὐχαριστίαν. *In communione Cœnæ & prandii, quæ convivia vocârunt Agapas; in quibus etiam Eucharistiam accipiebant.* Iterum Syrus interpres de eadem Eucharistia intellexit v. 46. Cap. II. Actorum. Vertit enim: *Frangebant munus benedictum, & accipiebant cibum.* Ita etiam intellexit Walafridus Strabo, libro de Ritibus Ecclesiæ, Cap. XX. Sed Nicolao Lyrano; quem in Notis imitatur Cl. Beza; locus ille ancipitem habere sententiam videtur: scribit enim: *Communicatione fractionis panis, tum quòd quotidie communicabant, tum quòd communes cibos, sicut & cætera sumebant.* Ac Chrysostomus, contra sententiam, quam jam ex illo audivimus, etiam per *fractionem* indicari censet *temperantiam*

perantiam

perantiam & victus tenuitatem. Ita enim ad Act. II. 46. Hom. VII. in Acta, pag. 647: Τὸν ἄρτον μοι δοκεῖ λέγων, καὶ τὴν νηστείαν ἐνταῦθα σημαίνειν, καὶ τὸ σκληρὸν βίον· τροφῆς γὰρ, οὐ τρυφῆς μετελάμβανον. *Dum panem nominat, videtur mihi etiam jejunium hic indicare, & duram vitam: cibum enim, non delicias accipiebant.* Ad eundem locum eodem modo Oecumenius, pag. 15: Τὸ κλῶντες ἄρτον εἶπεν, ἵνα τὸ εὐτελὲς καὶ αὐτόσχεδον ὑπεμφήνῃ αὐτῶν τῆς διαίτης· ἄρτον γὰρ κλῶντες, μετελάμβανον τροφῆς, ἀλλ' οὐκ ἐτρύφων. *Frangentes panem dixit, ut frugalitatem & simplicem eorum innueret cibum: panem enim frangentes, panem accipiebant, sed non in deliciis vivebant.* Verùm hæc minùs solida videntur. Certè ἄρτον κλᾷν multi de S. Cœna sunt interpretati: sunt etiam tum è veteribus, tum è recentioribus, qui verba Lucæ in Evangelio, Cap. XXIV. 35. de Sacramento acceperunt. Id fecit Theophanes, Orat. XXXII. p. 238: Ἀποκαλύπτεται αὐτοῖς ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, ἐν τῇ μεταλήψει δηλαδὴ τῶν φρικτῶν μυστηρίων. *Revelatur iis* (nempe *discipulis*) *in fractione panis, hoc est, in communione tremendorum mysteriorum.* Augustinus, Sermone CXL. de Tempore: *Ubi voluit Dominus agnosci in fractione panis: securi sumus: panem frangimus, & Dominum agnoscimus.* Videatur etiam Casaubonus Exercit. XVI. ad Annales Baronii, num. XXXVIII.

XVI. Κοινωνία. Petita hæc S. Cœnæ appellatio ex I. Corinth. X. 16. & apud Patres usitata. Ita vocatur apud Dionysium Areopagitam Hier. Eccles. Cap. III. pag. 242. ubi sectioni II. hic præfigitur titulus, Μυστήριον Συνάξεως, εἴτουν Κοινωνίας. *Mysterium Synaxeos, seu Communionis.* Mox ibidem vocatur θεαρχικὴ κοινωνία, *divina communio.* Chrys. Hom. X. in Johannem, πνευματικὴ καὶ φρικτὴ τῶν μυστηρίων κοινωνία, *spiritualis & tremenda mysteriorum communio.* Hinc δοῦναί τινι κοινωνίαν, *dare alicui communionem,* apud Greg. Nyssenum in Epist. Can. ad Letoium, Can. V. tom. II. pag. 121. Alium locum ex Chrysostomo habes suprà sub voce Κλάσις. Κοινωνεῖν, *ad S. Cœnam admittere,* vel *ejus participem fieri.* Prior significatio apud Chrysost. occurrit, Epistolâ CXLIII: Λέγουσιν, ὅτι τινὰς ἐκοινώνησα μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτούς. *Ajunt, me quibusdam S. Cœnam, postquam illi edissent, administrâsse.* Posterior apud eundem reperitur, Hom. LXXIV. tom. V. ubi inter alia,

16. Κοινωνία.

Κοινωνεῖν.

περὶ τῶν ἀναξίως κοινωνούντων, de iis, qui indignè communicant, seu *S. Cœnam accipiunt*. Aristinus in Synopsi Canonum Concilii Nicæni, Canone XVI. pag. 679: Οἱ ἐξοδευόμενοι, κοινωνείτωσαν, *qui vitâ excedunt, communicent*: pro quo Can. XIII. Concilii Nicæni habet, μεταχεῖν εὐχαριστίας, *S. Eucharistiæ participem fieri*. Κοινωνικοὶ sunt, *qui S. Cœnam accipiunt*. Constit. I. tit. III. Novell. citante Photio in Nomocan. tit. XII. Cap. II. Αἱρετικοὺς λέγει, τοὺς μὴ ὄντας κοινωνικούς, *hæreticos dicit, qui communicare non possunt*. Ad quæ Balsamon, pag. 1061: Λέγει δὲ αἱρετικοὺς εἶναι πάντας τοὺς μὴ μεταλαμβάνοντας τῶν ἁγιασμάτων ἀπὸ τῶν ἱερέων, κατὰ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. *Dicit autem hæreticos esse, quicunque in sanctâ Dei Ecclesia per sacerdotes participes non fiunt sacramentorum.*

Κοινωνικοί.

Vocatur autem S. Cœna κοινωνία *propter unionem nostram cum Christo, & propter unionem fidelium inter se.* Utramque rationem affert Damascenus, Orthod. fidei lib. IV. Cap. XIV. p. 319. Κοινωνία λέγεταί τε καὶ ἔστιν ἀληθῶς διὰ τὸ κοινωνεῖν ἡμᾶς δι' αὐτῆς τῷ Χριστῷ, καὶ μετέχειν αὐτοῦ τῆς σαρκός τε καὶ τῆς θεότητος· κοινωνεῖν δὲ καὶ ἑνοῦσθαι ἀλλήλοις δι' αὐτῆς· ἐπεὶ γὰρ ἐξ ἑνὸς ἄρτου μεταλαμβάνομεν οἱ πάντες, ἓν σῶμα Χριστοῦ καὶ ἓν αἷμα, καὶ ἀλλήλων μέλη γινόμεθα, σύσσωμοι Χριστοῦ χρηματίζοντες. *Communio dicitur, & revera est, quia per ipsam Christo communicamus, ejúsque carnis & divinitatis participes sumus: quia etiam per illam inter nos communionem habemus & unimur. Nam quia unius panis participes simus omnes, unum Christi corpus, & unus sanguis, & alii aliorum membra efficimur, ejusdem cum Christo corporis existentes.* Vocatur κοινωνία, *quia nos cum Christo unit, & regni ejus participes reddit.* Ita Isidorus Pelusiota, lib. I. Epist. CCXXVIII: Κοινωνία κέκληται ἡ τῶν θείων μυστηρίων μετάληψις, διὰ τὸ τὴν πρὸς Χριστὸν ἡμῖν χαρίζεσθαι ἕνωσιν, καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς τῆς αὐτοῦ ποιεῖν βασιλείας. *Divinorum sacramentorum perceptio idcirco Communio appellata est, quia nobis conjunctionem cum Deo conciliat, nósque regni ipsius consortes reddit.* Consentit Metrophanes Critopulus in Confessione Eccles. Orient. Cap. V. pag. 73: Ἡ ἁγία κοινωνία, σύμβολον τῆς συσσωματώσεως καὶ ἐγκεντρίσεως ἡμῶν πρὸς τὸν ἐνανθρωπήσαντα υἱὸν καὶ λόγον τοῦ Θεοῦ, δι' ἧς ἐγκεντρίσεως δὲ λυτρούμεθα τοῦ αἰωνίου θανάτου· τῆς ῥίζης γὰρ ὑγιαινούσης καὶ ἀθανατούσης, οὐκ ἔσθ' ὅπως μὴ καὶ τοὺς κλάδους συνυγιαίνειν ταύτῃ καὶ συνθάλλειν διαπαντός. *Sancta*

Cur S. Cœna vocetur Κοινωνία.

com-

communio symbolum corporationis & insitionis nostra est in incarnatum Filium & Dei verbum, per quam insitionem liberamur ab æterna morte: cùm enim radix ipsa sana sit & semper florens, fieri nequit ut non etiam rami unâ cum ea sani sint & semper floreant. Aliam caussam affert Pachymeres in Cap. III. Dionysii Areopagitæ de Eccles. Hier. pag. 265: nempe vult, S. Cœnam vocari κοινωνίαν, διὰ τὸ τότε κοινωνεῖν τοὺς ἀξίους πάντας τῶν μυστηρίων, *quia in ea omnes digni mysteriorum participes fiant.* Ita ergo vocabitur, quia κοινὸν δεῖπνον, *commune epulum, communis Cœna,* ad quam omnes fideles admitti debent. Hoc urget Chrysost. Homil. XXVII. in I. ad Corinth. tom. III. pag. 419: Δεῖπνον κυριακὸν, τουτέστι τὸ δεσποτικὸν, ὀφείλει κοινὸν εἶναι· τὰ γὰρ τοῦ δεσπότου οὐχὶ τοῦδε μέν ἐστι τοῦ οἰκέτου, τοῦδε δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κοινῇ πάντων· τὸ οὖν κυριακὸν τοῦτό φησι τὸ κοινόν· εἰ γὰρ τοῦ δεσπότου σοῦ ἐστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, οὐκ ὀφείλεις ὡς ἴδια ἀποσπᾶν, ἀλλ' ὡς τοῦ κυρίου καὶ τοῦ δεσπότου ὄντα, κοινῇ πᾶσι προτιθέναι· τοῦτο γάρ ἐστι κυριακόν. *Dominica, id est, Domini Cœna debet esse communis: Nam quæ sunt Domini, non hujus quidem sunt famuli, illius verò non sunt, sed communiter omnium. Dominicam ergo hanc dicit esse communem: si enim Domini tui est, quemadmodum omnino est, non debes eam, tanquam privatam avellere, sed tanquam, quæ sit Domini, communiter omnibus proponere: ea enim est Dominica.* Integra Homilia dignissima est quæ legatur: multa enim de S. Cœna suppeditat ἀξιομνημόνευτα. Ex qua etiam sequentia excerpere lubet: Ὁ Χριστὸς πᾶσιν ἐξ ἴσης ἔδωκε λέγων· Λάβετε, φάγετε. Ἐκεῖνος τὸ σῶμα ἐξ ἴσης ἔδωκε, σὺ δὲ οὐδὲ τὸν κοινὸν ἄρτον δίδως ἐξ ἴσης; καὶ γὰρ ὑπὲρ ἁπάντων ὁμοίως ἐκλάσθη, καὶ σῶμα γέγονεν ὑπὲρ ἁπάντων ἐξ ἴσης. *Christus omnibus ex æquo dedit, dicens:* Accipite, edite. *Ille corpus ex æquo dedit; tu verò ne panem quidem communem ex æquo distribuis? Etenim pro omnibus similiter est fractus, & ex æquo factus est corpus pro omnibus.* Id. Hom. LI. tom. V. pag. 349: Ἡ αὐτὴ τράπεζα, τὸ αὐτὸ ποτήριον, ἡ αὐτὴ τροφὴ ἅπασι πρόκειται τοῖς ἐνταῦθα εἰσιοῦσιν. *Eadem mensa, idem poculum, idem cibus omnibus huc introëuntibus propositus est.* Theodoretus, quæst. LII. in I. Regum: Οὐχ οἱ ἱερώμενοι μόνοι μεταλαμβάνουσι τοῦ δεσποτικοῦ σώματός τε καὶ αἵματος, ἀλλὰ πάντες οἱ τετυχηκότες τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. *Non soli sacerdotes Dominici corporis & sanguinis fiunt participes, sed omnes, qui sanctum sunt consecuti Baptismum*

mum

mum. Idem in Ἀτζέπλῳ· *Μία πᾶσι μυστικὴ πρόκειται τράπεζα, καὶ τῶν πιστευόντων ἕκαστος ἴσης ἀπολαύει μερίδος. Omnibus una proponitur mensa, & quivis fidelis ex æquo partem sumit.* Consulatur etiam Casaubonus, Exercitat. XVI. Sect. XXX.

17. Λειτουργία. XVII. Λειτουργία. De variis hujus vocis significationibus inspicienda Lexica, & imprimis Casauboni Exercitatio XVI. ad Annales Baronii, num. XLI. Nos, ne actum agamus, illud tantùm consideramus, cur S. Cœna vocetur λειτουργία. Apud scriptores Ecclesiasticos λειτουργὸς; *omnis Ecclesiæ minister est; propriè tamen ille, qui ad altare ministrat:* & λειτουργία, *latè* quidem *omne ministerium, quod ad sacra pertinet.* Hinc Can. IV. Concilii Antiocheni, *τὰ τῆς λειτουργίας πράττειν, ea, quæ ad cultum sacrum spectant, peragere.* Zonaras, pag. 325. explicat, *λειτουργίαν ἐνταῦθα, οὐ τὴν ἱερουργίαν καὶ τὴν τελετὴν τῆς ἀναιμάκτου θυσίας φησὶ μόνην, ἀλλ' ἅπαν ἀρχιερατικὸν δίκαιον. Liturgiam hoc loco, non sacrorum modò celebrationem, sed & omnes summi sacerdotii functiones dicit.* Ita λειτουργεῖν ad Can. VI. Concilii Carthaginensis idem, pag. 397, explicat, *φανερῶς ὑμνεῖν τὸ θεῖον, καὶ λατρεύειν τῷ θεῷ. ἐξείληπται γὰρ τὸ λειτουργεῖν καὶ ἐπὶ λατρείας καὶ ὕμνου, manifestè Deum laudare, & Deo servire: λειτουργεῖν enim & de cultu & de laude usurpatur.* Sed *propriè* magis per *λειτουργίαν, ministerium cultus divini, & quicquid circa sacram mensam peragitur*, intelligitur. Hinc ergo S. Cœnæ hoc impositum nomen. Ita autem vocatur à Theodoreto Epist. CXLVI, ubi dicit, *Verba*, quæ habentur II. ad Corinth. XIII. 13. *ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις τῆς μυστικῆς εἶναι λειτουργίας προοίμιον, in omnibus Ecclesiis mystica liturgia procemium esse.*

18. Μετάληψις. XVIII. Μετάληψις. Frequenter S. Cœna hoc nomine venit. Chrysost. Homil. III. in Epist. ad Ephesios: *Οὐκ εἶ τῆς θυσίας ἄξιος, οὐδὲ τῆς μεταλήψεως; οὐκοῦν οὐδὲ τῆς εὐχῆς. Non es dignus sacrificio, neque communione? Ergo neque oratione.* Idem Homil. XVII. in Epist. ad Hebræos: *Τῆς μεταλήψεως μετέχειν, communionis participem fieri.* Constitut. Apostol. lib. VII. Cap. XXVII. p. 980: *Μετὰ τὴν μετάληψιν οὕτως εὐχαριστήσατε· Εὐχαριστοῦμέν σοι ὁ Θεὸς, κλ. Post communionem ita gratias agite: Gratias tibi agimus, ô Deus, &c.* Aristinus in Synopsi Canonum Apostol. Can. VIII: *Ἀφοριζέσθω ὁ τῇ εὐχῇ καὶ τῇ μεταλήψει μὴ παραμένων. Excommunicabis eum, qui*

qui in oratione & communione non perseverat. In Liturgia Præsanctificatorum in Euchologio, pag. 79: Τῆς μεταλήψεως πληρωθείσης, καὶ τῶν ἁγίων λειψάνων ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἀρθέντων τραπέζης, ἐπεύχεται ὁ ἱερεύς. *Communione absoluta, & sanctis reliquiis è sacra mensa ablatis, precatur sacerdos.* Ibidem frequenter occurrit. Vocatur ἁγία μετάληψις, *sacra communio.* Can. X. Apostol. Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς, καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίας ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή. *Omnes introëuntes fideles, & Scripturas audientes, non perseverantes autem in oratione & sancta communione, veluti perturbationum Ecclesiæ autores, excommunicari oportet.* Balsamon ad Can. XX. Synodi Ancyranæ, pag. 783. τοῦ τελείου τυχεῖν explicat τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι, *sancta communione dignum haberi.* Idem ad Can. II. Synodi Antiochenæ, pag. 812: Οἱ ἀπιόντες τῆς ἐκκλησίας ἐξέρχονται πρὸ τῆς ἁγίας μεταλήψεως, καὶ οὐ καρτεροῦσιν ἰδεῖν τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων θείαν μετάληψιν. *Qui ex Ecclesia egrediuntur ante sanctam communionem, neque perseverant, ut videant sanctorum mysteriorum divinam communionem.*

Μυστικὴ μετάληψις, *mystica communio.* Cyrillus Alexandrinus Catenâ in Cap. XVII. Johannis, pag. 416: Ἑνούμεθα αὐτῷ τῷ Χριστῷ καὶ ἀλλήλοις, διὰ τῆς μυστικῆς μεταλήψεως. Εἰ γὰρ οἱ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν, ἓν οἱ πάντες ἀποτελούμεθα σῶμα. *Unimur etiam ipsi Christo, atque inter nos per mysticam communionem. Nam si omnes ex uno pane manducamus, unum omnes corpus efficimur.* Theophylactus in Cap. VI. Johannis, pag. 651: Φανερῶς ἐνταῦθα περὶ τῆς μυστικῆς μεταλήψεως τοῦ σώματος αὐτοῦ φησι. *Manifestè hîc de mystica communione corporis sui dicit.* Μυστηρίων μετάληψις, *Sacramentorum communio.* Ita usurpat Anonymus in vita Chrysostomi. Μετάληψις εὐχαριστίας, *communio Eucharistiæ.* Can. II. Concilii Antiocheni: Πάντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινωνοῦντας δὲ εὐχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποστρεφομένους τὴν μετάληψιν τῆς εὐχαριστίας κατά τινα ἀταξίαν, τούτους ἀποβλήτους γίνεσθαι τῆς ἐκκλησίας, κλ. *Omnes qui ingrediuntur in Ecclesiam Dei, & sacras Scripturas audiunt, nec communicant in oratione cum populo, aut aversantur participationem Eucharistiæ, per quandam perversita-*

tem, hos ab Eccleſia ejici oportet, &c. Habet autem μετάληψις hanc ſignificationem à verbo μεταλαμβάνω, quod itidem de S. Cœna frequenter uſurpatur. Vide infra ſub formulis, quæ ſignificant, *Ad S. Cœnam accedere.*

Cur S. Cœna vocetur μετάληψις.

Cur vero Sacramentum Communionis μετάληψις vocetur, Johannes Damaſcenus Orthod. Fidei lib. IV. Cap. XIV. pag. 319. his verbis docet: Μετάληψις λέγεται, δι' αὐτῆς γὰρ Ἰησοῦ θεότητος μεταλαμβάνομεν. *Participatio dicitur: nam per ipſam ejus divinitatem participamus.* Damaſcenus propterea dicit, nos per S. Cœnam τῆς θεότητος μεταλαμβάνειν, quia plures ex Patribus finem Sacramentorum ſtatuebant θέωσιν, & fideles per ea *Deos fieri* dicebant. Hinc uſitatiſsimè de iis dicunt, illos θεωθέντας, ἀποθεωθέντας, θεοποιηθέντας. Idem Damaſcenus Orthod. fidei lib. II. Cap. XII. pag. 119: *Deus hominem creavit* τῇ πρὸς θεὸν νεύσει θεούμενον, *acceſſu ad Deum deificandum.* Quomodo vero illud intelligendum ſit, ſtatim explicat: θεούμενον δὲ τῇ μετοχῇ τῆς θείας ἐλλάμψεως, καὶ οὐκ εἰς τὴν θείαν μεθιστάμενον οὐσίαν. *Deificatum verò participatione divina illuminationis, non verò in eſſentiam divinam mutatum.* Et *Apoſtoli*; ut loquitur Pachymeres in Cap. I. Dionyſii Areopagitæ de Eccleſ. Hier. pag. 211; ἐθεώθησαν τῇ πρὸς θεὸν ἀγάπῃ, *deificati ſunt per dilectionem Dei.* Macarius, Homil. XV. *de eo, qui pravos vincit affectus,* ἀποθεοῦται λοιπὸν ὁ τοιοῦτος, καὶ γίνεται υἱὸς θεοῦ, *talis deificatur, & fit filius Dei.* Et Hom. XXVI: Ἀποθεοῦται ἄνθρωπος, *deificatur homo*: quod Homil. XXXIV. ita effertur, Εἰς θείαν φύσιν μεταβάλλεται, *in naturam divinam immutatur.* Athanaſius Orat. de Incarnatione Verbi, tom. I. pag. 108: Αὐτὸς ἐνηνθρώπησεν, ἵνα ἡμεῖς θεοποιηθῶμεν. *Ipſe* (Filius Dei) *naturam humanam aſſumſit, ut nos deificaremur.* Idem in Epiſt. ad Adelphium, tom. I. pag. 158. de eodem Dei Filio, Γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα ἡμᾶς ἐν ἑαυτῷ θεοποιήσῃ. *Homo factus eſt, ut nos in ſeipſo deificaret.* Atque hi ſunt, qui II. Petri I. 4. dicuntur θείας κοινωνοὶ φύσεως, *divinæ naturæ participes.* Quo vero ſenſu hæc vera ſint, explicat Dionyſius Areopagita, Cap. I. de Hier. Eccleſ. pag. 200: Θέωσίς ἐστιν ἡ πρὸς θεὸν, ὡς ἐφικτὸν, ἀφομοίωσίς τε καὶ ἕνωσις. *Deificatio, eſt Dei quadam, quoad fieri poteſt, aſſimilatio unióque.* Ad quæ Pachymeres, pag. 210: Τὸ σώζεσθαι ἀπὸ ἀλλοτριώσεως Θεοῦ, προσπελάζειν τῷ Θεῷ,

καὶ

καὶ θέωσίς ἐστι. *Servari ab alienatione Dei, est appropinquare Deo, & deificatio.* Huc refer illud Nysseni Orat. I. in verba, *Faciamus hominem*, tom. I. pag. 150: Τί ἐστι Χριστιανισμός; Θεοῦ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρώπου φύσει. *Quid est Christianismus? Cum Deo habere similitudinem, quatenus id in naturam humanam cadit.* Idem de Professione Christiana, tom. III. pag. 271: Χριστιανισμός ἐστι τῆς θείας φύσεως μίμησις. *Christianismus est imitatio divinæ naturæ.*

XIX. Μυσταγωγία. Propriè est *doctrina mysteriorum.* Amat vocem Dionysius Areopagita Eccles. Hier. Cap. I. Sect. I. Mysticæ Theologiæ Cap. I. Sect. II. Ejus interpres S. Maximus: Μυσταγωγία, μυστηρίων ἀγωγὴ, διδασκαλία καὶ μετουσία· ἢ μυήσεως ἀγωγὴ καὶ μετάληψις δηλαδὴ θεία. *Mysteriorum adductio, doctrina & communio: vel doctrinæ sacræ deductio & participatio scilicet divina.* Μυσταγωγέω est *mysteria doceo, sacris initio, ad sacra deduco.* Hesychius: Μυσταγωγεῖ, μυστήριον ἄγει. Suidas: Μυσταγωγεῖ, ἀντὶ τοῦ μυστήρια ἐπιτελεῖ· ὡς μυστήρια ἄγει, ἢ ἐκδιδάσκει. *Accusativo: Mysteria peragit: ut mysteria ducit, vel edocet.* Chrys. Hom. LXXVIII. tom. V. pag. 545. Μυσταγωγεῖν dicuntur, qui baptizandos in Religione Christiana instituunt. Greg. Nazianzenus Orat. XL. pag. 659: Χριστὸς μυσταγωγεῖ τοὺς μαθητὰς τὸ πάσχα. *Christus Paschatis mysteria discipulis tradit.* Ammonius in Catena in Cap. XX. Johannis, pag. 453. de Maria ad Christi sepulchrum flente, μυσταγωγοῦσιν αὐτῇ (lego αὐτὴν) τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον, ὡς μὴ εἰδυῖαν τὴν γραφὴν κατὰ τοὺς μαθητὰς, *mysterium resurrectionis illi explicant, utpote quæ Scripturam ignorabat, uti & discipuli.* Et μυσταγωγὸς Suidæ est ἱερεὺς, μυστηρίων διδάσκαλος, *sacerdos, mysteriorum doctor.* Μυσταγωγία, ut capite præcedenti sub Baptismi nominibus vidimus, etiam notat Baptismum. Sed ad id, quod maximè hujus loci est. Μυσταγωγία notat S. Cœnam Can. XIV. Concilii in Templo Apostolorum, ubi, Ἀναφέρειν ὄνομά τινος ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ, *nomen alicujus in celebratione S. Cœnæ recitare.* Eodem modo sumitur ibidem Canone sequenti. Vocatur S. Cœna ἱερὰ μυσταγωγία à Chrysostomo Homiliâ LXXII. tom. V. De hac voce consulatur Casaubonus, Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, num. XLIII.

19. Μυσταγωγία.

XX. Μυστήριον. Generalia quædam hîc necessariò præmitten-

20. Μυστήριον.

mittenda. Μυστηρίου vox triplicem maximè significationem habet.

Notat, a. Rem arcanam.

1. Originis respectu notat *rem arcanam*; est enim vel à μύω, *claudo, quia,* ut ait Eustathius, *oportebat* τοὺς μύστας μύειν τὸ στόμα, καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηνται, *mysteriorum peritos claudere os, nec ea patefacere, quæ docti erant.* Et profectò, mihi prorsus verisimile videtur, μυστήριον ejusdem esse originis ac μύστης; quomodo Hesychio vocatur ὁ τῶν μυστηρίων μεταλαβών, *mysteriorum factus particeps:* unde συμμύστης, *consecraneus.* Est autem μύστης à μύω. Etymol. M. Μύστης, παρὰ τὸ μύω, τὸ καμμύω· μύοντες γὰρ τὰς αἰσθήσεις, καὶ ἔξω τῶν σαρκικῶν φροντίδων γινόμενοι, οὕτω τὰς θείας ἐλλάμψεις ἐδέχοντο. Μύστης *dicitur à* μύω, *quod est* καμμύω, (ita etiam Hesychius interpretatur) *oculos claudo: suos enim sensus quasi claudentes,* id est, obstruentes, *& ab omnibus curis carnalibus liberi, ita divinas accipiebant illustrationes* Vel, quæ Cl. Casauboni lib. I. de Satyra, Cap. II. sententia est, μυστήριον est ab Hebr. מסתור, *mistor,* seu *mistur,* quod *rem,* aut *locum absconditum* significat. Qui plura de vocis hujus etymo desiderat, adeat Cl. Vossii Disputationem *de Sacramentorum vi & efficacia:* imprimis ejusdem Etymologicum M. & Casaub. Exercitat. XVI. num. XLIII. Quicquid autem sit, μυστήριον notat *rem arcanam non omnibus notam.* Id agnoscit Chrysostomus Hom. XIX. in Epist. ad Romanos: *Mysterium dicitur* τὸ ἀγνοούμενον καὶ ἀπόρρητον, καὶ πολὺ μὲν τὸ θαῦμα, πολὺ δὲ τὸ παράδοξον ἔχον, *quod ignoratur & silentio supprimitur, quod summopere mirandum, & insolens est atque inopinatum.* Theodoretus in Cap. XI. ad Romanos: Μυστήριόν ἐστι τὸ μὴ πᾶσι γνώριμον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς θεωρουμένοις. *Mysterium est, quod non omnibus notum est, sed iis solis, qui contemplantur.* Et in Cap. XV. Epist. I. ad Corinthios: Μυστήριον λέγεται τὸ μὴ πᾶσι δηλούμενον, ἀλλὰ μόνοις τοῖς φίλοις θαρρούμενον. *Mysterium dicitur, quod non omnibus declaratur, sed solis amicis creditur.*

b. Rem arcanam sacram.

2. Pressius sumi cœpit pro *re arcana sacra.* Ita sumitur ad Coloss. I. 26: Τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον, κλ. Ad quæ Theodoretus: Μυστήριον ἐκάλεσε τῆς οἰκονομίας τὸ κήρυγμα, ὡς παρὰ πάντων ἀγνοούμενον πάλαι, μόνῳ δὲ τῷ Θεῷ γινωσκόμενον. *Mysterium vocavit dispensationis prædicationem, utpote omnibus olim hominibus igno-*

ignotam, soli verò Deo notam. Et I. ad Corinth. II. 7: Σοφίαν ἐν μυστηρίῳ λαλοῦμεν. Ubi Theophylactus: Μυστήριον καλεῖ τὸ τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα· εἰ γὰρ καὶ κήρυγμά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ μυστήριόν ἐστι, καθὸ οὔτε ἄγγελοι ᾔδεσαν αὐτὸ πρὶν γενέσθαι, καὶ καθὸ ἄλλο βλέποντες, ἄλλο νοοῦμεν. Βλέπω γὰρ σταυρὸν καὶ πάθος, καὶ νοῶ δύναμιν· δοῦλον ἀκούω, καὶ δεσπότην προσκυνῶ. Mysterium *vocat, de Chrysto prædicationem. Nam etiamsi prædicatio sit, mysterium tamen est, quatenus neque Angeli illam noverunt, priusquam fieret, & quatenus aliud videntes, aliud intelligimus. Video enim crucem ac passionem, & virtutem atque potentiam intelligo: servum audio, & Dominum adoro.* Hinc etiam *incarnatio Filii Dei* a Dionysio Areopagita, Cap. IV. de cœlesti Hier. Sect. IV. pag. 49. vocatur τὸ Ἰησοῦ φιλανθρωπίας μυστήριον, *humanitatis Jesu mysterium*: quod Pachymeres, pag. 58. explicat τὸ ἐνσαρκου καὶ φιλανθρώπου τοῦ Ἰησοῦ οἰκονομίας μυστήριον, *incarnationis & humanitatis Jesu mysterium. Christi in utero formatio* ab eodem Dionysio, loco laudato, vocatur θεαρχικὸν τὸ ἀφθέγκτου θεοπλασίας μυστήριον, *divinum ineffabilis Deiformationis mysterium.*

3. Tertius tandem accessit usus, quo strictissima significatione notat *rem arcanam, sacram, symbolicam*: quo sensu *Mysterii* nomen tribuitur typis, cerimoniis, parabolis, & quibuscunque rebus sacris, aliud sensui, aliud menti exhibentibus. Atque ita omnia Sacramenta vocantur μυστήρια; Damasceno lib. IV. Orthod. fidei, Cap. XIV. pag. 314. ἅγια καὶ ἄχραντα μυστήρια, *sancta & impolluta mysteria.* Nos hîc speciatim de S. Cœna agimus. Ea vocatur

C. *Rem arcanam, sacram, symbolicam.*

a. Μυστήριον simpliciter, ἑνικῶς, *singulariter.* Greg. Nazianz. Orat. XLIV. pag. 713: Ἰησοῦς ἐν ὑπερῴῳ κοινωνεῖ τοῦ μυστηρίου. *Jesus in cœnaculo mysterii fit particeps.* Athanasius in Synopsi Scripturæ, tom. II. pag. 124: Ἐλέγχει τὸν Ἰούδαν ὁ Χριστός· παραδίδωσι τὸ μυστήριον ἔνθα λέγει· Οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ ἀμπέλου ταύτης. *Christus Judam redarguit: tradit mysterium, quando dicit:* Non amplius bibam ex hac vite.

S. Cœna vocatur μυστήριον, *singulariter.*

Ἅγιον μυστήριον. Can. VII. Concilii Laodiceni, certos quosdam hæreticos, si conversi fuerint, statuit, tum demum esse admittendos, ubi omnem damnaverint hæresin, καὶ τότε λοιπὸν ἐκμανθάνοντας τὰ τῆς πίστεως σύμβολα, χρισθέντας τε τῷ ἁγίῳ χρίσματι, οὕτω

κοινωνεῖν τῷ μυστηρίῳ τῷ ἁγίῳ, *& tunc demum fidei symbola discentes, & sancto Chrismate unctos sancto mysterio communicare.*

Μυστήρια, pluraliter. b. Μυστήρια, πληθυντικῶς, *pluraliter.* Chrysost. Hom. III. in Epist. ad Ephesios, μετέχειν τῶν μυστηρίων, *mysteriorum participem fieri.* Et Hom. CXXXIV. tom. V. *Prævidit Deus* τὰ μυστικὰ δῶρα, ὕδωρ καὶ αἷμα· ὧν τὸ μέν ἐστι τοῦ λουτροῦ σύμβολον, τὸ δὲ τῶν μυστηρίων ἐνέχυρον, *mystica dona, aquam & sanguinem: quorum illud quidem lavacri symbolum est, hoc verò mysteriorum pignus.* Socrates, Hist. Eccles. lib. II. Cap. XXXVIII. pag. 210. de Macedonio refert, quòd à sua hæresi alienos vi ad Sacramenti hujus participationem adegerit: ξύλῳ διαιροῦντες τὰ σώματα (lego, τὰ στόματα) τῶν ἀνθρώπων, τὰ μυστήρια ἐνετίθεσαν. *Ligno ora hominum diducentes, mysteria ingesserunt.*

Θαυμαστὰ μυστήρια, *admirabilia mysteria.* Chrysost. Hom. XI. ad populum Antiochenum.

Ζωοποιὰ μυστήρια, *vivifica mysteria.* Anonymus in vita Chrysostomi.

Φρικτὰ μυστήρια, *tremenda mysteria.* Chrysost. Hom. X. tom. V. & alibi frequenter.

Ἄχραντα μυστήρια, *impolluta mysteria.* Theophylactus in Cap. XIV. Matthæi. Imò ἄχραντον simpliciter positum, S. Cœnam denotat. Nicephorus Chartophylax in Responsis ad Theodosium Monachum: Ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ ἀξιωθῆναι τῆς τοῦ ἀχράντου μεταλήψεως, οὐκ ἔσται συγκεχωρημένον αὐτῷ ἐν ἄλλῳ καιρῷ τῇ μεταλήψει προσιέναι, ἀλλ' ἢ ἐν μόνῃ τῇ σωτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ἀναστάσει. *Verùm etiam, postquam dignus fuerit habitus communione impolluti, non permittetur ei alio tempore ad communionem accedere, nisi in sola salutari Christi & Dei nostri resurrectione.*

Ἅγια μυστήρια, *sancta mysteria.* Balsamon ad Can. XX. Concilii Carthag. pag. 629: Οὗτοι (οἱ τὰ ἔργα ταῦτα πιστεύοντες) ἐφοδιάζεσθαι ὀφείλουσι διὰ τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταλήψεως. *Hi, (qui in agone versantur) viatico sunt instruendi per sanctorum mysteriorum participationem.*

Θεῖα μυστήρια, *divina mysteria.* Zonaras ad Can. LXIII. Concil. Carthag. pag. 451. refert, Donatum docuisse, μὴ ἄλλως τῶν θείων μυστηρίων μεταλαμβάνειν, εἰ μή τις ὀξὺν κατέχων ἐν τῇ χειρὶ τοῦτο προ-

πρότερον ἀσπάζοιτο, καὶ οὕτω μεταλαμβάνῃ, *non aliter divina mysteria esse accipienda, quàm ut quisque manu os teneat, illúdque prius osculetur, atque ita communicet.* Eodem modo S. Cœnam etiam appellat Chrysostomus. Vide mox in Ἁγία προσφορά.

Τελεστικὰ μυστήρια, *mysteria, vim perficiendi habentia.* Dionysius Areopagita, Cap. II. de Hier. Eccles. Sect. VIII. pag. p. 224: Ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱεράρχης ἐπὶ τὴν ἱερωτάτην εὐχαριστίαν καλεῖ τὸν τελεσμένον, καὶ τῆς τῶν τελεστικῶν μυστηρίων αὐτῷ μεταδίδωσι κοινωνίας. *Demum omnibus peractis, sacerdos eum, qui initiatus est, ad sanctissimam Eucharistiam vocat, & mysteriorum perficiendi vim habentium communionem illi largitur.*

XXI. Προσφορά. Chrysost. Homil. XVIII. in Acta, tom. IV. pag. 716. *Fiebat* προσφορὰ καθ' ἑκάστην κυριακήν *singulis Dominicis oblatio.* Hoc sensu etiam occurrit Can. VIII. Apost. ubi à Zonara explicatur, μετάληψις τῶν ἁγιασμάτων. Canon. LVIII. Concilii Laodiceni: Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς οἴκοις προσφορὰς γίνεσθαι παρὰ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων. *Quòd non oporteat in domibus fieri oblationes ab Episcopis aut Presbyteris.* Hic Canon referendus est ad privatas Agapas, in quibus etiam προσφορά, id est, Eucharistia celebrabatur. Episcopos enim simul cum fratribus convocabant, vel Presbyteros, à quibus more tum recepto panis & vinum consecrabatur in Sacramentum corporis & sanguinis Dominici. Non sustulit autem Laodicena Synodus privatas Agapas, sed morem in his S. Cœnæ communicandi. Ita etiam S. Cœna intelligitur istis, in Conciliorum Canonibus ubique obviis locutionibus, χωρὶς προσφορᾶς κοινωνεῖν, & χωρὶς προσφορᾶς δεχθῆναι. Canon XI. Concilii Nicæni *de iis, qui sine necessitate prævaricati sunt,* Δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν εὐχῶν: *duobus autem annis sine oblatione populo communicent in orationibus.* Balsamon ad hunc Canonem, pag. 281. explicat, συνεύχεσθαι μὲν μετὰ τῶν πιστῶν καθολοκληρον, τῶν δὲ ἁγιασμάτων μὴ ἀξιωθῆναι, *simul quidem cum fidelibus orare in universum, sacra autem Cœna non haberi dignum.* Et Zonaras ad Can. XI. Concilii Ancyrani, pag. 291. Κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς interpretatur, συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς μὴ μεταλαμβάνοντας, *stare cum fidelibus, non verò communicare.* 21. Προσφορά.

municare. Sed de his pluribus jam actum Cap. I. sub voce Σύνταξις.

Ἱερὰ προσφορά. Chrysost. Hom. XI. in Epist. ad Romanos: Πῶς οὖν δέξῃ τὴν ἱερὰν προσφορὰν αἵμασιν ἀνθρωπίνοις φοινίξας τὴν γλῶτταν; *Quomodo ergo oblationem illam sacram sumes, qui linguam sanguine humano cruentâsti?*

Ἁγία προσφορά. Chrysost. Homil. LXXI. tom. V. Παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς, μὴ ἁπλῶς διὰ τὴν τῆς ἑορτῆς ἀνάγκην τῶν θείων ἅπτεσθαι μυστηρίων, ἀλλ' εἴπερ μέλλοιτε τῆς ἁγίας ταύτης μεθέξειν προσφορᾶς, πρὸ πολλῶν ἡμερῶν διακαθαίρειν ἑαυτοὺς διὰ μετανοίας, καὶ εὐχῆς, καὶ ἐλεημοσύνης, καὶ τῆς περὶ τὰ πνευματικὰ σχολῆς. *Vos omnes adhortor, ne imparati propter festi necessitatem divina contrectetis mysteria, sed, siquidem sanctæ hujus oblationis participes fieri cupiatis, ut multis diebus ante vos ipsos purgetis per pœnitentiam, & orationem, & eleemosynam, & per studium circa res spirituales.* Rationes, cur S. Cœna vocetur προσφορά, *oblatio*, habes suprà sub voce θυσία.

22. Σύναξις. XXII. Σύναξις. De variis hujus vocis significationibus consulatur Cl. Casaubonus, Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, Sect. XLII. Nos ad eam, quæ hujus loci. Ita vocatur S. Cœna. Dionysii Areopagitæ Cap. III. Hierar. Eccles. pag. 240. hunc habet titulum: Περὶ τῶν ἐν συνάξει τελουμένων, *de iis, quæ in Synaxi perficiuntur.* In ipso hujus capitis contextu etiam vocatur Σύναξις. Σύναξις φρικωδεστάτη, *tremenda synaxis* vocatur à Chrysostomo. Σύναξις ἁγία, *sancta synaxis* ab eodem, Hom. XI. Ἀνδρ. Rationes, cur ita vocetur, tum ex Dionysio Areopagita, tum ex Pachymeræ in eundem Paraphrasi haberi possunt. Dionysius quidem Cap. III. Eccles. Hierar. pag. 241. dicit Eucharistiam σύναξιν καὶ κοινωνίαν appellari, διὰ τὸ συνάγειν ἕνωσιν καὶ κοινωνίαν πρὸς τὸ ἕν, *quia reducat, seu revocet unitatem atque communionem ad unum, hoc est, ad Deum, essentiâ unum, hypostasi trinum.* Pachymeres verò ita de hac voce, ad allatum Dionysii locum, p. 266: Σύναξιν νοητέον, οὐ τὴν τοῦ λαοῦ, καθὼς τὴν λέξιν σήμερον ἐκλαμβάνουσι, ἀλλὰ τὴν πρὸς Θεὸν συναγωγὴν καὶ κοινωνίαν. *Per Synaxin minimè intelligenda populi congregatio, quemadmodum vocem hodie multi accipiunt, sed cum Deo conjunctio & communio.* Et clariùs ad initium Cap.

Cap.IV.pag. 294: Σημείωσαι, ὅτι σύναξιν, μόνην τὴν λειτουργίαν φησὶ, καθ' ἣν τῶν θείων μυστηρίων κοινωνοῦσιν οἱ ἄξιοι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸ ὄνομα λαμβάνει, οὐ διὰ τὸ συνάγεσθαι τὸν λαὸν, καθὼς οἰηθείη τις, ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὸ ἓν κοινωνίαν, καθ' ἣν τῷ σωτῆρι Χριστῷ, ὡς μέλη τῇ κεφαλῇ, συναγόμεθα. *Nota, quòd Synaxin solam vocet Liturgiam, secundum quam divinis mysteriis communicant, qui sunt digni: nam & hinc nomen accipit, non quòd populum congreget, ut aliquis existimare posset; sed propter illam cum uno communionem, secundum quam Salvatori Christo, tanquam membra capiti, coaptamur.* Sed de his videatur Casaubonus loco suprà laudato.

XXIII. Τέλειον. Eucharistia est *perfectio*, aut *consummatio*, quia; ut scribit doctissimus Casaub. Exercitat. XVI. num. XLVIII; *conjunctioni nostræ cum Christo, cujus instrumenta sunt verbum Dei & Sacramenta, veluti colophonem imponit participatio corporis & sanguinis Christi in Cœna Dominica: nullus enim restat alius modus, quo in terris versantes arctius cum Christo capite nostro conjungamur.* Hoc autem frequenter in Conciliorum Canonibus occurrit. Can.IV. Concilii Ancyrani, Ἐπὶ τὸ τέλειον ἐλθεῖν, *ad perfectionem accedere*: quod Balsamon, pag. 768. explicat, τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλαμβάνειν. Zonaras, pag. 289. dicit intelligi τὴν τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν. Vide de his locutionibus suprà in voce Ἁγιάσματα. Canone VI. ejusdem Concilii eadem locutio redit, & eodem rursus modo à Balsamone exponitur. Canone XX. habes, τοῦ τελείου τυχεῖν, *perfectionem assequi*, quod, interprete Balsamone, pag. 783. ἀξιοῦσθαι τῆς ἁγίας μεταλήψεως, *sancta communione dignum judicari*. Zonaras, pag. 299. exponit, εἰς τὸ τέλειον ἔρχεσθαι, ἤγουν εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν, *ad perfectionem, sive ad sanctam communionem venire*. Hoc ipsum ejusdem Concilii Can. VIII. est τελείως δεχθῆναι, *perfectè recipi*: Can. IX. τοῦ τελείου μετέχειν, *perfectionem consequi*: Can. XXII. τοῦ τελείου καταξιωθῆναι, *perfectionem consequi.* 23. Τέλειον.

XXIV. Τελετή. Hesychius: Τελετὴ, ἑορτὴ, θυσία, μυστήρια. *Festa, sacrificia, mysteria.* S. Maximus in Cap. I. Dionysii Areopagitæ de cœlesti Hierarchia, pag. 3: Τελετὴ λέγεται κατὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων φιλοσόφους, ἡ μετάδοσις τῶν μυστηρίων, ἀπὸ τελειοῦσα τὸν μυούμενον, καὶ παλαιική τυγχάνουσα τῶν προσιόντων τοῖς τοιούτοις. Τελετὴ, *seu* mysteri- 24. Τελετή.

P um,

um, ritus, *dicitur ſecundum gentiles Philoſophos, communicatio myſteriorum, tanquam perficiens eum, qui initiatur, & perfectiva exiſtens eorum, qui ad talia accedunt.* Suidas: Τελετὴ. Θυσία μυστηριώδης· ἡ μεγίστη καὶ τιμιωτέρα, ἀπὸ τῶν γινομένων εἰς αὐτὰς δαπανημάτων· τελεῖν γὰρ φαμὲν, τὸ δαπανᾶν· καὶ πολυτελεῖς, τοὺς πολλὰ ἀναλίσκοντας, καὶ εὐτελεῖς τοὺς ὀλίγα. *Sacrificium myſteriorum plenum, maximum & honoratiſſimum.* Sic dicta hæc arcana ſacra, *à ſumtibus, qui in ea fiunt.* Τελεῖν *enim dicimus impendere, ſumtus facere:* & πολυτελεῖς ſunt, *qui multa conſumunt,* & εὐτελεῖς, *qui pauca* impendunt. Ex Gentilium caſtris ad Chriſtianos hæc vox tranſiit, & in genere notat *Sacramenta.* Teſtis Pachymeres in Cap. III. Dionyſii Areop. de cœl. Hier. pag. 41: Τελετή ἐστι, πᾶν μυστήριον, ὡς τελειωτικὸν τῆς ψυχῆς. Τελετὴ *eſt omne myſterium,* ſeu *Sacramentum, quatenus animam perficit.* Baptiſmus certè à Dionyſio Areopagita Cap. III. de Eccleſ. Hier. pag. 242. vocatur ἱερὰ τῆς θεογενεσίας τελετὴ, *ſacra divinæ regenerationis initiatio.* S. Cœnæ hæc vox uſitatiſſimè tribuitur. Ita eam vocat Pachymeres in Cap. I. Dionyſii Areopagitæ de cœleſti Hierarchia, pag. 11: Τελετὴ λέγεται, ἡ τῶν μυστηρίων μετάδοσις, *initiatio, myſteriorum communicatio nuncupatur.* Ratio ſtatim ſubjicitur: Ἀπὸ τοῦ μυούμενον τελειοῦν· καὶ τοὺς μεμυημένους τελείους καλεῖ ὁ ἀπόστολος, λέγων. Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν, *ut quæ initiatum perficiat: & initiatos Apoſtolus* perfectos *vocat, dicens,* Quicunque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Locus exſtat ad Philipp. III. 15.

Τελετῶν τελετὴ, *Sacramentum ſacramentorum,* id eſt, præſtantiſſimum ſacramentum vocatur à Dionyſio Areopagita, ſtatim poſt initium Cap. III. de Hier. Eccleſ. pag. 241.

Θειοτάτη καὶ ἱερὰ τελετὴ, *diviniſſimum & ſacrum ſacramentum,* ab eodem, Capite eodem, Contemplat. III. Sect. II. p. 245.

Ἱερὰ τελετὴ, *ſacrum ſacramentum,* à Chryſoſtomo. Ἀπόρρητος τελετὴ, *arcanum & ineffabile ſacramentum,* à Syneſio. Φρικωδεστάτη τελετὴ, *maximè tremendum ſacramentum,* à Chryſoſt. lib. III. de Sacerdotio, tom. VI. pag. 16. Ἡ θεία τῶν μυστικῶν τελετὴ, *divinum myſticorum ſacramentum,* à Cæſario, quæſt. XXIX. pag. 54.

25. Τράπεζα.
a. Simpliciter.

XXV. Τράπεζα. Ita vocatur Euchariſtia I. Cor. X. 21: frequenter etiam à Patribus, idque 1. *Simpliciter*, ſine epitheto.

epitheto. Chrysost. Hom. III. in Epist. ad Ephesios: Πῶς ἔμεινας, καὶ οὐ μετέχεις τῆς τραπέζης; *Quomodo mansisti, neque tamen mensæ fis particeps?* 2. Cum variis epithetis; quod usitatissimum est. Φοβερὰ καὶ μυστικὴ τράπεζα, *tremenda & mystica mensa*, vocatur à Chrysostomo. Φρικτὴ καὶ πνευματικὴ τράπεζα, *tremenda & spiritualis mensa*, ab eodem, Hom. I. in Genesin. Πνευματικὴ τράπεζα, *spiritualis mensa*, ab eodem in Psal. CXLV. Μυστικὴ τράπεζα, *mystica mensa*, ab eodem in Psal. XC: & à Gregorio Nazianzeno Orat. XL. pag. 660: Αἰδέσθητι τὴν μυστικὴν τράπεζαν ᾗ προσῆλθες· τὸν ἄρτον, οὗ μετείληφας· τὸ ποτήριον, οὗ κεκοινώνηκας τοῖς Χριστοῦ πάθεσι τελούμενος. *Reverere mysticam mensam, ad quam accessisti: panem, cujus particeps factus es: calicem, quem accepisti, cùm Christi passionibus initiareris.* Βασιλικὴ τράπεζα, *regia mensa*, à Chrysost. Homil. XXIV. in I. ad Corinth. & Hom. XVII. in Epist. ad Hebræos. Ἀθάνατος τράπεζα, *immortalis mensa*. Chrysost. Homil. XIII. in Epist. ad Hebræos: Ἀθανάτου τραπέζης μετέχειν, *immortalis mensæ participem esse*. Ἱερὰ τράπεζα, *sacra mensa*, à Chrysost. Homil. X. tom. V. pag. 40. Φρικτὴ τράπεζα, *tremenda mensa*, ab eodem, Homil. XXI. tom. V. pag. 129. Φρικτὴ καὶ θεία τράπεζα, *tremenda & divina mensa*, ab eodem, Homil LXXII. tom. V. p. 518. Φρικώδης τράπεζα, *formidabilis mensa*, ab eodem, Homil. XXI. t. V. Edit. Paris. p. 313.

b. *Cum variis epithetis.*

Ita autem S. Cœna vocatur, quia olim in mensa celebrata fuit. Testis est Basilius M. qui Epist. LXXIII. tom. II. pag. 870. docet, Orthodoxos τὰ θυσιαστήρια ἐκείνου ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Γαγγρηνῶν καταστρέψαι καὶ ἑαυτῶν τραπέζας προθεῖναι, *altaria ejus* (Basilidis) *in agro Gangrenorum subvertisse, mensásque suas substituisse*. Cyrillus Alex. lib. IV. adv. Nestor. pag. 116: Ἥκιστα θεότητος φύσις ἐστὶ τὸ προκείμενον ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν, ἀλλὰ ἴδιον σῶμα τοῦ ἐκ Θεοῦ πατρὸς φύντος λόγου. *Haud natura divinitatis id est, quod in sanctis Ecclesiarum mensis proponitur, sed proprium corpus Verbi ex Patre geniti.* An statim in primitiva Ecclesia fuerint *altaria*, an verò aliquot seculis *mensæ* sint retentæ, nostri nunc non est otii disquirere. Consulat, cui placet & vacat, nobilissimum DN. Plessæum, lib. II. de Eucharistia, Cap. XII. Vedelii Exercitat. VI. in Epist.

Ignatii ad Ephesios, Rittershusii sacrarum Lect. lib. VIII Cap. IX.

26. Τροφή. XXVI. Τροφή. Vocatur τροφὴ πνευματικὴ, *cibus spiritualis.* Chrysost. Homil. III in Epist. ad Ephesios: Πηροῦται ἡμῶν ἡ ψυχὴ, ὅταν μὴ μετέχωμεν τῆς πνευματικῆς τροφῆς. *Corrumpitur anima nostra, si cibi spiritualis non simus participes.* Μυστηριώδης τροφὴ, *mysterio plenus cibus* vocatur ab Eusebio, Demonstrat. Evang. lib. VIII. sub finem Cap. I. pag. 236. Παναγία τροφὴ, *sanctissimus cibus*, à Theodoreto, Dialogo I.

27. Δῶρον. XXVII. Δῶρον. Per incuriam hæc S. Cœnæ appellatio, suo omissa loco, huc demum transferri debuit. Cyrillus Alex. adv. Anthropomorph. Cap. XII. pag. 380: Τὸ δῶρον, ἤτοι τὴν προσφορὰν, ἣν τελοῦμεν μυστικῶς, ἐν ἁγίαις ἐκκλησίαις ταῖς τῶν ὀρθοδόξων χρὴ προσφέρεσθαι μόναις, καὶ οὐχ ἑτέρωθί που. *Donum, sive oblatio, quam mysticè celebramus, in solis Orthodoxorum sanctis Ecclesiis offerri debet, non alibi.* Ἅγια δῶρα. Balsam. ad Can. XVIII. Conc. Carthag. pag. 628: Εὐχαριστία, ἤτοι ἅγια δῶρα. *Eucharistia, sive sancta dona.* Θεῖα δῶρα. Zonaras ad Can. XIII. Basilii M. Μεταλαβεῖν τῶν θείων δώρων. *Sacram Cœnam sumere.* Vide Casaub. Exercit. XVI. num. LI. Vocatur autem δῶρον propter eam gratiam, quæ per Spiritum S. visibili additur sacramento. Sacræ itaque Cœnæ præcipuis nominibus strictim indicatis potius, quàm accuratè examinatis, quatuor, veluti mantissæ loco, antequam hoc Caput finiamus, subnectemus.

Generalia Panis & Vini nomina. Σύμβολα.

I. *Generalia Panis & Vini in Cœna Domini nomina.*

α. Σύμβολα vocantur. Theodoretus in Ἀτρέπτῳ· Ὁ Κύριος τὸ σύμβολον λαβὼν, οὐκ εἶπε, Τοῦτό ἐστιν ἡ θεότης μου· ἀλλὰ, Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. *Cùm Dominus symbolum accepisset, non dixit, Hoc est Deitas mea: sed, Hoc est corpus meum.* Idem, Epist. CXXX: Χριστὸς ἐν τῇ τῶν μυστηρίων παραδόσει λαβὼν τὸ σύμβολον, ἔφη· Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. *Cùm Christus in traditione mysteriorum symbolum accepisset, dixit: Hoc est corpus meum.* Et Epist. CXLV: Τὰ θεῖα παραδοὺς μυστήρια, καὶ τὸ σύμβολον κλάσας, καὶ διανείμας, ἐπήγαγε· Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. *Cùm Christus divina tradidisset mysteria, & symbolum fregisset atque distribuisset, subjecit: Hoc est corpus meum.* Eusebius Demonstrat. Evangel. lib. VIII. in fine Cap. I. pag. 236: Αὐτὸς τὰ

σύμ-

σύμβολα τῆς ἐνθέου οἰκονομίας τοῖς αὐτοῦ παρεδίδου μαθηταῖς, τὴν εἰκόνα τοῦ ἰδίου σώματος ποιεῖσθαι παρακελευόμενος. *Ipse discipulis suis symbola divinæ dispensationis tradebat, imaginem proprii corporis celebrari jubens.* Et mox: Ἄρτῳ δὲ χρῆσθαι συμβόλῳ τοῦ ἰδίου σώματος παρεδίδου. *Tradidit, ut uterentur pane symbolo corporis sui.* Chrysost. etiam vocat σύμβολα, Homil. LXXXII. in Matthæum. Autor Constitut. Apostol. dixit, θυσίαν ἐπιτελεῖσθαι διὰ συμβόλων σώματος καὶ αἵματος, *sacrificium perfici per symbola corporis & sanguinis.* Victor Antiochenus dicit σύμβολα ἐπιτελεῖσθαι, in Expositione ad Marcum, ad illa, Ἐσθιόντων αὐτῶν, his verbis: Διὰ τοῦτο καὶ ηὐλόγησε, καὶ εἶπε διδοὺς αὐτοῖς μεταλαβεῖν ἃ προσῆκον ἦν, ἵν᾽ ἐκεῖνοι διὰ μὲν τῆς εὐλογίας, καὶ εὐχαριστίας μάθωσιν, ὡς μεγάλα ἀληθῶς, καὶ πάσης εὐχαριστίας ἄξια τὰ διὰ τοῦ πάθους οἰκονομηθέντα τοῦ Χριστοῦ, ὧν δὴ σύμβολα ταῦτα ἐπιτελεῖσθαι παρέδωκεν αὐτοῖς. *Propterea etiam benedixit, & dixit, cùm illis dedisset, quorum eos participes fieri conveniebat, ut ipsi quidem per benedictionem & gratiarum actionem discerent, quàm verè magna & omni gratiarum actione digna sint, quæ per passionem Christi dispensata fuerunt, quorum symbola hæc celebranda ipsis tradidit.* Dionysius Areopagita, Cap. III. Hier. Eccles. Sect. IX. pag. 254: Ἐπιτεθέντων τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ τῶν σεβασμίων συμβόλων, δι᾽ ὧν ὁ Χριστὸς σημαίνεται καὶ μετέχεται. *Impositis divino altari sacris symbolis, quibus Christus significatur ac sumitur.* Et Sect. X. *panis & vinum* vocantur ἁγιώτατα σύμβολα, *sanctissima symbola.* S. Maximus in hoc caput, pag. 68. de *pane & vino*, Σύμβολα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀλήθεια. *Symbola hæc sunt, non veritas.* Idem in hoc ipsum caput, pag. 73. *panem & vinum* appellat σύμβολα τοῦ σώματος καὶ αἵματος.

b. Εἰκών. Synodus Oecumenica VII. Constant. hoc Sacramentum vocat τὴν ἀληθῆ τοῦ Χριστοῦ εἰκόνα, ἣν εἰς τύπον καὶ ἀνάμνησιν ἐνεργεστάτην τοῖς ἑαυτοῦ μύσταις παραδέδωκε, *veram Christi imaginem, quam mystis suis tradiderit, ut esset typus & efficacissima commemoratio.* Et mox: Τὴν εἰκόνα, ὕλην ἐξαίρετον, ἤγουν ἄρτου οὐσίαν προσέταξε προσφέρεσθαι. *Imaginem, eximiam materiam sive panis substantiam offerri jussit.* Vocat etiam εἰκόνα τοῦ ζωοποιοῦ σώματος Χριστοῦ, καὶ ἀψευδῆ εἰκόνα τῆς φυσικῆς σαρκός, *imaginem vivifici corporis Christi, & veram imaginem naturalis carnis.* Plura hæc ipsa Synodus in eandem suppeditat sententiam. Vide Gregorium Neo-Cæsariensem Εἰκών.

ſem in Definitione Synodi Conſtant. VII. quæ recitatur à Synodo Nicæna II. Actione VI. tom. III Concil. Colonienſium, Anno 1567 pag. 153. Quædam inde excerpimus. *Ecce vivificantis corporis illius* imaginem, *quæ honorificè & glorioſè exhibita eſt.* Item: *Eodem modo & à Deo tradita* imago *carnis ejus, panis ſcilicet divinus.*

Ἀντίτυπα. c. Ἀντίτυπα. Macarius Hom. XXVII: Ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσφέρεται ἄρτος καὶ οἶνος, ἀντίτυπον τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος· καὶ οἱ μεταλαμβάνοντες ἐκ τοῦ φαινομένου ἄρτου, πνευματικῶς τὴν σάρκα τοῦ Κυρίου ἐσθίουσιν. *Offertur in Eccleſia panis & vinum, antitypum carnis ipſius & ſanguinis: & ſumentes de viſibili pane, ſpiritualiter carnem Domini edunt.* In Liturgia Baſilii, *panis & vinum* vocantur ἀντίτυπα τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Germanus in Theoria Eccleſ. pag. 172: Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. Ἡμεῖς δὲ μεμνημένοι τῆς αὐτῆς ἐντολῆς, τὰ ἀντίτυπα προσφέρομεν, λέγοντες· Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοι, καὶ τὰ ἑξῆς. *Hoc facite in mei commemorationem. Nos verò hujus præcepti memores, antitypa offerimus, dicentes: Tua ex tuis tibi,* & cætera. Conſtitut. Apoſtol. lib. V. Cap. XIII. pag. 926: Τὰ ἀντίτυπα μυστήρια τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Ita quidem vulgò, vel ex Gloſſa, vel ex interpretatione legitur, τὰ ἀντίτυπα μυστήρια. Quod, notante Cl. Salmaſio, ſatis ineptum. Certè alii Autores dicere ſolent, μυστήρια τοῦ σώματος καὶ αἵματος, *Sacramenta corporis & ſanguinis.* Sed nuſquam legitur, μυστήρια ἀντίτυπα. Imò ἀντίτυπα eadem prorſus cum *myſteriis*, niſi quòd μυστήρια ſunt μυστικὰ & ſacra ἀντίτυπα. At cùm appellantur ἀντίτυπα corporis & ſanguinis Chriſti, ex eo ſatis intelligitur, ea eſſe ſacra antitypa, id eſt, myſteria, vel ſacramenta. Gregorius Nazianzenus Orat. XI. quæ eſt funebris in laudem ſororis ipſius Gorgoniæ, p. 187. *panem & vinum* vocat ἀντίτυπα τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος, *antitypa precioſi corporis & ſanguinis.* Eodem modo hac voce etiam Theodoretus, & alii Patres uſi. Imò, quod diligenter notandum, *panis & vinum* non tantùm ante conſecrationem, ſed etiam poſt eam; ipſo fatente Leone Allatio, de Eccleſiæ Occid. & Orient. Conſenſu, lib. III. Cap. XV. Sect. XXVIII. pag. 1230; vocantur ἀντίτυπα corporis & ſanguinis Chriſti à Clemente, Conſtit. lib. V. Cap. XIV: à Cyrillo Ieroſolymitano. Cate-

Catechesi V; à Greg. Nazianzeno in Apologetico, & Orat. funebri in sororem Gorgoniam, &c. Joh. Damascenus Orthod. fidei lib. IV. Cap. XIV. pag. 319. agnoscit quidem, ἀντίτυπα dici panem & vinum, sed affirmat, nihilominus verum esse corpus Christi, & verum sanguinem, sed ἀντίτυπα ea dici vult futurorum, non præteritorum. Verba ejus sunt: Ἀντίτυπα δὲ τῶν μελλόντων λέγονται, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθῶς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ᾽ ὅτι νῦν μὲν δι᾽ αὐτῶν μετέχομεν τῆς Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας. *Antitypa verò futurorum dicuntur, non quasi non verè sint corpus & sanguis Christi, sed quoniam nunc quidem per ipsa participes simus deitatis Christi, tunc autem intellectualiter per solam visionem.* Valde hæc ἀπροσδιονύσως dicta. Nam panis & vinum ita sunt symbola atque ἀντίτυπα corporis Christi, ut significatio hæc non ad venturum seculum sit referenda, sed ad rem præteritam atque gestam, id est, ad passionem Christi, cujus est ἀνάμνησις, ut suprà sub voce θυσία monuimus. Malè etiam Damasceni verba transposita esse, & pro, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης θέας, legendum, τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος νοητῶς, τότε δὲ διὰ μόνης τῆς θέας, observat Cl. Salmasius: nam, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης θέας, consistere non potest: intellectus enim & visus non bene cohærent, cùm ea, quæ solo visu percipiuntur, non opus sit intellectu capi. Hìc autem veritatem symbolorum corporis & sanguinis Domini ci solo intellectu participamus, non etiam visu, cùm in sola consistant gratia & virtute invisibili. Ibidem addit Damascenus, *tametsi aliqui veterum Patrum, & inter eos Basilius M. panem & vinum Eucharistiæ ἀντίτυπα vocaverint, id eos intellexisse de pane & vino ante consecrationem, non post eam.* Verba ejus, pag. 319. hæc sunt: Εἰ δὲ καί τινες ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου, τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον ἐκάλεσαν, ὡς ὁ θεοφόρος ἔφη Βασίλειος, οὐ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι εἶπον, ἀλλὰ πρὶν ἁγιασθῆναι αὐτὴν τὴν προσφορὰν. *Etsi quidam antitypa corporis & sanguinis Domini, panem & vinum vocaverunt, ut deifer vocavit Basilius, non tamen post sanctificationem dixerunt, sed ante sanctificationem oblationis.* Marcus, Archiepiscopus Ephesinus περὶ τῶν ἱερουργουμένων, in Liturgiis, pag. 141. idem sentit his verbis: Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἀντίτυπα καλεῖ τὰ προκείμενα, δῆλον ὡς μήπω τελεσμένα διὰ τῶν ῥημάτων ἐκείνων, ἀλλ᾽ ἔτι τύπον ἐπέχοντα.

καὶ

καὶ εἰκόνα φέροντα. *Propterea etiam magnus Basilius ea, quæ proponuntur, antitypa vocat, nempe nondum per verba ista consecrata, sed adhuc typum & imaginem ferentia.* At hoc fallissimum esse, ipse Allatius testatur, qui, ut suprà vidimus, *panem & vinum etiam post consecrationem à Patribus ἀντίτυπα vocari, agnoscit.* Quid ergo Theophylacto in mentem venit, qui etiam negavit, panem & vinum esse ἀντίτυπα corporis & sanguinis Christi? Audi illum in Cap. XIV. Marci, pag. 272: Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου· τοῦτο, ὃ νῦν λαμβάνετε, οὐ γὰρ ἀντίτυπος τοῦ κυριακοῦ σώματός ἐστιν ὁ ἄρτος· ἀλλ' εἰς αὐτὸ ἐκεῖνο μεταβάλλεται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὁ Κύριος γὰρ λέγει· Ὁ ἄρτος, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστίν· οὐκ εἶπεν, ἀντίτυπός ἐστι τῆς σαρκός μου, ἀλλ' ἡ σάρξ μου ἐστίν. *Hoc est corpus meum: hoc, inquam, quod nunc sumitis. Non enim exemplar quoddam Dominici corporis panis est, sed in illud ipsum convertitur corpus Christi. Dominus enim dicit: Panis, quem ego dabo, caro mea est: non dixit, Exemplar est carnis meæ, sed caro mea est.* Et in Cap. VI. Johannis, pag. 651: Ὁ ἄρτος, ὁ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὑφ' ἡμῶν ἐσθιόμενος, οὐκ ἀντίτυπόν ἐστι τῆς τοῦ Κυρίου σαρκός, ἀλλ' αὐτὴ ἡ τοῦ Κυρίου σάρξ. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἀντίτυπόν ἐστι τῆς σαρκός μου, ἀλλ' ἡ σάρξ μου ἐστί. *Panis, qui à nobis in mysteriis manducatur, non est antitypum carnis Domini, sed ipsa Domini caro. Non enim dixit, Caro, quam ego dabo, antitypum est carnis meæ, sed, caro mea est.* Cum Theophylacto etiam delirat Samona, Archiepiscopus Gazæ, qui in Liturgiis, pag. 136. negat, κοινωνίαν esse ἀντίτυπον τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, ἢ τύπον, ἢ εἰκόνα, *Communionem esse antitypum corporis Christi, aut figuram, aut imaginem.* Annon verò hoc est reliquis in faciem contradicere Patribus? Pontificii, cùm ἄκοντες ἑκόντες γε θυμῷ fateri cogantur, puriorem Ecclesiæ Græcæ antiquitatem, panem & vinum in S. Cœna vocare ἀντίτυπα corporis & sanguinis Domini, ne tamen suum de μετουσίᾳ in discrimen adducatur figmentum, lepidum invenere κρησφύγετον. Leo Allatius, loco suprà indicato, Sect. XXIX. ita nugatur: *Idem est Antitypa corporis & sanguinis esse, ac ipsum corpus & sanguinem esse.* Ἀντὶ *enim apud Græcos oppositionem infert, ita tamen ut contra sibi oppositum exæquet; ideóque sæpissimè, cùm similitudinem exprimere volunt, ea utuntur. Ita* ἀντίθεος, *non*, qui contra Deum, *sed* qui Deo similis *est, &c.* Tandem, multis aliis exem-

***An* ἀντίτυπα *idē quod* ἰσότυπα.**

exemplis in medium allatis, concludit: *Pari ratione* ἀντίτυπα *erunt* ἰσότυπα. *Et sic Eucharistia, cùm à Basilio & aliis dicitur* ἀντίτυπα, *idem fuerit, ac si diceretur* ἰσότυπα. Ἴσα *nempe æqualia, similia, eadem cum corpore & sanguine Christi, etsi tectè & relatè.* Hactenus ille. Verùm, ἀντίτυπον substantivè idem omnino est, quod τύπος: sunt enim nomina quædam, quæ assumta præpositione significationem non mutant; ut πολίτης & συμπολίτης, πατριώτης & συμπατριώτης idem significant. Ita etiam ἀντίλυτρον idem quod λύτρον, sic ἀντίζηλος, pro *Zelotypo*, & ἀντιζηλῶν pro ζηλῶν. Glossæ: Ἀντίτυπον. *Exemplum. Exemplar. Instar.* Ipse etiam Theophylacti Interpres, homo Pontificius, locis modò adductis, ἀντίτυπος reddit, *figura & exemplar: figuratio quædam.* Si Allatii vera sententia, tum ad Hebr. Cap. IX. 24. χειροποίητα ἅγια, quæ Apostolo dicuntur ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, erunt ipsa ἀληθινὰ ἅγια, ac proinde cœlum; quo quid absurdius fingi queat? Quid ergo sunt? Sunt τύπος τοῦ οὐρανοῦ. At ἀντίτυπα Allatio ἰσότυπα. Aliter Theophylactus, qui ad locum istum ad Hebræos, pag. 967: Οἱ μὲν ἄλλοι ἀρχιερεῖς εἰς τὰ χειροποίητα ἅγια εἰσήρχοντο, ἅτινα ἦσαν ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, τουτέστι, τοῦ οὐρανοῦ ἦσαν τύπος. *Alii quidem Pontifices in manufacta sancta ingrediebantur, quæ fuerunt exemplaria verorum, hoc est, cœli figura fuerunt.* Eodem modo Chrysost. Homil. XVII. in Epist. ad Hebræos: Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν. Κἀκεῖνά ἐστιν ἀληθινὰ, ταῦτα δὲ τύποι. *Non enim in manufacta sancta Christus introiit, exemplaria verorum. Illa ergo sunt vera, hæc verò typi.* Rursus, si verum dicit Allatius, tum I. Petri III. 21. Baptismus & arca Noachi erunt ἰσότυπα, Baptismus erit ipsa arca. Aliter sentit Apostolus; nempe docet, Baptismum esse ἀντίτυπον arcæ Noachi, *ei correspondentem typum, figuram.* Idem ergo τύπος quod ἀντίτυπον. Profectò, si ἀντίτυπα essent ἰσότυπα, stultè omnino Theophylactus, strenuus ille μετουσίας Pontificiæ πρόμαχος, negaret, panem & vinum esse ἀντίτυπα corporis & sanguinis Christi. Hic non prætereundum, veterem Autorem apud Photium, Codice CCXXXII. pag. 900. Stephanum cognomento Gobarum, τύπον ab ἀντιτύπῳ distinguere. Ejus verba sunt: Ὅτι ὁ χαλκοῦς ὄφις, ὃν ὕψωσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁ Μωσῆς, τύπος ἦν τοῦ σταυροῦ· καὶ ὅτι οὐχ

An serpens æneus Christi fuerit τύπ☉, an ἀντίτυπ☉.

τύπ☉, ἀλλὰ ἀντίτυπ☉. *Æneus serpens, quem Moses in deserto erexit, typus fuit Domini: & non fuit typus, sed antitypus.* Ad quæ Cl. Salmasius: *Τύπ☉ per umbram magis, & quasi per nebulam obscuriùs rem figurat: ἀντίτυπον verò clarioris est ad veritatem significandam expressionis. Ideo serpens ille erectus in ligno, qui ad se aspicientes sanabat, revera ἀντίτυπον potiùs fuit, quàm τύπ☉ Christi in crucem, ad nos à morte æterna servandos, subvecti. Non adumbrabat igitur tanquam typus serpens ille æneus Christum, sed clarè repræsentabat. Veteres tamen non agnoscunt differentiam inter τύπον & ἀντίτυπον. Nec possum aliam comminisci, quàm ut τύπ☉ sit rei futuræ pariter & præteritæ, ἀντίτυπον tantùm præteritæ. Nunquam enim Veteres usurpârunt ἀντίτυπον quàm de præterito. Arca Noachi τύπ☉ est Baptismi, non ἀντίτυπον. At Baptisma ἀντίτυπον est arcæ Noachi, ut Petro dicitur.* Hactenus magnus ille Vir. Ita Cæsarius, quæst. ult. pag. 208. dicit, Baptismum esse ἀντίτυπον Circumcisionis: Πᾶσι τοῖς ἐπ᾽ ἄκρων παιδείας μετειληφόσι δῆλον, ἀντίτυπον τῆς περιτομῆς ὑπάρχειν τὸ σωτήριον βάπτισμα. *Qui vel primis labiis literas gustârunt, nôrunt, salutare Baptisma antitypum esse Circumcisionis.* Cyrillus Jerosol. Catechesi II. Baptismum vocat ἀντίτυπον τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, *exemplar perpessionibus Christi respondens.* Quòd verò idem ille doctissimus Salmasius asserit, se illud inter τύπον & ἀντίτυπον discrimen non alibi apud Veteres reperisse, quàm apud Gobarum, non est simpliciter & absolutè, sed de hac sola materia intelligendum: nempe Veteres in sola hac de serpente æneo quæstione hoc discrimen ponere: aliâs enim eadem occurrunt apud Greg. Nazianzenum, Orat. XLII. pag. 692: Ὁ χαλκοῦς ὄφις κρεμᾶται μὲν κατὰ τῶν δακνόντων ὄφεων, οὐχ ὡς τύπ☉ δὲ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντ☉, ἀλλ᾽ ὡς ἀντίτυπ☉. *Serpens æneus adversus serpentes suspenditur mordentes, non tamen ut Christi pro nobis passi typus, verùm ut antitypus.* Ad quæ Nicetas ejus Scholiastes. *Theologus serpentem æneum Christi typum haudquaquam esse censet, (neque enim fas ac pium est, perversum spiritum Christi typum vocare) verùm antitypum, hoc est, contrariam figuram. Etenim serpens à principio homini exitium attulit: Christus autem postea salutem, &c.* Et quæ Nazianzenus habet, ea à Theophane repetuntur, Homil. III. pag. 17. addita explicatione: Ἐπειδὰν μὲν ὁ χαλκοῦς ὄφις ἐκεῖν☉ τῶν ὁμοειδῶν

ὄφεων ἀμβλυνῶν τὸν ἰὸν τοὺς ἀλλοτριοειδεῖς ἀνθρώπους ἔσωζεν· ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν ἐν σταυρῷ ὑψωθεὶς, τῶν μὲν ἀλλοτρίων δαιμόνων τὴν ἰσχὺν κατέρρηξε, τοὺς δὲ οἰκείους καὶ ὁμοειδεῖς ἀνθρώπους ἔσωσεν, εἰκότως αὐτὸν ὁ πατὴρ εἰλῆφθαί φησιν ὡς ἀντίτυπον. *Nam quoniam æneus ille serpens similium sibi serpentium venenum retundens, homines alterius naturæ servavit; Salvator verò noster sublatus in crucem, alienam naturam habentium dæmonum vires contrivit, cognatos verò & sibi similes homines servavit, meritò ille Pater* (Gregorius Nazianzenus) *eum, ut antitypum, acceptum esse dicit.* His ergo ἀντίτυπον notat *contrarium*, quæ vocis notio satis usitata. Ita Theodoretus, ἀντίτυπον γνώμην ἔχειν, *contrariam habere sententiam.* Longè verò meliùs idem hic Theodoretus, quæst. XXXVIII. in Numeros, explicat, quomodo, & cur serpens æneus fuerit typus Christi. Digna verba ejus, quæ hîc exstent. Προτυποῦται τὸ σωτήριον πάθος ἐν τῷ ὄφει τῷ χαλκῷ. Ὥσπερ γὰρ ὁ χαλκοῦς ὄφις ἴνδαλμα μὲν τῶν ὄφεων ἦν, οὐκ εἶχε δὲ τῶν ὄφεων τὸν ἰόν· οὕτως ὁ μονογενὴς υἱὸς σῶμα μὲν εἶχεν ἀνθρώπινον, κηλῖδα δὲ ἁμαρτημάτων οὐκ εἶχε· καὶ καθάπερ οἱ ὑπὸ τῶν ὄφεων δακνόμενοι, τὸν χαλκοῦν ἀποβλέποντες ὄφιν σωτηρίας ἀπήλαυον· οὕτως οἱ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας πληττόμενοι, τῷ πάθει τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀνενδοιάστως πιστεύοντες, κρείττους ἀποφαίνονται τοῦ θανάτου, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀπολαύουσι. *Per serpentem æneum salutaris præfiguratur passio. Quemadmodum enim serpens æneus imago quidem serpentium erat, venenum autem serpentium non habebat: ita Filius unigena corpus quidem humanum habebat, maculam verò peccatorum non habebat: & quemadmodum serpentium morsibus læsi, ad serpentem æneum respicientes, sanabantur: ita à peccatis vulnerati, passioni Salvatoris nostri indubitanter credentes, superiores morte existunt, & vita æterna fruuntur.*

d. Τύπος. Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi Νεοφωτίστων IV. pag. 208. Ἐν τύπῳ ἄρτου, δίδοταί σοι τὸ σῶμα. Καὶ ἐν τύπῳ οἴνου, δίδοταί σοι τὸ αἷμα. *In figura panis, datur tibi corpus: & in figura vini, datur tibi sanguis.* Eodem modo Theodoretus, & alii Patres loquuntur. Atque hæc appellatio μετουσίαν & συνουσίαν prorsus destruit. Si enim panis, exutâ propriâ substantiâ, indueret substantiam corporis Christi, non ampliùs ejus τύπος, *figura* dici posset, cuius *figura* est, ubi nempe id ipsum existere inciperet. Idem de vino sentiendum. Cum enim signum transmu- Τύπος.

tatur in rem ſignificatam, deſinit eſſe ſignum, & fit illud, quod antea ſignificabat. Ne dubitare poſſis, audi, quomodo de *typis* loquantur Veteres. Chryſoſtomus Homil. X. in Epiſt. ad Philippenſes. Ὁ τύπος ἕως ἂν μέλλῃ ἔρχεσθαι ἡ ἀλήθεια, καλεῖται τοῦτο· ἐπειδὰν δὲ ἔλθῃ ἡ ἀλήθεια, οὐκέτι καλεῖται· οἷον ἐπὶ σκιαγραφίας· ὑπογράφει τις βασιλέα σκιαγραφῶν· ἕως ἂν οὐκ ἐπάγηται τὰ ἄνθη, οὐ λέγεται βασιλεύς· ἐπειδὰν δὲ ἐπιτεθῇ, κρύπτεται μὲν τῇ ἀληθείᾳ ὁ τύπος, καὶ οὐ φαίνεται· τότε δὲ καὶ λέγομεν, Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς. *Typus, donec ventura eſt veritas, illud vocatur*, nempe veræ rei nomine venit: *poſtquam verò advenerit veritas, non ampliùs vocatur. Simile quiddam evenit in adumbrata pictura: deſcripſit quiſpiam Regem, eum adumbrans. Lineamenta illa adumbrata, quamdiu pigmentorum flos & color verus non inducitur, non dicitur Rex: ubi colores acceſſerint, occultatur quidem à veritate typus, nec apparet: tunc verò etiam dicimus, Ecce Rex.* Idem, Homil. CXLIX. tom. V: Ἀληθείας παρούσης, ὁ τύπος ἄκαιρος. *Siquidem ipſa præſens ſit veritas, typus intempeſtivus eſt.* Oecumenius in Cap. VII. ad Hebræos, pag. 829: Ὁ τύπος οὐ κατὰ πάντα ἴσος ἐστὶ τῇ ἀληθείᾳ. (ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἀλήθεια εὑρίσκεται), καὶ ταυτότης μᾶλλον, ἢ τύπος) ἀλλ' εἰκόνας ἔχει τινὰς καὶ ἰνδάλματα. *Typus non per omnia æqualis eſt veritati: (id enim ſi eſſet, etiam ipſe foret veritas, adeóque identitas potiùs, quàm typus) ſed imagines quaſdam habet & ſimulachra.* In eandem ſententiam multa & præclara ſcripſit Chryſoſtomus, Homil. LI. t. V. pag. 348. Pauca inde excerpamus. Οὐκ ἀπηλλοτριῶσθαι πάντῃ χρὴ τὸν τύπον τῆς ἀληθείας, ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη τύπος· οὔτε πάλιν ἐξισάζειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἐπεὶ πάλιν καὶ αὐτὸς ἀλήθεια ἔσται· ἀλλὰ δεῖ μένειν ἐπὶ τῆς οἰκείας συμμετρίας, καὶ μήτε τὸ πᾶν ἔχειν τῆς ἀληθείας, μήτε τοῦ παντὸς ἐκπεπτωκέναι. Ἂν μὲν γὰρ τὸ πᾶν ἔχῃ, ἀλήθεια πάλιν ἐστὶ καὶ αὐτός· ἂν δὲ τοῦ παντὸς ἐκπέσῃ, τύπος εἶναι λοιπὸν οὐ δύναται, ἀλλὰ δεῖ τὸ μὲν ἔχειν, τὸ δὲ τῇ ἀληθείᾳ τηρεῖν. *Non oportet omnino alienum eſſe typum à veritate, alioqui non eſſet typus: neque omnino adæquari veritati, quia rurſus ipſe foret veritas: ſed oportet manere in ſuo modo, & neque omnem habere veritatem, neque omni veritate deſtitui. Nam ſi totum habeat, iterum ipſe ipſa eſt veritas: ſin toto deſtituatur, deinceps typus eſſe non poteſt: ſed oportet, ut partem quidem habeat, partem verò veritati reſervet.* Nec à ſcopo aliena verba Theodoreti in I. ad Corinth. XI. 26: Μετὰ δὴ τὴν

αὐτοῦ

αὐτοῦ παρουσίαν, οὐκέτι χρεία τῶν συμβόλων τοῦ σώματος, αὐτοῦ φαινομένου τοῦ σώματος. *Etenim post ejus* (Christi) *adventum, non amplius erit opus symbolis seu signis corporis, cùm ipsum corpus ejus apparebit.*

II. *Specialia Panis nomina.* Vocatur Ἄρτος εὐχαριστηθεὶς, *Panis per gratiarum actionem consecratus.* Justinus Martyr Apologiâ ad Antoninum Pium, pag. 162: Οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαμβάνειν ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος. *Illi, qui apud nos Diaconi vocantur, unicuique præsentium distribuunt, ut participent eum, in quo gratia acta sunt, panem, vinum & aquam.* Ibidem mox appellatur εὐχαριστηθεῖσα τροφὴ, *cibus gratiarum actione consecratus.* Observa, post consecrationem, panem & vinum ita appellari. Agnovit ergo Justinus, etiam post consecrationem adesse panem & vinum. Vide Casaubonum Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, num. XL. Θεῖος ἄρτος, *divinus panis*, à Dionysio Areopagita, Hier. Eccles. Cap. III. Πνευματικὸς ἄρτος, *spiritualis panis.* Ita eum vocat Cyrillus Ierosol. Catechesi Νεοφωτ. IV. pag. 211: Δεῦρο, φάγε ἐν εὐφροσύνῃ τὸν ἄρτον σου, τὸν πνευματικὸν ἄρτον. *Veni, comede cum lætitia panem tuum, panem spiritualem.* Circa finem illius Catechesis dicit, *nos ejus panis participes fieri ut spiritualis,* μεταλαμβάνειν αὐτοῦ ὡς πνευματικοῦ. Appellatur etiam τροφὴ πνευματικὴ, ut suprà vidimns: *Poculum* dicitur ποτήριον πνευματικὸν, ut infrà sequetur: ipsa *communio* πνευματικὴ καὶ φρικτὴ τῶν μυστηρίων κοινωνία, à Chrysostomo, Homil. X. in Johannem: *mensa,* πνευματικὴ τράπεζα. Iterum Cyrillus Catechesi eadem, pag. 209, verba Christi, quibus manducationem carnis suæ servari volentibus præcipit, spiritualiter intelligenda esse monet, eósque, qui non sic intellexissent, scandalizatos retro abiisse, & Magistrum deseruisse docet: Ἐκεῖνοι μὴ ἀκηκοότες πνευματικῶς τῶν λεγομένων, σκανδαλισθέντες ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, νομίζοντες ὅτι ἐπὶ σαρκοφαγίαν αὐτοὺς προτρέπει. Notanda etiam Ammonii verba in Catena in Cap. VI. Johannis, p. 192: Ὡς παρὰ φύσιν ὄντος τοῦ πράγματος ἀπιστοῦσιν, ὡς ψυχικοὶ οὐ νοοῦσι τὸ πνευματικὸν τοῦ Κυρίου ῥῆμα. *Tanquam rem natura contrariam, minimè credunt, ut animales spirituale Domini verbum non intelligunt.* Patres Baptismum, ut superiori capite monuimus, vocant πνευματικὸν λουτρὸν, *spirituale lavacrum.*

Specialia Panis nomina.

Ἄρτος εὐχαριστηθείς.

Θεῖος ἄρτος.

Πνευματικὸς ἄρτος.

Nemo tamen propterea existimavit, aquam Baptismi spiritalem in sanguinem Christi mutari, aut suam substantiam & naturam, in aliam transeundo, quocunque modo deperdere.

Ἄρτος προθέσεως.

Ἄρτος προθέσεως, *panis propositionis.* Johannes Zonaras, Epist. XXXII: Ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος, αὐτή ἐστιν ἐκείνη ἡ τοῦ Χριστοῦ σὰρξ ἡ σφαγιασθεῖσα τότε καὶ τῷ τάφῳ δοθεῖσα. *Panis propositionis, ipsa est illa Christi caro, quæ mactata tum & sepulchro mandata fuit.* Hæc appellatio ex V. Test. petita.

Ἄρτος ἐπιούσιος.

Ἄρτος ἐπιούσιος. Vide Casaubonum Exercitat. XVI. ad Annales Baronii, num. XXXIX. Nos unam atque alteram afferimus autoritatem, ut probemus, Veteres per ἄρτον ἐπιούσιον in Oratione Dominica ipsum intellexisse Christum. Damascenus lib. IV. Orthod. fidei, Cap. XIV. pag. 318: Οὗτος ὁ ἄρτος ἐστὶν ἡ ἀπαρχὴ τοῦ μέλλοντος ἄρτου, ὅς ἐστιν ἐπιούσιος. Τὸ γὰρ ἐπιούσιον δηλοῖ, ἢ τὸν μέλλοντα, τουτέστι τὸν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἢ τὸν πρὸς συντήρησιν τῆς οὐσίας ἡμῶν λαμβανόμενον. *Hic panis est primitiæ futuri panis, qui est* ἐπιούσιος, id est, *venturus.* Ἐπιούσιον *enim significat vel eum, qui venturus est, id est venturi seculi, vel eum, qui ad substantiæ nostræ conservationem sumitur.* Athanasius de assumta natura humana, tom. I. pag. 607: Χριστὸς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ἐν τῇ εὐχῇ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι αἰτεῖν τὸν ἐπιούσιον ἄρτον, τουτέστι τὸν μέλλοντα, οὗ ἀπαρχὴν ἔχομεν ἐν τῇ νῦν ζωῇ τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου μεταλαμβάνοντες. *Christus in Oratione nos docuit in hoc seculo petere* ἐπιούσιον ἄρτον, *id est, futurum, cujus primitias habemus in hac vita, carnem Domini sumentes.* Germanus in Theoria Ecclesi. pag. 175: Ὁ ἄρτος ὁ ἐπιούσιός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὁ ὢν, καὶ προὼν, καὶ μένων εἰς τοὺς αἰῶνας. *Panis* ἐπιούσιος *est Christus, qui est, & qui fuit, & qui manet in secula.* Nemini autem mirum videatur, quòd hi ἐπιούσιον interpretentur μέλλοντα: nam ab ἐπιών, quod est ἐπερχόμενος, *venturus,* factum est ἐπιούσιος, ut à περιών, περιούσιος, *quod superest,* vel *abundat.* Ita ab ἑκών, ἑκούσιος, ab ἐθέλων, ἐθελούσιος. Optimæ Glossæ: Ἐπιών, ὁ μέλλων χρόνος, *posterum tempus.* Ἄρτος ἐπιούσιος igitur non est τῆς ἐπιούσης sc. ἡμέρας, sed τοῦ ἐπιόντος, *qui ultimo tempore venturus est,* in die nempe judicii. De pane communi non esse capiendum, ipsa Orationis Dominicæ verba satis ostendere videntur. Noster panis ibi vocatur ὁ ἄρτος ἡμῶν. Atqui panis noster non potest dici de crastino, vel crastini diei pane, qui non magis

magis eſt noſter, quàm dies ipſe, qui nondum venit. Si de pane, qui editur, intellexiſſet Dominus, ſine dubio dixiſſet: Δὸς ἡμῖν ἄρτον τὸν καθ' ἡμέραν, σήμερον. At dixit, Τὸν ἄρτον ἡμῶν, τὸν ἐπιούσιον, δὸς ἡμῖν σήμερον. Ita Cl. Salmaſius. Conſentit Cyprianus de Orat. Dominica, pag. 268. ad petitionem IV. his verbis: *Quod poteſt & ſpiritaliter & ſimpliciter intelligi: quia & uterque intellectus utilitate divina proficit ad ſalutem. Nam panis vita Chriſtus eſt, & panis hic omnium non eſt, ſed noſter eſt. Et quomodo dicimus,* Pater noſter, *quia intelligentium & credentium Pater eſt: ſic & panem noſtrum vocamus, quia Chriſtus, noſter, qui corpus ejus contingimus, panis eſt. Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abſtenti & non communicantes à cœleſti pane prohibemur, à Chriſti corpore ſeparemur.* Et paulò pòſt: *Et ideo panem noſtrum, id eſt, Chriſtum dari nobis quotidie petimus, ut qui in Chriſto manemus & vivimus, à ſanctificatione ejus & corpore non recedamus.* Eodem modo interpretantur alii, nempe Tertullianus de Oratione, Ambroſius lib. V. de ſacrificiis, Cyrillus Ieroſolymitanus Oratione myſtagogica V. Auguſtinus in Epiſt. CXXI. ad Probam, & ſæpius alibi, &c. Vide infrà Cap. X. ad Pet. IV.

Ἄρτος ζωῆς, ἄρτος Θεοῦ. Vide Caſaubonum Exercitat. XVI. num. XXXIX. *Ἄρτος ζωῆς, ἄρτος Θεοῦ.*

III. *Specialia Calicis nomina.* Vocatur *Specialia Calicis nomina.*

Ποτήριον πνευματικὸν, σωτήριον, ἄγγαλον (?) τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ, à Chryſ. Hom. LXXXIV. t. V. pag. 583. Ποτήριον βασιλικὸν, *calix regius*, ab eodem, Homil. CXXIII. tom. V. Ποτήρια βασιλικὰ, ab eodem Homil. XVII. in Epiſt. ad Hebræos: Ὁ τοιοῦτος προσίτω, καὶ ποτηρίων ἁπτέσθω βασιλικῶν, *talis accedat, & calices tangat regios.* Ποτήριον τοῦ αἵματος. Chryſoſt Hom. XLV. in Matth. Τῷ ἱερεῖ μόνῳ θέμις τὸ τοῦ αἵματος ποτήριον ἐπιδιδόναι. *Penes ſolum ſacerdotem eſt, calicem ſanguinis porrigere.* Τὸ τῆς εὐλογίας ποτήριον ex I. Corinth. X. 16. Vide Caſaub. Exercitat. XVI. num. XXXIII. Φρικτὸν ποτήριον. Theophylactus in I. ad Corinth. XI. ad v. 25: Καὶ διὰ τοῦ ποτηρίου ἀνάμνησιν τελεῖς τοῦ δεσποτικοῦ θανάτου. Πῶς οὖν αὐτὸς μόνος πίνεις καὶ μεθύεις, τοῦ φρικτοῦ ποτηρίου πᾶσιν ἐπίσης δοθέντος; *Per poculum memoriam celebras Dominicæ mortis. Qui igitur tu ſolus bibis & inebriaris,*

ris, tremendo iſto calice omnibus ex æquo tradito? Ποτήριον μυστικόν. Socrates Hiſt. Eccleſ. lib. I. Cap. XXVII. pag. 187. ubi de Athanaſio, qui falsò erat accuſatus, ὅτι ἀνέτρεψε μὲν τὴν τράπεζαν, ποτήριον δὲ κατέαξε μυστικόν, *quòd menſam quidem ſubverterit, calicem verò myſticum fregerit.* Vide etiam Philoſtorgium, in hac narratione, ut aliâs ſæpe φιλοψευδῆ κατηγορίαν, teſte Photio, lib. II. tm. XII. pag. 19: & Apologiam Synodi Alexandrinæ pro Athanaſio, apud Athanaſium, tom. I. pag. 629. Ποτήριον τῶν μυστηρίων, *poculum myſteriorum*, à Neſtorio, apud Cyrillum Alex. lib. IV. adv. Neſtor. p. 118. Ἅγιον ποτήριον, Can. X. Concilii Conſtantinop. in Templo Apoſtolorum. Κρατὴρ τῆς μυσταγωγίας, *Calix myſtagogiæ*, id eſt, S. Cœnæ. Chryſoſt. Homil. CI. tom. V. pag. 659.

Ad S. Cœnam accedere, quid.

IV. Reliquum eſt, ut *varios loquendi modos, quibus Græci utuntur, quando aliquem ad S. Cœnam accedere* dicunt, leviſſimo ſaltu percurramus. Προσέρχεσθαι ſimpliciter, Chryſoſt. Hom. III. in Epiſt. ad Epheſios: vel τῇ φρικτῇ καὶ πνευματικῇ τραπέζῃ προσελθεῖν, *ad tremendam & ſpiritualem menſam accedere*, iterum Chryſoſt. Homil. I. in Geneſin. Προσιέναι ſimpliciter. Chryſoſt. Homil. III. in Epiſt. ad Epheſios: Οὐκ ἐπιφάνια, οὐδὲ τεσσαρακοστὴ ποιεῖ ἀξίους τοῦ προσιέναι, ἀλλὰ ψυχῆς εἰλικρίνεια καὶ καθαρότης. Μετὰ ταύτης ἀεὶ πρόσιθι, χωρὶς ταύτης μηδέποτε. *Non Epiphania, neque quadrageſima dignos facit, qui accedant, ſed animæ ſinceritas & puritas: cum hac ſemper accedas, ſine hac nunquam.* Germani eodem modo ſimpliciter dicunt zugehen. Προσιέναι τῇ φρικτῇ καὶ θείᾳ τραπέζῃ, *ad tremendam & divinam accedere menſam.* Chryſoſt. Homil. LXXII. tom. V. pag. 518. Τῇ ἱερᾷ προσιέναι τραπέζῃ, *ad ſacram accedere menſam*, Chryſoſt. Homil. XXVI. tom. V. Hinc πρόσοδος ipſe ad S. Cœnam acceſſus. Chryſoſt. Homil. III. in Epiſt. ad Epheſios, Καιρὸς προσόδου, *tempus acceſſus*, ſc. ad S. Cœnam. Et Hom. V. in I. ad Timoth. Χρόνος προσόδου ἔστω ἡμῖν τὸ καθαρὸν συνειδός. *Tempus acceſſus nobis ſit conſcientia pura.* Iterum Chryſoſt. Hom. XVII. in Epiſt. ad Hebræos, μία καὶ ἐνιαύσιος πρόσοδος, *una & anniverſaria acceſſio.* Eodem ſenſu dicit Chryſoſt. Hom. LXXII. tom. V. Καιρὸς τῆς προσελεύσεως, *tempus acceſſus.* Τῆς ἱερᾶς ἅψασθαι θυσίας, *ſanctum contingere ſacrificium.* Chryſoſt. Hom. LX. tom. VI. Τοῦ κοινοῦ ἐφάπτεσθαι δεσπότου, *communem contrectare Dominum* Idem.

Τρα-

Τραπέζης πνευματικῆς ἀπολαύειν. *Mensa spirituali frui*, Chrysost. in Psal. CXLV.

Μετέχειν simpliciter. Chrysost. Hom. XVII. in Epist. ad Hebræos: Οἱ ἐν τῇ εἰρήνῃ καθεζόμενοι ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μετέχουσι, πολλάκις δὲ καὶ διὰ δύο ἐτῶν. *Qui in pace sedent semel in anno communicant, sæpius verò in toto biennio.* Ἁπλῶς μετέχειν, *sine præparatione communicare*, Chrysost. Homil. III. in Epist. ad Ephesios. Ὁ μετέχων, *qui communicat*, ibidem. Μετέχειν τῆς τραπέζης, *mensæ participem fieri*, ibidem. Τῆς ἱερᾶς μετέχειν τραπέζης, *sacræ mensæ participem fieri*, idem Homil. XVIII. in II. ad Corinthios. Δεσποτικοῦ σώματος μετέχειν, *corporis Dominici participem fieri*, Chrys. Homil. XXXII. in Matth. Τῶν μυστηρίων μετέχειν, *mysteriorum participem fieri*, idem Homil. III. in Epist. ad Ephesios. Τῆς μεταλήψεως μετέχειν, *communionis participem fieri*, idem Homil. XVII. in Epist. ad Hebræos.

Μεταλαμβάνειν simpliciter. Theophylactus in Cap. XIV. Matthæi: Οὐδεὶς ἀβάπτιστος μεταλαμβάνει, *nullus non baptizatus communicat.* Ἀχράντου θύματος μεταλαβεῖν, *incontaminatum sacrificium participare*, Philostorgius lib. II. tm. XIV. pag. 20. Τοῦ δεσποτικοῦ σώματος καὶ αἵματος μεταλαμβάνειν, *Dominicum corpus & sanguinem participare*, Theodoretus quæst. LII. in I. Regum.

Κοινωνεῖν simpliciter. Basilius M. Epist. CCLXXXIX: Τὸ κοινωνεῖν καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν καλὸν καὶ ἐπωφελές· ἡμεῖς τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν. *Bonum & utile est, singulis communicare diebus: nos quater singulis hebdomadis communicamus.* Μυστικῆς κοινωνεῖν θυσίας, *mystico communicare sacrificio*, Philostorg. lib. III. tm. XIV. p. 47.

CAPUT

CAPUT V.

ΣΥΓΚΑΤΑΒΑΙΝΩ,

ΣΥΓΚΑΤΑΒΑΣΙΣ. ΤΡΑΠΕΖΙΤΗΣ.

Quid συγκαταβαίνειν & συγκατάβασις significent. Deus multa per συγκατάβασιν facere dicitur. Christus multa per συγκατάβασιν fecit. Incarnatio, & opus Redemtionis multiplicem habuerunt συγκατάβασιν. Apostoli συγκαταβάσει usi. Συγκατάβασις ipsi etiam tribuitur Diabolo. Τραπεζίτης quid. Quid κολλυβιστής. Examinatur exhortatio, Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται.

Quid συγκαταβαίνειν & συγκατάβασις.

FRequentissimus & elegantissimus vocum συγκαταβαίνειν & συγκατάβασις apud Scriptores Ecclesiasticos usus. Est autem συγκαταβαίνειν *condescendere, demittere sese, ad alterius captum se accommodare*: & συγκατάβασις est quasi *condescensus*, ut eruditissimus Theodorus Gaza vertit, seu *condescensio, demissio, quâ superior & sublimior, fortior atque robustior sese accommodat atque attemperat ad mores, sensum & captum inferiorum, atque infirmiorum. Verbi gratiâ*; ita scribit doctissimus Rittershusius ad Epist. LXVIII. lib. IV. Isidori Pelusiotæ; *pater infantibus filiis suis συμψελλίζων, aut lento gradu incedens, eósque manu ducens & fulciens, dicitur ipsis συγκαταβαίνειν.* Sic etiam φιλάνθρωπος ille Pater cœlestis, pro ineffabili suo, quo genus humanum prosequitur amore, nobiscum agit, séque nobis accommodat. Cùm enim mysteria salutis nostræ nobis prorsus sint δυσνόητα, Deus illa in Scriptura, per amicam familiarissimámque συγκατάβασιν, εὐσύνοπτα καὶ εὐθεώρητα reddit. De hac Dei συγκαταβάσει, & quid illa sit, ita Chrysostomus Homil. III. περὶ ἀκαταλήπτου, tom. VI. p. 404, ubi de illustri visione Jesaiæ Cap. VI. v. 1. Τὰ Σεραφὶμ οὐκ αὐτὸ ἄκρατον ἑώρων τὸ φῶς, οὐδὲ αὐτὴν ἀκραιφνῆ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ συγκατάβασις ἦν τὰ ὁρώμενα. Τί δέ ἐστι συγκατάβασις; Ὅταν μὴ ὡς ἔστιν ὁ Θεὸς φαίνηται, ἀλλ' ὡς ὁ δυνάμενος αὐτὸν θεωρεῖν οἷός τε ἐστιν, οὕτως ἑαυτὸν δεικνύῃ, ἐπιμετρῶν τῇ τῶν ὁρώντων ἀσθενείᾳ τῆς ὄψεως τὴν ἐπίδειξιν. *Seraphim non ipsam meram videbant lucem, nec ipsam integram substantiam: sed quæ videbant, condescensus erant. Quid verò est condescensus?*

sus? Cùm Deus, non ut est, apparet, sed cùm, quatenus is videre potest, qui hujusmodi aspectu dignus, se ipsum ostendit, attemperans videntium infirmitati visionis repræsentationem. Eadem Suidas habet in voce Συγκατάβασις. Portus pro δυνάμενος, putat legendum βουλόμενος. Nihil ego muto, quia eodem modo Chrysostomus, & sententia satis plana. Quoties igitur S. Scriptura, *Deum visum fuisse, Deum ascendisse, vel descendisse*, vel alia, quæ de natura divina ἀνθρωποπαθῶς quidem enunciantur, sed θεοπρεπῶς intelligenda sunt, fecisse dicit, talis συγκατάβασις necessariò intelligi debet. Συγκατάβασις est, *quoties dicitur visus.* Chrysost. Hom. XV. in Johannem, pag. 613. quomodo Deus in V. Test. dicatur visus: Πάντα ἐκεῖνα συγκαταβάσεως ἦν, οὐκ αὐτῆς τῆς οὐσίας γυμνῆς ὄψις. *Ista omnia condescensionis erant, non ipsius nudæ substantiæ visio.* Interpres reddit, *permissionis:* minùs accuratè. Et statim ad Hoseæ Cap. XII. v. 6: Καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην. *Et in manibus Prophetarum assimilatus sum:* Τουτέστι, Συγκατέβην, οὐ τοῦτο ὅπερ ἤμην ἐφάνην. *Ad eorum me captum demisi, non id quod eram apparui.* Eadem in Catena in Cap. I. Johannis, pag. 38. repetuntur. Idem Chrysost. Hom. IV. περὶ ἀκαταλήπτου, tom. VI. pag. 412. τὸ ἐναντιοφανὲς, quòd Deus à Prophetis dicitur visus, Johannes verò I. Epist. IV. 12. asserit, *Deum à nemine unquam fuisse visum*, ita solvit: Ἵνα μάθῃς, ὅτι τὴν ἀκριβῆ αὐτοῦ κατάληψιν καὶ τὴν πεπαρρησιασμένην γνῶσιν οὐδεὶς εἶχεν· ὅτι γὰρ πάντα ἐκεῖνα συγκατάβασις ἦν, καὶ ἀκραιφνῆ τὴν οὐσίαν οὐδεὶς εἶδεν ἐκείνων, δῆλον ἐκ τοῦ διαφόρως ἕκαστον ὁρᾶν. *Ut discas, neminem ejus accuratam cognitionem & perspicuam habuisse notitiam: ista enim omnia ex condescensione quadam fuisse profecta, nec quemquam eorum puram ejus vidisse essentiam, inde patet, quia alii aliter viderunt.* Nam, ut idem Hom. XV. in Joh. ubi suprà, inquit, εἰ αὐτὴν ἑώρων τὴν φύσιν, οὐκ ἂν διαφόρως αὐτὴν ἐθεάσαντο· ἁπλῆ γάρ τίς ἐστι, καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀπερίγραπτος, κλ. *Si ipsam in se naturam conspicati fuissent, utique non diversimode illam vidissent: simplex enim est, omnis figura, compositionis & circumscriptionis expers, &c.* Et Homil. contra Anomæos, tom. VI. pag. 432: Ἐπειδὰν ἄγγελοι πολλάκις ἐπὶ τῆς γῆς ἐφάνησαν ἐν ἀνθρωπίνῳ τύπῳ, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς, τὸ φαινόμενον οὐκ ἦν σαρκὸς ἀλήθεια, ἀλλὰ συγκατάβασις. *Quoniam Angeli in terra in humana sæpius apparu-*

Deus multa per συγκατάβασιν fecisse dicitur.

paruerunt forma, ipse quin etiam Deus: quod apparuit, non erat revera caro, sed condescensio. Ψευδώνυμος. Athanasius, quæst. XXVIII. ad Antiochum, tom. II. pag. 341: Οὐδεὶς ἀνθρώπων δύναται Θεοῦ οὐσίαν γυμνὴν ἰδεῖν οὐδαμοῦ· ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν συγκαταβατικῶς ὁ Θεὸς σχηματιζόμενος, τοῖς προφήταις ἐφαίνετο ἀμελεῖ καὶ ἄσαρκος τότε ὑπάρχων, ὡς ἄνθρωπος αὐτοῖς πολλάκις ἐφαίνετο σεσαρκωμένος. *Nullus mortalium nudam Dei essentiam videre potest: verùm Deus ad hominum infirmitatem sese demittendo formam assumsit, & Prophetis apparuit: tunc etiam profectò sine carne exstitit, nihilominus ipsis sæpe ut homo incarnatus apparuit.* Iterum Chrys. Hom. XXXII. in Genesin, tom. I. p. 254. quomodo Deus Exodi Cap. XXXIII. 20. visus dicatur, ita explicat: Πῶς ὤφθη; ὡς αὐτὸς οἶδε μόνος, καὶ ὡς ἐκεῖνος δυνατὸν ἦν ἰδεῖν. Εὐμήχανος γὰρ ὢν ὁ σοφὸς καὶ φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης, καὶ συγκαταβαίνων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καταλλήλως ἑκάστῳ τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἐμφαίνει ῥοπήν. *Quomodo visus est? Ut ipse solus novit, & ut ille videre poterat. Cùm enim sapiens & benignus Dominus noster summè sit prudens, séque ad hominum naturam accommodet, congruenter unicuique suum auxilium, nutum atque propensionem patefacit.*

Deus per συγκατάβασιν dicitur ascendere, descendere.

Quando Deus dicitur ἀναβαίνειν, vel καταβαίνειν, id etiam nihil aliud est, quàm συγκαταβαίνειν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. Ita rem explicat Origenes lib. IV. contra Celsum, pag. 168: Θεὸν δὲ καταβαίνοντα ἐὰν λέγωσιν αἱ προφητικαὶ φωναὶ τὸν φήσαντα, Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ, λέγει Κύριος; τροπολογοῦμεν· καταβαίνει γὰρ ὁ Θεὸς ἀπὸ τοῦ ἰδίου μεγέθους καὶ ὕψους, ὅτε τὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα τῶν φαύλων οἰκονομεῖ. Καὶ ὥσπερ ἡ συνήθεια συγκαταβαίνειν φησὶ τοῖς νηπίοις τοὺς διδασκάλους, καὶ τοῖς ἄρτι προτραπεῖσιν ἐπὶ φιλοσοφίαν νέοις τοὺς σοφοὺς ἢ τοὺς προκόπτοντας, οὐ τῷ σωματικῶς αὐτοὺς καταβαίνειν· οὕτως εἴ που λέγεται ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς καταβαίνειν ὁ Θεὸς, ἀνάλογον νοεῖται τῇ οὕτωσὶ χρωμένῃ τῷ ὀνόματι συνηθείᾳ, οὕτω δὲ καὶ ἀναβαίνειν. *Deum verò si Prophetarum oracula descendentem agnoscunt, dicentemque,* Nónne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus? *Jerem. Cap. XXIII. 24. Figuratè id dictum accipimus. Descendit enim Deus à sua majestate & altitudine, quoties res hominum, præsertim malorum, dispensat. Et quemadmodum vulgaris loquendi consuetudo magistros dicit* condescendere pueris, *& in Philosophia provectos novitiis discipulis,*

nequa-

nequaquam de corpore hoc volens intelligi: ita sicubi Deus in sacra scriptura descendere *dicitur, pari modo intelligendum est, juxta receptam loquendi consuetudinem: ita etiam* ascendere *Deus dicitur.*

De Dei συγκαταβάσει multa Chrys. Hom. IV. ad Col. & Hom. III. ad Tit. post aliquot exempla, tandem subjicit: Οὕτω πανταχοῦ συγκαταβαίνει· καὶ τί τοῦτο θαυμάζεις; *Adeò ubique & in omnibus condescendit: & quid hoc miraris?* Et mox: Οὐδαμοῦ γὰρ αὐτὴν ἀξίαν ὁρᾷ τὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ ἡμῶν χρήσιμον. Εἰ γὰρ πατὴρ οὐχ ὁρᾷ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλὰ συμψελλίζει τοῖς παιδίοις, καὶ τροφὴν, καὶ ἐδέσματα, καὶ πόματα οὐχ ἑλληνικοῖς ὀνόμασι καλῶν, ἀλλὰ παιδικῇ τινι διαλέξει καὶ βαρβάρῳ· πολλῷ μᾶλλον ὁ Θεός. Καὶ ὀνειδίζει συγκαταβατικῶς διὰ τοῦ προφήτου, λέγων· Εἰ ἀλλάξονται ἔθνη Θεοὺς αὐτῶν. Καὶ πανταχοῦ συγκατάβασίς ἐστι ταῦτα ἐν ταῖς γραφαῖς καὶ ῥήματα, καὶ πράγματα. *Nusquam enim ad suam respicit dignitatem, sed semper ad nostram utilitatem. Nam si pater nullam habet suæ dignitatis & autoritatis rationem, sed cum puerulis linguâ tortâ balbutit quævis, & cibum, & edulia, & potiones non Græcis appellat vocabulis, sed puerili quadam atque barbara locutione: multò magis Deus. Et exprobat sese demittens per Prophetam dicendo:* Si mutabunt gentes Deos suos. *Atque hujus condescensionis divinæ argumenta invenire liceat in sacris Literis, tum verba, tum res ipsas.*

Per συγκατάβασιν Judæis sacrificia olim fuere præcepta. Chrysost. in Psal. XLIX: Θεὸς καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ἀποστῆσαι σφαγῆς τοὺς Ἰουδαίους κατὰ μικρὸν ἐθέλων, ἐχρήσατο τῇ συγκαταβάσει ταύτῃ, καὶ συνεχώρησε θυσίας, ἵνα ἀνέλῃ θυσίας. *Cùm Deus Judæos paulatim à mactandis avocare vellet brutis, hac usus est condescensione, permisitque sacrificia, ut sacrificia tolleret.* Et Homil. I. contra Judæos, tom. VI. pag. 318. Πῶς ἐπέτρεψε τὰς θυσίας; Τῇ ἀσθενείᾳ τῇ ἡμετέρᾳ συγκαταβαίνων. *Quomodo sacrificia permisit? Ad nostram sese demittendo infirmitatem.* Et Homil. XVIII. in Genes. tom. I. pag. 124: Διὰ τὴν ἄφατον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν συγκαταβαίνων ἡμῖν, διὰ τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν ἀνέχεται ταῦτα γίνεσθαι, ἵνα διδασκαλεῖον ἀρετῆς ᾖ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει ἡ ἐπίγνωσις τοῦ δεσπότου. *Summa humanitate ductus condescendit nobis, atque hæc ob salutem nostram fieri sinit, ut schola quædam virtutis hominum naturæ cognitio Domini sit.*

Per συγκατάβασιν Judæis sacrificia imperata.

Ad hanc Dei συγκατάβασιν commodè etiam referas, quod

Apostolus Act. XIII. 18. de Deo, Judæorum contumaciam tolerante, prædicat: Τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ, *per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto*. Locutio videtur desumta à parentibus, qui liberorum morositatem patienter ferunt. II. Macc. VII. 27. de se mater illa ad filiorum ultimum: Ἐκθρέψασάν σε, καὶ ἀγαγοῦσάν σε εἰς τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ τροποφορήσασάν σε. *Quæ te enutrivi, & ad hanc ætatem non sine maxima tolerantia perduxi.* Cicero, Epist. XXIX. l. XIII. ad Atticum eodem verbo usus est. *Nihil est*, inquit, *quod ego malim. In hoc* τὸν τῦφον μου, πρὸς θεῶν, τροποφόρησον. Id est, *per deos te oro; insolentiam, sive fastum meum perfer, tolera, sustine.* Eodem sensu à Varrone usurpatum verbum *ferre*, ut legere est apud Gellium lib. I. Cap. XVII. *Vitium*, inquit, *uxoris aut tollendum, aut ferendum est. Qui tollit vitium, uxorem commodiorem præstat: qui fert, sese meliorem facit.* Huc etiam faciunt ἀξιομνημόνευτα illa Origenis, l. IV. contra Celsum, pag. 210: Ὥσπερ ἡμεῖς τοῖς κομιδῇ νηπίοις διαλεγόμενοι, οὐ τῆς ἑαυτῶν ἐν τῷ λέγειν στοχαζόμεθα δυνάμεως, ἀλλ' ἁρμοζόμενοι πρὸς τὸ ἀσθενὲς τῶν ὑποκειμένων, φαμὲν ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ποιοῦμεν ἃ φαίνεται ἡμῖν χρήσιμα εἰς τὴν τῶν παίδων, ὡς παίδων ἐπιστροφὴν καὶ διόρθωσιν· οὕτως ἔοικεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ᾠκονομηκέναι τὰ ἀναγεγραμμένα, μετρήσας τῇ δυνάμει τῶν ἀκουόντων, καὶ τῷ πρὸς αὐτοὺς χρησίμῳ, τὸ ἐν τῇ ἐπαγγελίᾳ πρέπον· καὶ καθόλου γε περὶ τοῦ τοιούτου τρόπου τῆς ἐπαγγελίας τῆς περὶ Θεοῦ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ οὕτω λέλεκται· Ἐτροποφόρησέ σε Κύριος ὁ Θεός σου, ὡς εἴ τις τροποφορήσαι ἄνθρωπος τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Οἱονεὶ ἀνθρώπου τρόπους πρὸς τὸ ἀνθρώποις λυσιτελὲς φορῶν ὁ λόγος τοιαῦτα λέγει· οὐ γὰρ ἐδέοντο οἱ πολλοὶ προσωποποιοῦντος Θεοῦ ἁρμοζόντως ἑαυτῷ τὰ πρὸς τοὺς τοιούσδε λεχθησόμενα. *Sicuti nos cum pueris parvulis agentes, non ad nostras in dicendo vires respicimus, sed accommodamus verba ad eorum sensum, quantum possumus, adhac etiam facimus, quæ nobis videntur utilia ad puerorum, quatenus pueri sunt, curam & correctionem, ita videtur Dei sermo contexuisse Scripturas ad auditorum captum, id sibi decorum existimans, quod illis sit utile. De quo more Dei alloquentis homines hæc leguntur in Deuteronomio, Cap. I.* 31: Accommodavit se tuis moribus Dominus Deus tuus, haud secus quàm homo pater accommodat se suo filio. *Quatenus sermo hæc diceret, hominis mores ad hominum utilitatem ferens: non enim erat è re promiscua multitu-*

dinis,

dinis, si Dei persona induceretur loquens ad hósce convenienter majestati suæ. In Deuterononio legitur ἐτροφοφόρησε, & τροφοφορῆσαι. At Origenis lectio confirmatur adducto ex Actis Apostolorum loco. Vide Cl. Gatakeri Adversf. Cap. XLI. p. 413. Optimè igitur Theodoretus in Psal. CXIX. Σωματικώτερον καὶ παχύτερον ἡ θεία γραφὴ περὶ θεοῦ διαλέγεται, τῇ φύσει τῇ τῶν ἀνθρώπων μετροῦσα τοὺς λόγους. *Corporibus convenienter, & crassè satis divina Scriptura de Deo loquitur, natura humana verba attemperans.*

Sed in viam. Συγκαταβαίνω, & συγκατάβασις. Sæpe à Veteribus de Filio Dei has voces usurpatas reperias. Athanasius Orat. de Incarnat. Verbi, tom. I. pag. 60: Τούτου ἕνεκεν ὁ ἀσώματος καὶ ἄφθαρτος, καὶ ἄϋλος τοῦ Θεοῦ λόγος παραγίνεται εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν, οὔτι γε μακρὰν ὢν πρότερον, οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ κενὸν ὑπολέλειπται τῆς κτίσεως μέρος· πάντα δὲ διὰ πάντων πεπλήρωκεν αὐτὸς συνὼν τῷ ἑαυτοῦ Πατρί· ἀλλὰ παραγίνεται συγκαταβαίνων τῇ εἰς ἡμᾶς αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ καὶ ἐπιφανείᾳ. *Hanc ob caussam incorporeus, & incorruptibilis, & materiæ expers Dei sermo in nostram accedit regionem, non certè, quòd prius procul fuerit remotus: nulla enim creaturæ pars eo vacua relicta est: omnia verò in omnibus implevit ipse cum Patre suo existens. Verùm accedit condescendens sua in nos humanitate & apparitione.*

Hæ voces de Christo usurpantur.

Christus in Concionibus suis sæpe usus λόγοις συγκατάβασιν ἔχουσι. Chrysost. Homil. XXVII. in Johannem, pag. 661: Μέλλων ὁ Ἰησοῦς ὑψηλῶν ἅπτεσθαι δογμάτων, διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν ἑαυτὸν κατέχει πολλάκις, καὶ οὐ συνεχῶς τοῖς ἀξίοις τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ λόγοις ἐνδιατρίβει, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς συγκατάβασιν ἔχουσιν. Interpres: *Cùm profundissimarum rerum doctrinam narraturus esset Jesus, & locus hic exigeret, propter auditorum imbecillitatem plerumque abstinet, neque magnitudinem suam dignis prosequitur sermonibus, sed potiùs persuasibilibus.* Quædam minùs hic accurata, quæ sic emendo: *Jesus sublimia tractaturus dogmata, se ipsum, ob auditorum imbecillitatem, sæpe continet, neque semper verbis majestate sua dignis insistit, sed talibus potiùs, quæ ad auditorum capium accommodata sunt.*

Sæpe in Concionib. συγκαταβάσεως λόγοις usus.

Christus per συγκατάβασιν coram discipulis fuit transfiguratus. Chrysost. Sermone II. ad Theodorum lapsum, tom. VI. p. 70: Ὅτι συγκατάβασις τὸ φαινόμενον ἦν, ἀλλ' οὐκ ἐπίδειξις τοῦ πράγματος.

Per συγκατάβασιν coram discipulis transfiguratus.

μαλος ἀκριβής, ἀπ' αὐτῶν δῆλον τῶν ῥημάτων τοῦ Εὐαγγελιστοῦ. Τί γὰρ φησιν; Ἔλαμψεν ὡς ὁ ἥλιος· ἡ δὲ τῶν ἀφθάρτων σωμάτων δόξα οὐ τοσοῦτον ἀφίησι τὸ φῶς, ὅσον τὸ σῶμα τοῦτο φθαρτόν. *Quòd apparuit, condescensum fuisse, non verò accuratam rei demonstrationem, ex ipsis Evangelistæ verbis manifestum est. Quid enim dicit?* Fulsit ut Sol. *Incorruptibilium verò corporum gloria non tantam emittit lucem, quantam corpus hoc mortale.*

Per συγκατάβασιν post resurrectionem edit.

Christus post Resurrectionem per συγκατάβασιν edit. Ammonius in Catena in Cap. XXI. Johannis, pag. 469: Οὐκ ηὔξατο νῦν κλῶν τὸν ἄρτον, δεικνὺς ὅτι συγκαταβάσεως ἦν τὰ πρῶτα· τὰ ἀνθρώπινα δὲ ποιεῖ πρὸ τοῦ παθεῖν. Εἰ δὲ καὶ ὁ Λουκᾶς εἶπεν, ὅτι καὶ αὐτὸς ἔφαγεν, οὐχ ὡς ἔτι τῆς σαρκὸς δεομένης, ἀλλὰ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀναστάσεως. *Non oravit modò, panem frangens, ut ostenderet priora fuisse permissionis* (imò *condescensionis*, vel *demissionis*;) *hominum autem more agit ante passionem. Tametsi verò Lucas dixerit, eum quoque comedisse, non tamen id fecit, quòd caro adhuc egeret* cibo, *sed ad declarandam resurrectionem.*

Ejus vulnera post Resurrectionẽ per συγκατάβασιν visa.

Quòd Christi vulnera etiam post Resurrectionem visa, id per συγκατάβασιν factum. Chrysost. Hom. LXXXVII. in Johannem, pag. 924. ad Joh. C. XX. v. 27: Μὴ θορυβηθῇς, συγκαταβάσεως ἦν τὸ γινόμενον. *Ne perturberis, hoc, quod factum est, condescensionis erat.* Ammonius Catenâ in Cap. XX. Joh. pag. 462: Δείκνυσιν ἑαυτὸν τραύματα ἔχοντα, καὶ συγχωρεῖ αὐτῷ ψηλαφῆσαι αὐτόν· διὰ γὰρ συγκατάβασιν οὕτως ὤφθη τῷ Θωμᾷ. *Ostendit, se cicatrices habere, permittitque illi, ut se tangat: sic enim condescendendo Thomæ apparuit.* Quod Ammonius dicit factum per συγκατάβασιν, id Cyrillus ibidem οἰκονομικώτατα λίαν, *per dispensationem* administratum docet.

Incarnatio & Redemtio συγκατάβασιν habens.

Ipsa Christi Incarnatio, totúmque Redemtionis nostræ opus multam συγκατάβασιν habuisse dicitur. Chrysost. Homil. XXXIV. tom. V. pag. 218: Πολὺ δυσπαράδεκτος ἦν ὁ τῆς σαρκώσεως λόγος· ἡ γὰρ ὑπερβολὴ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ, καὶ τὸ μέγεθος τῆς συγκαταβάσεως, τοῦτο φρίκης ἔγεμε, καὶ πολλῆς ἐδέετο κατασκευῆς ὥστε παραδεχθῆναι. *Difficulter admodum admittebatur sermo incarnationis: siquidem excellens ejus illa clementia & condescensionis ejus magnitudo res erant admiratione dignissima, multáque præparatione, ut reciperentur,*

perentur, indigebant. Legas ibidem plura, & longè elegantissima in eandem sententiam. Idem tractatu, *Quòd Christus sit Deus*, tom. V. Edit. Paris. pag. 836: Ἡ μὲν προτέρα τοῦ Χριστοῦ παρουσία πολλὴν εἶχε τὴν συγκατάβασιν· ἡ δὲ δευτέρα οὐχ οὕτως, ἀλλὰ φρίκης γέμουσα καὶ καταπλήξεως. *Prior quidem Christi adventus multam habebat condescensionem: secundus autem non item, sed terroris & horroris plenus.* Et Homil. I. I. tomi ejusdem, pag. 699: Ἐπειδὰν φύσει ἐλεύθερος ἦν καὶ γνήσιος υἱὸς, οὐχ, ὡς ἁρπαγὴν λαβὼν τὴν ἰσότητα, ἐδέησεν αὐτὴν ἀποκρύψαι, ἀλλὰ θαῤῥῶν ἀνέλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· ᾔδει γὰρ, ᾔδει σαφῶς, ὅτι ἡ συγκατάβασις οὐδὲν αὐτοῦ τὴν δόξαν ἐλαττῶσαι δυνήσεται. *Quandoquidem naturâ liber & genuinus filius erat, non quasi rapinam æqualitatem sibi arrogâsset, ipsam debuit occultare, sed formam servi confidenter assumsit. Noverat enim, probè noverat, condescensionem gloriam suam imminuere non posse.*

Nec Deo tantùm, & Servatori nostro hæc συγκατάβασις adscribitur: eadem Apostoli etiam, & Prophetæ dicuntur usi. Quomodo Petrus, Jacobus & Johannes Circumcisionem, Sabbatorum & noviluniorum observationem non prohibuerint, docet Chrysost. in Cap. I. ad Galatas, p. 710: Οἱ περὶ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην ταῦτα οὐ κωλύουσιν οἱ πρῶτοι τῶν ἀποστόλων· ἀλλ' οὐ δογματίζοντες τοῦτο ἐποίουν, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνοντες τῶν ἐξ Ἰουδαίων πιστευόντων· Ὁ δὲ Παῦλος εἰς τὰ ἔθνη κηρύττων, οὐ χρείαν εἶχε τῆς συγκαταβάσεως ταύτης· ὅτε οὖν ἐν Ἰουδαίᾳ γέγονε, καὶ αὐτὸς τῇ συγκαταβάσει ἐχρήσατο ταύτῃ. *Petrus, Jacobus & Johannes hæc non prohibent* (nempe *Circumcisionem, Sabbatorum & noviluniorum observationem*) *primi inter Apostolos. Verùm id faciebant, non ita faciendum esse decernentes; sed eorum, qui ex Judæis credebant, imbecillitati se accommodantes. At Paulus, qui apud Gentes prædicabat, hac condescensione non egebat: quando igitur in Judæa fuit, ipse quoque hac condescensione usus est.* Et Isidorus Pelusiota Epist. LXVIII. lib. IV. scribit, Apostolos Circumcisionem aliquamdiu per συγκατάβασιν toleràsse potiùs, quàm præcepisse. Ejus verba sunt: Οἱ ἀπόστολοι οὐκ ἐκήρυττον μὲν, οὐδ' ἐνομοθέτουν περιτομήν· συνεχώρουν δὲ, οὐχ ὅτι δεῖ γενέσθαι, ἀλλ' ὅτι τῆς σοφῆς συγκαταβάσεως ἦν χρεία. *Apostoli non quidem prædicârunt, neque lata lege præceperunt Circumcisionem: permiserunt autem, non quasi adhiberi debeat, sed quòd sapienti*

Apostoli & Prophetæ συγκαταβάσει sunt usi.

S opus

opus esset dispensatione, sc. ad infirmitatem hominum ejus temporis sese accommodante.

Apostoli per συγκατάβασιν, oraturi Templum ingressi sunt Ierosolymitanum. Chrysost. Hom. XII. tom. V. edit. Paris. pag. 176: Τί τρέχουσιν αὐτοὶ εἰς τὸ ἱερὸν προσευξάμενοι; πάλιν ἐπὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἦλθον ἀσθένειαν; μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ συγκαταβαίνουσι τοῖς ἀσθενεστέροις, ἐκεῖνο πληροῦντες τὸ ῥῆμα Παύλου, τὸ λέγον, Ἐγενόμην τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος. Συγκαταβαίνουσι τοῖς ἀσθενεστέροις, ἵνα μὴ μείνωσιν ἀσθενεῖς ἐκεῖνοι. *Cur oraturi in Templum currunt? rursúsne ad Judaicam infirmitatem devoluti sunt? Absit. Sed imbecillioribus sese attemperant, illudque Pauli dictum implent, quod ait,* Factus sum Judæis tanquam Judæus, *I. Cor. IX.* 20. *Imbecillibus se attemperant, ne illi maneant imbecilles.*

Moses per συγκατάβασιν non facit mentionem creationis Angelorum. Chrysost. Homil. II. in Gen. tom. I. pag. 7. 8: Ὅρα τῆς συγκαταβάσεως ὑπερβολήν· οὐδὲν περὶ τῶν ἀοράτων δυνάμεων διαλέγεται — Εἰ γὰρ οὐκ ἐπαύσαντο τὰ κτίσματα θεοποιοῦντες, καὶ περὶ τὰ ἀτιμότατα τῶν ἀλόγων τὸ σέβας ἀποδεικνύμενοι, πῶς οὐκ ἂν μανίας ἐξώκειλαν, εἰ μὴ τοσαύτῃ τῇ συγκαταβάσει ἐχρήσατο; *En magnam condescensionem. Nihil de potentiis loquitur invisibilibus. — Si enim Judæi creaturas deos fecerunt, & abjectissima bruta divino prosecuti sunt cultu, quò non prolapsi fuissent dementia, si tanta non usus fuisset condescensione* Moses?

Per συγκατάβασιν Moses repudium permisit. Chrysost. Homil. L. tom. V. pag. 338: Ἀναγκαζόμενος συγκαταβῆναι τῇ τῶν νομοθετουμένων ἀσθενείᾳ. *Coactus sese attemperare eorum, quibus legem dabat, infirmitati,* hoc fecit.

Chrysost. Hom. III. in Genesin, tom. I. pag. 13. quærit, Cur Moses Genes. Cap. I. 4. dicat, *Deum vidisse, lucem esse bonam?* & subjicit, An ergo illud priùs ignoraverit? Resp. Πρὸς τὴν συνήθειαν τὴν ἀνθρωπίνην συγκαταβαίνων ἅπαντα φθέγγεται ὁ μακάριος οὗτος προφήτης. *Ad consuetudinem humanam sese accommodans omnia dixit beatus hic Propheta.* Eodem statim sensu usurpatur συγκατιέναι in his: Καὶ ἡ θεία γραφὴ νῦν συγκατιοῦσα τῇ ἀσθενείᾳ τῆς ἀκοῆς τῆς ἡμετέρας, φησὶ καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλόν. *Sacra Scriptura nunc quoque*

que se se ad infirmitatem aurium nostrarum accommodans, dicit: Et vidit Deus, lucem esse bonam.

Imò ipsi etiam Diabolo συγκατάβασις tribuitur. Chrysost. Homil. LXXXVI. in Matth. pag. 533: Ὁ διάβολος, μιαρὸς ὢν, πολλῇ κέχρηται τῇ κακουργίᾳ, καὶ εὐτονίᾳ, καὶ συγκαταβάσει πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπώλειαν. *Diabolus, scelestus ille spiritus, multa usus est malitia, magno impetu, & condescensione ad homines perdendos.* *Diabolo etiam tribuitur συγκατάβασις.*

Atque hæc quidem de harum vocum usu hîc dicta sufficiant: reliqua Ecclesiastico reservantur Thesauro. Pergimus ad ea, quæ, antequam hoc finiamus caput, adhuc expedienda.

Τραπεζίτης; id enim jam considerandum venit; ut Hesychius, Grammaticorum facilè princeps, & medica manu dignissimus; quam etiam, siquidem vitæ necisque visum fuerit arbitro, experietur; nos docet, est κολλυβιστής; ita enim vox hæc apud eum restituenda; κερματιστής, δανειστής, *nummularius, fænerator.* Optimæ Glossæ: Τραπεζίτης, *nummularius:* Item: Κολλυβιστής, *nummularius.* Et: *Nummularius,* Κολλυβιστής, τραπεζίτης. Iterum Hesychius: Κολλυβιστής, τραπεζίτης· κόλλυβος γὰρ εἶδος νομίσματος, καὶ ὁ ἐν τῷ χαλκῷ κεχαραγμένος βοῦς. *Kollybistes est mensarius: κόλλυβος enim est species numismatis, & æri impressus bos.* Consentit Theophyl. in Cap. XXI. Matth. pag. 121. 122. Κολλυβισταί εἰσιν οἱ παρ' ἡμῖν λεγόμενοι τραπεζῖται· κόλλυβος γάρ εἶδός ἐστι νομίσματος εὐτελοῦς, ὥσπερ ἔχομεν τυχὸν ἡμεῖς τοὺς ὀβολοὺς, ἢ τὰ ἀργύρια. *Collybistæ sunt, qui apud nos dicuntur mensarii: collybus enim species est vilis numismatis, sicut & nos habemus obolos, vel etiam minuta.* Idem, in Cap. XI. Marci, p. 254: Κολλυβισταὶ ἦσαν, οἱ τὰ νομίσματα ἀλλάσσοντες· κόλλυβος γὰρ εἶδος λεπτοῦ νομίσματος χαλκοῦ. *Collybistæ fuerunt, qui nummos permutabant: collybus enim est species minimi ærei numismatis.* Et tandem in Cap. II. Johannis, pag. 589: Κολλυβισταί εἰσιν οἱ τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντες, ἤτοι τοὺς νούμμους· κόλλυβος γὰρ λέγεται τὸ λεπτὸν νόμισμα παρ' Ἕλλησιν, ὃ Ῥωμαῖοι νοῦμμον ὀνομάζουσι. *Nummularii sunt, qui minuta æra vendunt. Collybus enim apud Græcos minutum numisma est, quod Romani nummum vocant.* Zonaras ad Can. XXXVI. Concilii in Trullo, pag. 189: Κολλυβισταί εἰσιν οἱ τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντες, ἤτοι τοὺς νούμμους· κόλλυβος γὰρ παρ' Ἕλλησι τὸ λεπτὸν νόμισμα, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις νοῦμμος καλεῖται, καὶ κέρμα *Τραπεζίτης quid.* *Κολλυβιστής quid.*

δὲ τὸ νόμισμα λέγεται. *Collybistæ sunt, qui minuta æra vendunt vel nummos. Collybus enim apud Græcos minutum est numisma, quod apud Romanos nummus vocatur. numisma verò etiam æs appellatur.* Optimè κολλυβισαὶ definiuntur, οἱ τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντες, *qui vendunt minuta æra*, pro alia pecunia scilicet, accepto collybo. Inspiciatur Cl. Vossii Etymologicum in voce *Collybus*.

Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται.

Accedimus ad exhortationem, Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. *Estote boni trapezitæ.* Quanquam usitata satis hæc sint apud Patres verba, inter eos tamen non convenit, unde sint petita. Illi etiam, qui eorum scripta minimè perfunctoriè legerunt, in diversas abeunt sententias. Sylburgius existimat, ad locum Pauli I. ad Thessal. Cap. V. 21. hoc dicto allusionem fieri. Incomparabilis Usserius, non ex scriptura illa Apostolica, sed ex Evangelio; sive illo secundum Hebræos, sive alio aliquo apocrypho; præceptum hoc petitum esse autumat. Antonius tandem Agellius, in Notis ad Cyrillum Alexandrinum, docet, *Cyrillum quidem hanc sententiam Paulo tribuere*; & addit, *Eam nonnunquam citari à veteribus Græcis, sed nulli certo autori adscribi.* Nos, exercitii gratiâ, digitum ad ea Patrum loca deinceps intendemus, ex quibus triplex ista, modò proposita opinio, hausta videtur.

Ubi ista exhortatio scripta, variæ opiniones.

Postremam primo inspiciamus loco. Ea vult, *sententiam hanc nonnunquam à veteribus citari, sed nulli certo autori adscribi.* De quibusdam hoc verùm, de plerisque falsum. Nulli certo autori adscribit Clemens Alex. Stromate I. pag. 354: Εἰκότως ἄρα καὶ ἡ γραφὴ τοιούτους τινὰς ἡμᾶς διαλεκτικοὺς οὕτως ἐθέλουσα γενέσθαι παραινεῖ· Γίνεσθε δὲ δόκιμοι τραπεζῖται· τὰ μὲν ἀποδοκιμάζοντες, τὸ δὲ καλὸν κατέχοντες. *Meritò igitur Scriptura quoque tales nos esse volens dialecticos, sic hortatur: Efficiamini autem probi trapezitæ, alia quidem reprobantes, quod autem bonum est tenentes.* Basilius M. in principium Proverbiorum: Ὡς δόκιμος τραπεζίτης, τὸ μὲν δόκιμον καθέξει, ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀφέξεται. *Tanquam probus trapezita, quod quidem probum est retinebit, ab omni autem specie mala abstinebit.* Idem, in Cap. V. Jesaiæ: Δοκίμου τραπεζίτου ἐστὶ τὸ καλὸν κατέχειν· ἀπὸ δὲ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθαι· *Probi trapezitæ est, id quod bonum est retinere; abstinere autem ab omni specie mala.* Eodem

modo

modo Ambrosius in Procemium Lucæ, & Commentario in Epistolam ad Philemonem. Athanasius, Homil. in v. 8. Cap. XXI. Matthæi, tom. II. pag. 662: Ὡς δόκιμοι τραπεζῖται τὸ καλὸν ἐκλεξώμεθα, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπεχόμενοι. *Veluti probi trapezitæ bonum eligamus, & ab omni specie mala abstineamus.* Constitut. Apostol. lib. II. Cap. XXXVI. pag. 862: Τοῖς ἱερεῦσιν ἐπετράπη κρίνειν μόνοις· ὅτι εἴρηται αὐτοῖς, Κρῖμα δίκαιον κρίνατε. Καὶ πάλιν, Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι. *Solis sacerdotibus concessum est judicium, quoniam ad eos dictum est: Justum judicate judicium. Et rursus: Sitis probi trapezitæ.* Cyrillus Alexandr. lib. IV. Cap. III. in Johannem, pag. 374: Δεῖ σοφοὺς εἶναι τοὺς τῶν θείων μυστηρίων ἀκροατὰς, δεῖ δοκίμους εἶναι τραπεζίτας, ὡς εἰδέναι τὸ δόκιμον, καὶ τὸ παράσημον νόμισμα. *Oportet divinorum mysteriorum auditores sapientes esse, oportet probos esse trapezitas, ut sciant, quódnam sit probum, & quod adulterinum numisma.* Quamvis in hisce testimoniis nulla expressa autoris, qui hac νουθεσίᾳ primus sit usus, fiat mentio, tria tamen priora satis manifestam continent ad locum Paulinum, qui legitur I. ad Thessal. Cap. V. v. 21. allusionem. De duobus prioribus ita senserunt Sylburgius etiam, & Fronto Ducæus.

Intermedia opinio, hanc sententiam ex apocrypho petitam statuit Evangelio. Nec, qui ita sentiunt, suo destituuntur suffragio. Origenes certè, ut doctissimus observat Usserius, tom. XIX. in Evangelium Johannis, distinctè commemorat, *illud Jesu mandatum, Estote boni trapezitæ; & Pauli doctrinam, docentis, Omnia probantes, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete vos.* Et post eum Hieronymus, Epist. ad Minerium (scribe *Minervium*, corrigente Cl. Croio, Cap. XXVIII. Observat. in N. Test.) & Alexandrum, sub finem tomi tertii, affirmat, *se illud Apostoli libenter audire, Omnia probate, quod bonum est tenete: & Salvatoris verba, dicentis, Estote probati nummularii.* Et Joh. Cassianus, in prima Patrum collatione, Cap. XX. pag. 186. post monitum illud, *ut efficiamur secundum preceptum Domini probabiles trapezitæ.* Et mox subjicit: *Quæ omnia nos quoque debere spiritaliter observare, Evangelicus sermo sub hujus nominis demonstrat exemplo.* Ad quæ in margine exemplar meum: *Videtur alludere*

ad illud Matth. 25: Oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, sive trapezitis, ut Græci legunt. Idem, Collat. II. Cap. IX. pag. 197: *Secundum illam Evangelicam parabolam, quâ jubentur fieri probabiles trapezitæ.* Nec prætereundus Epiphanius, qui in Hæresi Apellis docet, Apellem asseruisse, hæc verba, Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, à Christo fuisse dicta. His omnibus adjiciendus Cæsarius, qui quæst. LXXVIII. eâque ultima, pag. 204. superioribus ὁμόψηφος, ita scribit: Ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν οἰκετῶν ἐπισφραγίζων τὰ ῥήματα, ἐν εὐαγγελίοις φησί· Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, διακρίνοντες ἐκ τοῦ δοκίμου τὸ κίβδηλον, οὐχ ἵνα δίκην τῶν κολλυβιστῶν κομπήσαντες τὸν ἦχον δεξώμεθα· ἀλλ᾽ ἵνα σταθμίζοντες τὰς ἀποβάσεις τῶν προσδιαλεγομένων, καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν πραττομένων, ἐπὶ τὴν δικαίαν μᾶλλον ῥέψωμεν πλάστιγγα. *Universorum autem Deus famulorum obsignans verba, in Evangeliis dicit: Estote probi trapezitæ, discernentes probum & adulterinum, non ut instar collybistarum resonantes sonum excipiamus: sed ut ponderantes exitus colloquentium, & eventus factorum, ad justam potius vergamus lancem.*

Reliquum est, ut videamus, an etiam illorum opinio, qui statuunt, ad locum Apostoli allusionem fieri, suos habeat fautores. Præter eos, quos jam suprà in hanc sententiam vidimus inclinare, Cyrillus Alexandrinus, autor gravissimus, semel atque iterum Apostolo Paulo hoc monitum satis manifestè tribuit. Loca ex eo aliquot, in gratiam harum rerum curiosorum, quia autor vix in paucorum manibus est, huc transferamus. Sic igitur ille in Cap. III. Jesaiæ, pag. 56: Ὁ συνετὸς ἀκροατής, καθάπερ δόκιμος τραπεζίτης εἰσδέχεται μὲν τὸ πεφυκὸς ὠφελεῖν, καταβδηλύττει δὲ, καθάπερ τι παράσημον νόμισμα τὸ μὴ οὕτως ἔχον. Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησι· Γίνεσθε φρόνιμοι τραπεζῖται, πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. *Prudens auditor, instar probi trapezitæ, recipit quidem, quod prodesse solet, reprobat verò atque rejicit, tanquam numisma quoddam adulterinum, quidquid non eandem habet naturam. Tale quid etiam beatus dicit Paulus: Estote prudentes trapezitæ, omnia probate, bonum retinete, ab omni specie mali abstinete.* Et lib. IV. Cap. V. in Johannem, ad vers. 12. Cap. VII. pag. 407. de iis, qui de indaganda veritate non sunt soliciti, ita scribit: Τῆς ἀληθοῦς τῶν πραγμάτων ποιό-

της

τηλ@ οὐκ ἂν ἐφίκοιντό ποτε, καί τοι τοῦ Παύλου λέγοντος· Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, καὶ πάντα δὲ δοκιμάζειν ἡμᾶς ἀναπείθοντος, ὡς ἐξ ἀκριβοῦς ἐρεύνης ἐπὶ τὴν τοῦ συμφέροντος εὕρεσιν ἐλθεῖν. *Veram rerum naturam nunquam assequentur, etsi Paulus dicat, Estote probi trapezitæ, & nobis suadeat, ut omnia probemus, ut sic ex accurata investigatione ad rerum utilium inventionem perveniamus.* Clarissimè insuper lib. I. adv. Nestorium, pag. 2: Πρὸς τοῦτο ἡμᾶς ὁ μακάριος Παῦλος παρα-θήγει, λέγων· Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται· πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε· ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. *Ad hoc*; nimirum, ut, tanquam nummularii, omnia probemus; *beatus Paulus nos incitat, dicens: Estote probi trapezitæ: omnia probate, bonum retinete: ab omni specie mala abstinete.*

Atque hæ quidem sunt illæ variantes, de exhortatione ista, in Veterum scriptis satis obvia, opiniones. Nos nec ad primam, nec ad ultimam earum accedere possumus. Prima namque ipsa testimoniorum allegatione satis refutata. Interim nec Christo, nec Apostolo tribuere debemus, quod sacra ipsis non tribuit Scriptura. Nempe, ὅσα μὴ σαφῶς ἡ θεία λέγει γραφή, ταῦτα λανθάνειν χρὴ, καὶ παρατρέχειν ἐν σιωπῇ, *quacunque sacra Scriptura non apertè dicit, ea occultentur, & silentio transmittantur,* ut Cyrillus Alex. monet adv. Anthropomorph. Cap. II. pag 368. Dum hoc agimus, ex improviso incidimus in eruditissimas Johannis Croji Observat. in Nov. Test. ubi Cap. XXVIII. de hoc ipso themate pluribus agit, suamque ἐπίκρισιν, cui ultro assentimur, his subjungit verbis: *Nos opinamur, Patres illam sententiam è Christi Parabolis collegisse, & hausisse. Nota est omnibus Parabola illa de Talentis, quam Matthæus Cap. XXV. & Lucas Cap. XIX. referunt. Apud Matthæum duò servi dicuntur* ἐργάσασθαι ἐν ταλέντοις, talenta sua exercuisse, *atque ex iis quæstum fecisse. Ei verò, qui talentum suum humo recondiderat, ac texerat, dicit ipsius Dominus:* Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις. Oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis. *Sed clariora & magis illustria sunt ea verba, quæ Lucas refert dicta fuisse servis à Domino:* Πραγματεύσασθε, ἕως ἔρχομαι. Negotiamini, dum venio. *Exercete talenta vestra: Tradite ea nummulariis. Mensam trapeziticam, si vobis sit animus, palàm proponite. Trapeziticen exercete. Ex hac*

igitur parabola, quæ à duobus refertur Evangelistis; præsertim verò ex verbis illis, quæ refert Lucas; Patres hanc mutuatos esse sententiam, arbitramur. Hactenus Cl. Crojus. Nec est, cur quis regerat, hanc sententiam totidem verbis à Christo pronunciatam in Evangelio non reperiri. Id enim certissimum, Patres in citandis Scripturæ locis magna nonnunquam usos esse licentia, vel, ut molliori verbo utar, libertate. Hinc sæpe voces, quæ idem sonant, substituerunt in locum verborum Contextus sacri: hinc aliquando οἴκοθεν quædam afferunt, & ad Scripturæ verba addunt, ut ea, de quibus agunt, aut illustrare, aut probare possint: hinc memoriter sæpe Scripturæ sententias scribunt, & voces quasdam hinc inde collectas, locis quibusdam addunt: imò sententias quasdam, tanquam è Scriptura, proferunt, quæ tamen in illa non inveniuntur. Atque hæc omnia idem doctissimus Crojus, Tractatu eodem, solidissimè probat.

Aliæ vocis τραπεζίτης acceptiones. Tanquam ἐπίμετρον addimus, Patres per vocem τραπεζίτης aliquando eos intelligere, qui animum ad S. Scripturæ lectionem & meditationem afferunt defæcatum, καὶ τοῖς προλήψεσι μὴ δουλεύοντα, qui αἰσθητήρια habent γεγυμνασμένα, adeóque inter bonum & malum facilè discernunt. Huc faciunt illa Cyrilli Alexandrini, ex libro XVI. de Adoratione, pag. 568: Δόκιμοι τραπεζῖται καὶ ἀκριβεῖς, οἱ Θεῷ προσκείμενοι, καταχιβδηλεύοντες μὲν ἀεὶ τὸ φαῦλον, ψήφῳ γε μὴν τῇ παγκάλῳ τιμᾷν εἰωθότες τὸ πρὸς ὄνησιν. *Sunt argentarii probi ac diligentes, Deo dicati homines, qui semper quod vitiosum est, improbant, quódque utile est, optimum judicant.* Et lib. IV. Cap. III. in Johannem, pag. 374: Δεῖ σοφοὺς εἶναι τοὺς τῶν θείων μυστηρίων ἀκροατάς, δεῖ δοκίμους εἶναι τραπεζίτας, ὡς εἰδέναι τὸ δόκιμον καὶ παράσημον νόμισμα. *Oportet sapientes esse divinorum mysteriorum auditores, oportet probos esse trapezitas, ut inter probam & adulterinam pecuniam discernere possint.* Athanasius, in Epist. ad Serapionem, *Spiritum sanctum non esse creaturam*, tom. I. pag. 196: Ἴδωμεν λοιπὸν καὶ αὐτὰ τὰ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου λεγόμενα, καὶ ὡς δόκιμοι τραπεζῖται διακρίνωμεν. *Videamus deinceps etiam ea, quæ de Spiritu sancto in Scripturis divinis dicuntur, & tanquam probi trapezitæ discernamus.* Intelliguntur etiam illi, qui, instar παραχαρακτῶν, Scripturam sacram adulterant. De talibus

bus loquitur Synesius, Epist. V. quæ est ad Presbyteros, pag. 9: Ἐν τοῦτο μόνον εἰς μέσον ἑλκύσατε, καὶ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς τοὺς καθάπερ τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντας, προελέγξατε· πᾶσι ποιήσατε καταφανεῖς οἷοί τινές εἰσιν. *Illud unum in medium producite, & improbos nummularios, qui divinum dogma quasi adulterant, traducite: omnibus manifestos reddite, quales sunt.*

Caput hoc claudat Salvianus, Episcopus Massiliensis, qui lib. III. contra Avaritiam, *Pauperes*, elegantissimè translata voce, appellat *Salvatoris nummularios*, hoc est, argentarios, seu trapezitas Christi, quod ipse nimirum per eos fœnus exerceat. Quidquid enim in pauperes erogatur, id sibi Christus datum putat, Matth. XXV. 35. &c. Ipse; ut Balsamon ad Photii Nomocan. Tit. II. Cap. II. pag. 41. scribit; τοῦ αἰτοῦντος λαμβάνοντος, ἵσταται συγκατακλίνων τούτῳ τὴν χεῖρα· ἐφ' ὅσον γάρ, φησιν, ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων ἀδελφῶν ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. *Dum accipit is, qui petit, stat unà cum eo manum porrigens: quatenus enim, inquit, id fecistis uni ex istis fratribus minimis, id mihi fecistis.* Basilius M. Orat. in Julittam Martyrem de Deo: Χρήματα δίδους, αἰτεῖ παρὰ σοῦ τὴν ἐλεημοσύνην, διὰ τῆς χειρὸς τῶν πενήτων. *Ille dat opes, & abs te petit eleemosynam per manum pauperum.* Et Theophylactus ad Cap. XII. Lucæ: Ὁ τρέφων πένητα, Θεὸν τρέφει. *Qui pauperem alit, Deum alit.*

CAPUT VI.

DE PRECIBUS IN GENERE, ET DE ORATIONE DOMINICA IN SPECIE.

Εὐχὴ 1, notat Orationem. Preces sunt colloquium cum Deo. 2. Notat votum. Προσευχὴ *1. Est Oratio. 2. Votum. 3. Laus Dei. 4. Locus Orationi destinatus. Quid* Εὐχαριστία, Ἔντευξις, Δέησις, Ἐντυχία. *Orantium gestus. 1. Ad solem Orientem conversio. Rationes hujus gestus. Veteres etiam ad Orientem baptizabant, Templa exstruebant, medicinis utebantur, &c. 2. Manuum lotarum ad cœlum extensio. Pauperes pro Templorum foribus mendicabant. Cur manus eleventur. 3. Clara vox, seu clamor. 4. Genuum flexio. Quando non licuerit genua flectere, & cur. Orationis Dominicæ nomina.* Πιστοὶ & κατηχούμενοι *opponuntur. Oratio Dominica à Catechumenis non recitata.*

ANtequam ad ipsum Orationis Dominicæ examen accedamus, quædam cognitu non injucunda, quasi προλεγομένων loco, prælibare fert animus. Nomina, quibus Græci *Orationem*, vel *preces* ferè insigniunt, sunt εὐχὴ & προσευχὴ, quæ tamen suâ non carent ὁμωνυμίᾳ. Harum ergo vocum significationes distinctè considerare juvabit.

Εὐχὴ 1. est Oratio.

Εὐχὴ 1. est *Oratio, precatio.* Glossæ Græco-Lat. Εὐχὴ, *Oratio.* Et Latino-Græcæ: *Precatur.* ἱκετεύει, εὔχεται, δέεται. Hinc Chrysost. Hom. XXII. in Epist. ad Hebræos, εὐχαὶ ἑωθιναὶ καὶ ἑσπεριναὶ, *preces matutinæ & vespertinæ.* Et Homil. XIV. in eandem Epist. εὐχὴ ἑωθινὴ καὶ νυκτερινὴ, *oratio matutina & nocturna.* Synesio περὶ προνοίας, pag. 84. εὐχαὶ χαριστήριοι καὶ ἱκετήριοι, *Orationes gratias agentes & supplices.* Et quia est oratio, ideo etiam colloquium cum Deo. Chrysost. Homil. XXX. in Genesin: Ἡ εὐχὴ διάλεξίς ἐστι πρὸς τὸν Θεόν. *Oratio est colloquium cum Deo.* Clemens Alex. Strom. VII. pag. 722: Ἔστιν, ὡς εἰπεῖν τολμηρότερον, ὁμιλία πρὸς τὸν Θεὸν ἡ εὐχή. *Est, ut audaciùs dicam, precatio colloquium cum Deo.* Photius, Epist. I. pag. 23: Ἡ εὐχὴ Θεῷ συνάπτει καὶ οἰκειοῖ, ὁμιλία τις ἔνθεος ἐστι, καὶ συνουσία νοερὰ τοῦ πάντων καλλίστου καὶ τιμιωτάτου. *Oratio connectit Deo hominem, eíque familiarem reddit. Est autem illa cum Deo collocutio & congressus quidam intellectualis, qui est omnium rerum pulcherrimus & preciosissimus.* Hinc δι' εὐχῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐκδημεῖν, *per preces ad Deum peregrinari* dicimur à Gregor. Nazianzeno, Orat. XXXIII: & apud eundem, Epist. IX. αἱ δι' εὐχῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐκδημίαι, *ad Deum per orationem peregrinationes.* Asterius, Amaseæ Episcopus, in Bibliotheca Photii, Cod. CCLXXI. pag. 1496: Εὐχὴ τῆς ζωῆς ἡμῶν βοήθεια, ὁμιλία πρὸς Θεὸν, λήθη τῶν γηΐνων, ἄνοδος πρὸς οὐρανόν. *Precatio vitæ nostræ auxilium est, colloquium cum Deo, oblivio terrenorum, via ad cœlum.* Ex his, ut alia infinita taceamus, satis notum, εὐχὴν notare *orationem, precationem.* Inconsideratè ergo, & satis temere Bellarminus affirmat, Græcis non esse nomen, quo & *votum,* & *oratio* significetur, & εὐχὴν quidem *votum,* προσευχὴν verò *orationem* esse. Meliùs omnino Hieronymus ad Suniam & Fratel. Εὐχὴ, *pro locorum qualitate, &* orationem, & votum *significat.*

Est colloquium cum Deo.

Εὐχὴ 2. est Votum.

2. Εὐχὴ est *votum,* hoc est, sancta & religiosa promissio, Deo

Deo facta. Greg. Nyssenus, Orat. II. in Orat. Dominicam, tom. I. pag. 724. Εὐχή ἐστιν ἐπαγγελία τινὸς τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀφιερωμένων. Εὐχὴ *est promissio alicujus rei, quæ pietatis nomine dedicatur & consecratur.* In editione Paris. legitur δυσεβεῖ cum asterisco, qui vocem corruptam esse monet. Sed facilè restituitur, si legas εὐσέβειαν. Ita legit Theophanes, Homil. XVI. pag. 95. ubi hæc Nysseni ita adducuntur: Εὐχή ἐστιν ἐπαγγελία τινὸς τῶν κατ' εὐσέβειαν ἀφιερωμένων θεῷ. Idem Nyssenus, Orat. ead. pag. 725. Εὐχή ἐστι χαριστηρίου δωροφορίας ἐπαγγελία. *Votum est doni pro gratiarum actione offerendi facta promissio.* Theophylactus in Cap. VI. Matthæi: Εὐχή ἐστιν ὑπόσχεσις πρὸς θεόν· ὡς ὅταν ὑπισχνῆταί τις ἀπέχεσθαι οἴνου ἢ ἄλλου τινός. *Votum est promissio Deo facta, ut quando quis promittit, se abstenturum à vino, vel ab alia aliqua re.* Cyrillus Alex. in Collectaneis, pag. 63. Εὐχή ἐστιν ὑπόσχεσις τῶν ἐξ ἀνθρώπων θεῷ κατ' ἐπαγγελίαν προσαγομένων καλῶν. *Votum est promissio bonorum, quæ ab hominibus Deo offeruntur ex promisso.*

Προσευχὴ 1. est *oratio, precatio, petitio.* Glossæ Græco-Lat. Προσευχὴ 1. est Oratio.
προσευχὴ, *obsecratio, oratio.* προσεύχομαι, *obsecro, adoro.* Et Latino-Græcæ: *Obsecratio,* προσευχή. *Obsecrat,* δέεται, προσεύχεται, παρακαλεῖ. Chrysost. in Psal. CII. προσευχὴ τὴν ἱκετηρίαν δηλοῖ τὴν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ τὴν παράκλησιν. Προσευχὴ *notat supplicationem ad Deum, & rogationem.* Theodoretus in I. ad Timoth. Cap. II. προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθῶν. Προσευχὴ *est petitio bonorum.* Greg. Nyssenus tr. II. in Psalmos, Cap. III. t. I. pag. 295. Προσευχὴ, ἱκετηρία ἐστὶ περί τινος τῶν συμφερόντων προσαγομένη θεῷ. *Oratio est supplicatio ad Deum, pro re aliqua utili.* Idem, Orat. II. in Orat. Dom. t. I. pag. 724. Προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθῶν, μεθ' ἱκετηρίας προσαγομένη θεῷ. *Oratio, est petitio bonorum, quæ Deo cum supplicatione offertur.* Basilius M. Orat. in Julittam Martyrem: Προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθοῦ, παρὰ τῶν εὐσεβῶν εἰς θεὸν γινομένη. *Oratio est petitio boni, à piis ad Deum facta.* Vide Suidam in hac voce.

2. Προσευχὴ aliquando idem est quod εὐχὴ, *votum, promissio.* Ideo observanda hæc significatio, quia à Lexicographis omissa. Chrysost. in Psal. CXLIII. duplicem facit προσευχὴν, nempe τὴν διὰ ῥημάτων δέησιν, *petitionem, quæ fit verbis,* καὶ τὴν ἐπαγγελίαν, *promissionem, votum.* Et Basilius M. Epist. II. Cano- Προσευχὴ 2. est votum.

nicâ dicit, τῶν ἀπαιδεύτων προσευχῶν καὶ ἐπαγγελιῶν ἀπέχεσθαι, *ab insulsis votis & promissionibus abstinere.* Ita etiam προσεύχομαι, ut ex vulgatis haberi potest Lexicis, nonnunquam est *voveo, vota nuncupo.*

Προσευχὴ 3. est laus DEi.

3. Προσευχὴ est *Laus Dei.* Chrysost. Homiliâ CXXXIV. t. V. Προσευχὴ λέγεται, ὅταν ὑμνῇ τις τὸν θεόν. *Προσευχὴ dicitur, cùm quis Deum laudat.* Sic pro laudatione Dei, seu gratiarum actione, quæ exhibetur Deo, sumi potest Apocal. Cap. V. v. 8.

4. Est locus orationi destinatus.

4. *Metonymicè ponitur pro loco, in quo conventus fiunt ad orandum Deum.* Ita locus, in quo Judæorum Philippensium conventus fiebant ad orandum Deum, Actor. Cap. XVI. v. 13. vocatur προσευχὴ, & ponitur pro בית צלותא, *domo precationis*, ut Syrus Interpres v. 13. & 16. vocem reddidit. Epiphanius, Hæresi LXXX. pag. 450. de Massalianis scribit, eos οἴκους τινὰς exstruxisse, atque προσευχὰς vocâsse. Subjicit etiam: Καὶ ἦσαν τὸ παλαιὸν προσευχῶν τόποι, ἔν τε τοῖς Ἰουδαίοις ἔξω πόλεων, καὶ ἐν τοῖς Σαμαρείταις, ὡς καὶ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν Ἀποστόλων εὕρομεν, ἔνθα ἡ πορφυρόπωλις Λυδία τοῖς περὶ τὸν ἅγιον Παῦλον ἀπήντηκεν, ὡς καὶ οὕτως τὸ θεῖον γράμμα διηγεῖται· ὅτι, φησὶν, ἐδόκει τόπος προσευχῆς εἶναι. *Atque antiquitus erant loca orationum, vel Proseucharum, tum apud Judæos extra urbes, tum apud Samaritanos, quemadmodum in Actis etiam Apostolorum invenimus, ubi Lydia, purpuram vendens, Paulo & sociis ejus occurrebat, prout sacra literæ id ipsum narrant: quia, inquiunt, ibi solebat esse oratio.* Plura videantur apud Cl. Heinsium in Cap. XVI. Actorum.

Alia Orationis nomina.
Εὐχαριστία.
Ἔντευξις.

Sunt etiam alia nomina, quibus Græci orationem insignire solent. Est εὐχαριστία, gratiarum actio. Dicitur autem εὐχαριστία, ὅταν τις ὑπὲρ ὧν ἔπαθε, χάριν ἀνθομολογῇ τῷ θεῷ, *quando quis pro acceptis beneficiis Deo gratias agit,* ut Chrysostomus loquitur. Vide hanc vocem etiam suprà inter S. Cœnæ nomina. Est ἔντευξις. Occurrit I. ad Timoth. II. 1. ubi Theophylactus: Ἔντευξίς ἐστι κατηγορία τῶν ἀσεβούντων, ἢ ἀδικούντων, ἢ ἀδιορθώτων. *Postulatio est accusatio impiè agentium, injuriam inferentium, vel eorum, qui inemendabiles sunt.* Consentit Grammaticorum Coryphæus, Hesychius: Ἔντευξις, ἐπάντησις, ὑπὲρ τῶν πλημ-

μελ-

μεληπσάντων· δέησις εἰς ἐκδίκησιν. Ἔντευξις *est exceptio contra eos, qui deliquerunt: est petitio vindictæ.* Est δέησις, *deprecatio.* Theo- Δέησις.
doretus in I. ad Timoth. Cap. II: Δέησίς ἐστιν, ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τινῶν λυπηρῶν ἱκετεία προσφερομένη. *Deprecatio est ad malorum quorumpiam depulsitionem oblata supplicatio.* Et Theophylactus ad eundem locum: Δέησίς ἐστιν ἱκετηρία προσφερομένη ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τινῶν λυπηρῶν. *Obsecratio est supplicatio, quæ offertur pro liberatione à rebus tristibus.* Theodoreto ergo & Theophylacto est *deprecatio*: *petitionem* autem, vel *precationem* etiam quamlibet in genere notare, negari non potest. Hoc confirmat Chrysost. Homil. CXXXIV. t. V: Δέησις λέγεται, ὅταν τις τὸν θεὸν ἀξιοῖ εἰς πρᾶγμα. *Petitio dicitur, quando Deum aliquis rogat, rei cujusdam gratiâ.* Idem, in Psal. CII: Δέησις δηλοῖ τὴν αἴτησιν τὴν περὶ ὧν βούλεται ὁ προσευχόμενος αὐτῷ δεομένῳ παραγενέσθαι. Δέησις *indicat petitionem eorum, quæ is, qui precatur, sibi petenti dari petit.* Utramque significationem optimæ Glossæ confirmant: Δέησις. *Precatum, Deprecatio, Obsecratio, Petitio, Supplicatio, Oratio.* Δεήσεις *Preces.* Item: *Deprecatio,* Δέησις, παράκλησις, ἱκεσία. Est ἔντευξις, 'Εντευξις.
quod eandem habet significationem, quam ἔντευξις. Glossæ: Ἔντευξις, *Interpellatio.* Est autem *Interpellatio* idem quod *accusatio.* Eædem Glossæ: *Interpellatio,* Κατηγορία. Chrysost. Homil. CXXXIV. t. V. pag. 861: Ἔντευξις λέγεται, ὅταν τις κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐντυγχάνῃ τῷ θεῷ, προσκαλούμενος αὐτὸν εἰς ἐκδίκησιν. Ἔντευξις *dicitur, cùm quis adversus injuriâ afficientes interpellat apud DEum, eúmque ad vindictam invitat.*

Excussis breviter præcipuis *Precum* nominibus, aliquid *Orantium*
etiam subjicimus *de variis precantium gestibus*, quibus animi af- *gestus.*
fectus exprimere, eósque, tanquam externa pietatis ὀχήματα, vehicula, seu adminicula, adhibere solebant Veteres. Gestus autem, seu Ritus, in Ecclesia primitiva usitatiores observantur sequentes.

I. *Oris ad solem orientem conversio.* Pagani veteres, deos 1. *Oris ad*
suos adoraturi, vultu ad Orientem verso id fecerunt. Testem *solem orien-*
habemus Tertull. in Apologet. Cap. XVI. pag. 47: *Sed & ple-* *tem con-*
rique vestrûm; ita Gentes alloquitur; *in affectatione aliquando ut* *versio.*
cælestia adorandi ad solis ortum labia vibratis. Eundem veterum

Christianorum morem fuisse, idem Author, eodem in loco testatur. *Inde*, inquit, *suspicio*, (nimirum quòd Sol à Christianis adoraretur, quia preces ad Orientem conversi fundebant) *quòd innotuerit, nos ad Orientis regionem precari.* Quid verò ritus iste significârit, vel etiam precantium animis suggerere debuerit, Patres quoque aperiunt. *Alii* propter Orientis præstantiam id factum dicunt. Apud Justinum Martyrem, Resp. CXVIII. ad Orthodoxos, pag. 285: Ἐπειδὴ τῶν παρ' ἡμῖν τὰ τιμιώτερα εἰς τιμὴν τοῦ θεοῦ ἀφορίζομεν, κατὰ δὲ τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπόληψιν τιμιωτέρα ἐστὶν ἡ ἀνατολὴ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς κτίσεως, διὰ τοῦτο ἐν τῷ καιρῷ τῆς προσευχῆς νεύομεν πρὸς ἀνατολὴν πάντες. *Quia quæ apud nos præstantissima sunt, ea honori divino consecramus, juxta hominum verò opinionem Oriens omnibus aliis creaturæ partibus præstantior est, propterea tempore precum omnes ad Orientem os defigimus.* *Alii*, quia Oriens sit imago diei natalis, atque etiam inde lux augeatur. Ita argutatur Clemens Alex. Strom. VII. pag. 724: Ἐπεὶ δὲ γενεθλίου ἡμέρας εἰκὼν ἡ ἀνατολή, κἀκεῖθεν τὸ φῶς αὔξεται ἐκ σκότους λάμψαν τὸ πρῶτον· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν ἀγνοίᾳ καλινδουμένοις ἀνέτειλε γνώσεως ἀληθείας ἡμέρα κατὰ λόγον τοῦ ἡλίου· πρὸς τὴν ἑωθινὴν ἀνατολὴν αἱ εὐχαί. *Quoniam autem diei natalis imago est Oriens, atque illinc quoque lux augetur, quæ primùm illuxit ex tenebris, iisque, qui volutantur in ignorantia, exortus est dies cognitionis veritatis, quemadmodùm sol oritur, ideo ad ortum matutinum habentur preces.* *Alii*, quia Paradisum, ad Orientem plantatum, requiramus. Ita Basilius M. de Spiritu S. Cap. XXVII. tom. II. pag. 212: Πάντες μὲν ὁρῶμεν κατὰ ἀνατολὰς ἐπὶ τῶν προσευχῶν· ὀλίγοι δὲ ἴσμεν ὅτι τὴν ἀρχαίαν ἐπιζητοῦμεν πατρίδα τὸν παράδεισον, ὃν ἐφύτευσεν ὁ θεὸς ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς. *Omnes quidem ad Orientem respicimus, cùm precamur: pauci tamen novimus, quòd id facientes antiquam requirimus patriam, videlicet Paradisum, quem Deus plantavit in Eden ad Orientem.* Pseudo-Athanasius, quæst. XXXVII. ad Antiochum, tom. II. pag. 344. pro ratione interrogantium, *Cur ad Orientem conversi orent Christiani?* respondendum monet. Judæis quidem ita: Ὅτι τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐνομοθέτησεν ἡμῖν διὰ Δαυὶδ τοῦ προφήτου, εἰπόντος ψαλ. ρλβ· Προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἔστησαν οἱ πόδες σου Κύριε, κλ. *Quia Spiritus sanctus præcepit nobis per Prophetam Davidem dicentem*

tem Psal. CXXXII. Adoremus in locum, ubi steterunt pedes tui Domine, &c. Gentilibus verò: Οὐχ ὡς ἐν ἀνατολαῖς περιγραφομένου τοῦ θεοῦ, κατ᾽ ἀνατολὰς προσκυνοῦμεν· ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ὁ θεὸς φῶς ἀληθινόν ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται, τούτου χάριν πρὸς τὸ φῶς τὸ κτιστὸν ἀφορῶντες οὐκ αὐτὸ, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν αὐτοῦ προσκυνοῦμεν. *Non, quasi Deus Oriente circumscribatur, ad Orientem versi adoramus: sed quoniam Deus lux vera est & nominatur, hanc ob caussam ad lumen creatum respicientes, non illud, sed ejus creatorem adoramus.* Fidelibus tandem hoc modo docet respondendum esse: Τούτου χάριν οἱ μακαριώτατοι κατ᾽ ἀνατολὰς τὰς τῶν χριστιανῶν ἐκκλησίας προσέταξαν ἐποίησαν, ἵνα πρὸς τὸν παράδεισον ἀφορῶμεν, ὅθεν ἐξεπέσαμεν, πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἡμῶν πατρίδα καὶ χώραν, αἰτούμενοι τὸν θεὸν καὶ δεσπότην ἀποκαταστῆσαι ἡμᾶς, ὅθεν ἐξωρίσθημεν. *Hanc ob caussam beatissimi Christianorum Ecclesias ad Orientem curârunt exstruendas, ut ad Paradisum respiciamus, unde etiam excideramus, rogantes Deum Dominum, ut nos in antiquam Patriam nostram & regionem restituat, unde ejecti fuimus.* Johannes Damascenus integrum Caput XIII. lib. IV. de Orthod. fide, huic quæstioni tribuit, variásque hujus ritus rationes affert. Eum consulat, cui operæ videbitur precium: ut & Germanum Constantinop. in Theoria Ecclesiast. pag. 148: Gregorium Nyssenum imprimis, Homil. V. in Orat. Dominicam, tom. I. pag. 755.

Nec *ad Orientem tantùm orabant* Veteres; ad eundem etiam *baptizabant.* Id patet ex Cyrilli Ierosolymitani Catechesi I. Νεοφωτ. pag. 192. Postquam enim docuisset, baptizandum ἀποταγῆς, *abrenunciationis* veba recitantem, πρὸς δυσμὰς ἀποβλέπειν, *ad Occasum respicere*; statim subjicit, eundem deinceps στραφῆναι ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἀνατολὴν, τοῦ φωτὸς τὸ χωρίον, *ab Occasu ad Orientem, lucis nimirum locum, verti.* Eundem ritum nobis describit Dionysius Areopag. Hirarch. Eccles. Cap. I. Sect. VI. pag. 216. Rationem verò hujus ritus Capite sequenti, Sect. V. pag. 222. hanc reddit: Οὕτω παντελῶς ἄσχετον αὐτὸν καὶ ἀκοινώνητον γεγονότα, πρὸς ἕω μετάγει, τὴν ἐν τῷ θείῳ φωτὶ στάσιν τε καὶ ἀνάνευσιν ἔσεσθαι καθαρῶς ἐν τῇ παντελεῖ τῆς κακίας ἀποφοιτήσει διαγγέλλουσα. *Sic omnino ipsum,* nempe baptizandum, *affectus jam expertem exsortémque, traducit ad Orientem, divinæ lucis statum illi aspectúmque,* omni-

Alia ad Orientem fiebant.

omnimodâ malitiæ fugâ, fore purum annuncians. Exemplum est in Clemente, in vita Petri, ubi Faustum senem Petrus baptizaturus: Καὶ παραλαβὼν ἡμᾶς ἐξῆλθε μὲν κατὰ ἀνατολὰς τῆς πόλεως, ἔνθα τῶν ὑδάτων πολλά τε καὶ καθαρὰ, καὶ μόνον τὸν πατέρα λαβὼν ἐβάπτισεν αὐτόν. *Et assumtis nobis exivit quidem ad plagam urbis orientalem, ubi multæ & puræ erant aquæ, atque solo assumto patre, baptizavit eum.*

Templa priscorum *ad Orientem ædificabantur.* Pseudo-Athanasius, quæst. XXXVII. ad Antiochum, ut modò vidimus, Οἱ μακαριώτατοι κατὰ ἀνατολὰς τὰς τῶν χριστιανῶν ἐκκλησίας προστρέχειν ἐποίησαν. *Beatissimi, Christianorum Ecclesias ad Orientem curârunt exstruendas.* Vide Vitruvium lib. IV. Cap. V. & Savorinum ad Sidonii lib. II. Epist. X. De Oriente loquitur etiam Clemens Alex. Strom. VII. pag. 724: Ὅθεν καὶ τὰ παλαιότατα τῶν ἱερῶν πρὸς δύσιν ἔβλεπεν· ἵνα οἱ ἀντιπρόσωποι τῶν ἀγαλμάτων ἱστάμενοι, πρὸς ἀνατολὴν τρέπεσθαι διδάσκωνται. Hoc est, interprete Herveto, *Unde etiam templorum antiquissima respiciebant ad Occidentem*, ut qui *vultu stant ad simulachra conversi, doceantur verti ad orientem.*

Ad Orientem veteres medicinis utebantur. Exempla sunt apud Plinium, Valerianum & Marcellum, teste, Cl. Barthio, Advers. lib. XLI. Cap. XVI. pag. 184?. *Orientem* etiam peculiariter *Deo consecratum censebant*, quia nimirum lux ex eo oritur, nosque ex Deo orimur. Lactantius lib. II. Cap. X: *Oriens Deo accensetur, quod ipse luminis fons & illustrator est rerum: & oriri nos faciat ad vitam sempiternam.*

2. Manuum lotarum ad cælum extensio.

II. *Manuum, prius ablutarum, ad cælum extensio.* Observandum Apostoli I. ad Timoth. Cap. II. v. 8. præceptum; ubi χεῖρας ὁσίους ἐπαίρειν, *manus puras levare* jubemur. Χεῖρες ὅσιοι, ut infinitæ lectionis Vir, Johannes Pricæus, monet, sunt, quas καθαρὰς καὶ ἀμιάντους alii scriptores vocant. Clemens Alex. Strom. VI. χεῖρας εἰς οὐρανὸν καθαρὰς ἐκτείνειν, *manus in cælum puras extendere* dicit. Clemens alter ad Corinthios, ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας πρὸς αὐτὸν (Θεὸν) αἴροντες, *puras & immaculatas manus ad Deum tollentes.* Hinc Veteres etiam de externa manuum ablutione, veluti internæ puritatis indicio, erant solliciti

citi. Chrysost. Homil. XLIII. in I. ad Corinthios: Οὐκ ἂν ἕλοιο χερσὶν ἀνίπτοις εὔξασθαι. *Illotis manibus nequaquam orares.* In hunc finem Templorum atria habebant *fontes, cisternas*, vel *puteos*, ne fideles illotis manibus ad publicas accederent preces. Vide Joh. Lud. de la Cerda Adverſ. sacr. Cap. CII. sect. VIII. pag. 167. Chrysost. Homil. LXXII. in Johannem: Εἶτα χεῖρας μὲν νιπτόμεθα εἰς ἐκκλησίαν εἰσιόντες. *Deinde manus quidem lavamus in Ecclesiam ingredientes.* Idem, Homil. LVII. tom. V. pag. 390: Κρήνας εἶναι ἐν ταῖς αὐλαῖς τῶν εὐκτηρίων οἴκων νενόμισται, ἵνα οἱ μέλλοντες εὔχεσθαι τῷ θεῷ, πρότερον ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, οὕτως αὐτὰς εἰς εὐχὴν ἀνατείνωσιν. *Ut in atriis domuum oratoriarum fontes sint, constitutum est, quò sic Deum oraturi, priùs manus abluant, & tunc demum eas ad preces extendant.* Et Homil. CVIII. tom. VI: Δύο νιπτῆρές εἰσι πρὸ τῶν πυλῶν τῆς ἐκκλησίας· μία τοῦ ὕδατος, ἐν ᾗ νίπτεις τὰς χεῖρας, καὶ μία ἡ χεὶρ τοῦ πένητος, ἐν ᾗ ἀποσμήχεις τὴν ψυχήν σου. *Duo pro Templi foribus pollubra sunt: alterum aqua, in quo manus abluis, alterum manus pauperis, in quo animam tuam purgas.* Quòd pauperum meminit, ad veterem alludit consuetudinem. Pauperes enim solebant ad Templorum fores mendicare. Id docet Chrysost. Hom. LVII. t. V. pag. 390: Διὰ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῶν οἴκων τῶν εὐκτηρίων ἔστησαν τοὺς πένητας οἱ πατέρες οἱ ἡμέτεροι, ἵνα καὶ τὸ νωθρότατον καὶ ἀπανθρωπότατον αὐτὴ τῶν πενήτων ἡ ὄψις πρὸς ὑπόμνησιν ἐγείρῃ τῆς ἐλεημοσύνης. *Propterea etiam Patres nostri pro foribus oratoriarum domuum pauperes constituerunt, ut vel pigerrimum, & ab humanitate alienissimum ipse pauperum aspectus ad erogandam excitaret eleemosynam.* Et mox: Οὕτω καὶ τοὺς πένητας ἀντὶ πηγῶν καὶ κρηνῶν ἔστησαν οἱ πατέρες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵν', ὥσπερ ὕδατι τὰς χεῖρας ἀπονίπτομεν, οὕτω φιλανθρωπίᾳ τὴν ψυχὴν ἀποσμήχοντες πρότερον, οὕτως εὐχώμεθα. *Ita etiam pauperes loco fontium & cisternarum Patres pro foribus statuerunt, ut, quemadmodum aquâ manus abluimus, ita misericordiâ animam purgantes priùs, ita oremus.* Externum verò illum ablutionis ritum, si interna non accedat cordis puritas, idem Chrysost. Homil. VI. in I. ad Timoth. vocat γέλωτα, καὶ λῆρον, παίγνια, καὶ παίδων ἀθύρματα, *risum, nugas, jocos, & puerorum ludicra.* De manuum elevatione & præcepta & exempla, non ex historia tantùm sacra, sed etiam profana, afferri possent. Adeat, qui vult

Pauperes pro Templorum foribus mendicabant.

Cl. Rittershusii Notas ad lib. I. Salviani, p. m. 27. & 28: & ejusdem sacrarum Lect. lib. V. Cap. X. Johannem etiam Priceum ad I. Timoth. Cap. II. v. 8. Nos addimus Clementem Alexandrinum, qui Strom. VII. pag. 722. dicit, in precibus

Cur manus eleventur. τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν αἴρομεν, *manus in cælum tollimus.* Quid autem hic gestus sibi velit, & cujus nos rei admonere debeat, eleganter docet Chrysost. in Psal. CXLI. tom. I. pag. 857, 858. Τί βούλεται τῶν χειρῶν ἡ ἔκτασις ἐν τῇ εὐχῇ; Ἐπειδὰν πολλαῖς πονηρίαις διακονοῦνται αὗται, οἷον πληγαῖς, φόνοις, ἁρπαγαῖς, πλεονεξίαις· διὰ αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο κελευόμεθα αὐτὰς ἀνατείνειν, ἵνα ἡ τῆς εὐχῆς διακονία δεσμὸς αὐταῖς γένηται τῆς κακίας, καὶ ἀπαγάγῃ τῆς πονηρίας· ἵνα ὅταν μέλλῃς ἁρπάζειν, ἢ πλεονεκτεῖν, ἢ τύπτειν ἕτερον, ἀναμνησθεὶς ὅτι ταύτας μέλλεις ἀντὶ συνηγόρων πρὸς τὸν θεὸν πέμπειν, καὶ διὰ τούτων τὴν θυσίαν ἀναπέμπειν ἐκείνην τὴν πνευματικήν, μὴ καταισχύνῃς αὐτάς, καὶ ἀπαρρησιάστους ἐργάσῃ τῇ διακονίᾳ τῆς πονηρᾶς ἐργασίας. *Quid manuum in precibus sibi vult extensio? Quoniam illæ multis malis ministrant actionibus, cujusmodi sunt verbera, cædes, rapinæ, avaritia & illicitus quæstus: hanc ipsam ob caussam jubemur eas levare, ut ipsum orationis ministerium, seu, quia in precibus nobis ministrant, eas à malitia abstrahat, & à nequitia abducat: ut, si quid rapere, vel aliena invadere, vel alium percutere velles, memor, quòd easdem manus, tanquam patronas & advocatos, ad Deum mittas, & per illas sacrificium istud spirituale offeras, eas non pudefacias, nec mala actione libertate sua spolies.*

3. Clara vox. III. *Clara vox, seu clamor.* Hinc in sacris *clamare* aliquando est, Deum ardentissimo animi affectu invocare. Vide Exodi VIII. 12. Cap. XIV. 10. 15. Matth. XXVII. 46. 50. Et alibi passim. Et *clamor* ponitur pro oratione, seu precatione vehementissima Exodi II. 23. Psal. XVII. 1. XVIII. 7. Hebr. V. 7. &c. Clara autem vox, seu clamor adhibetur, non ideo, ut nos Deus tantò faciliùs audiat; ipse enim etiam tacitas animorum cogitationes habet perspectas & cognitas; unde ad Mosen, etiam silentem, Exodi XIV. 15. dicebat, *Quid clamas ad me?* Quo verbo Chrysost. lib. III. de Providentia dicit Deum significare τὸν θόρυβον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, *tumultum animæ ipsius:* vel, ut idem explicat, Homil. IX. in Epist. ad

ad Coloss. βοὴν κατὰ διάνοιαν μετὰ καρδίας συντετριμμένης, *clamorem mentis cum corde contrito*: & Homil. XXXI. tom. V. pag. 195: Τὸ μὲν στόμα οὐ λαλεῖ, ἡ δὲ διάνοια βοᾷ. *Os quidem non loquitur, mens vero clamat.* Vel, Deus nominat *clamorem*, ut Theodoretus explicat, τὴν σπουδαίαν τῆς διανοίας εὐχὴν, *studiosam ac sedulam mentis precationem.* Huc facit, quòd idem Theodoretus in Psal. CXIX. scribit, *Davidem vocare* κραυγὴν, τὴν τῆς ψυχῆς προθυμίαν, *clamorem, animæ alacritatem & studium*: & addit, Οὕτω καὶ Μωσῆς ἐβόα σιγῶν· καὶ προσευχομένῳ κατὰ διάνοιαν ὁ θεὸς ἔφη· Τί βοᾷς; *Ita etiam Moses clamavit silens: & mente tantùm oranti dixit Deus: Quid clamas?* Unde *clamor cordis*, Augustino & aliis Theologis sunt ardentissimi gemitus & suspiria cordis, sine emissione vocis externæ. De hoc clamore Basilius M. in Psal. XXXIII. ad v. 18. tom. I. pag. 229: Νοητὴ τῶν δικαίων ἡ κραυγὴ, ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας τὴν μεγαλοφωνίαν ἔχουσα, δυναμένη ἐφικέσθαι καὶ αὐτῶν τῶν ὤτων τοῦ θεοῦ· ὁ γὰρ μεγάλα αἰτῶν καὶ περὶ ἐπουρανίων εὐχόμενος, οὗτος κράζει καὶ ἀκουστὴν ἀναπέμπει τῷ θεῷ τὴν εὐχήν. *Justorum clamor spiritualis in occulto & penitiore cordis recessu delitescens, vim obtinet claræ & altiloquæ vocis, ut quæ ad ipsas Dei aures pertingere potest. Qui enim magna petit, cælestiáque bona sibi apprecatur, hic demum clamat, & talem ad Deum transmittit orationem, quæ exauditur.* Quòd autem Deus nec clamore, nec clara egeat voce, Clemens Alexand. Strom. VII. pag. 724. docet: Τὰς πολυφώνους γλώσσας οὐκ ἀναμένει ὁ θεὸς, καθάπερ οἱ παρὰ ἀνθρώπων ἑρμηνεῖς· ἀλλὰ ἁπαξαπλῶς ἁπάντων γνωρίζει τὰς νοήσεις· καὶ ὅπερ ἡμῖν ἡ φωνὴ σημαίνει, τοῦτο τῷ θεῷ ἡ ἔννοια ἡμῶν λαλεῖ· ἣν καὶ πρὸ τῆς δημιουργίας εἰς νόησιν ἥξουσαν ἠπίστατο· ἔξεστιν οὖν μηδὲ φωνῇ τὴν εὐχὴν παραπέμπειν, συντείνοντα μόνον ἔνδοθεν τὸ πνευματικὸν πᾶν εἰς φωνὴν τὴν νοητὴν, κατὰ τὴν ἀπερίσπαστον πρὸς τὸν θεὸν ἐπιστροφήν. *Loquaces linguas Deus non exspectat, ut ab hominibus interpretes, sed cognoscit omnium omnino mentes: & quod nobis vox significat, hoc Deo nostra loquitur cogitatio, quam etiam ante creationem sciebat in mentem esse venturam. Licet ergo etiam absque voce emittere orationem, modò quis quicquid est intrinsecus spiritale, intendat in vocem, quæ mente percipitur per indivulsam ad Deum conversionem.* Chrysost. Hom. XII. tom. V. pag. 61: Τοῦτό ἐστι μάλιστα εὐχὴ, ὅταν ἔνδον αἱ βοαὶ ἀναφέρωνται· τοῦτο μάλιστα ψυχῆς πεπονημένης,

μὴ τῷ πόνῳ τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ τῆς διανοίας τὴν εὐχὴν ἐπιδείκνυσθαι. Οὕτω καὶ Μωσῆς ηὔχετο· διὸ καὶ μηδὲν αὐτοῦ φθεγγομένου φησὶν ὁ θεός· Τί βοᾷς πρός με; Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ταύτης μόνον ἐπακούουσι τῆς φωνῆς· ὁ δὲ θεὸς πρὸ ταύτης τῶν ἔνδον κραζόντων ἀκούει. Ἄρα ἐστὶ καὶ μὴ κράζοντας ἀκούεσθαι, καὶ ἐπ' ἀγορᾶς βαδίζοντας εὔχεσθαι κατὰ διάνοιαν μετὰ πολλῆς ἀκριβείας, καὶ μετὰ φίλων συνεδρεύοντας, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ποιοῦντας μετὰ σφοδρᾶς τῆς βοῆς καλεῖν τὸν θεὸν, τὴν ἔνδον λέγω, καὶ μηδενὶ τῶν παρόντων καταδήλον ταύτην ποιεῖν. *Id maximè precari est, cùm internus clamor sursum fertur: id animi maximè laborantis indicium est, non cum quadam lingua molestia, sed cum mentis promtitudine orationem fundere. Ita etiam Moses orabat: hinc, eo etiam nihil loquente, Deus dicit: Quid ad me clamas? Homines namque hanc tantùm vocem audiunt: Deus verò, etiam ante illam, eos, qui intus clamant, audit. Igitur etiam illi, qui non clamant, audiri possunt, & qui per forum obambulant, magno studio mente tenus precari, & qui cum amicis consident, sive aliud quidpiam agunt, magno cum clamore Deum invocare possunt: clamorem autem intelligo internum, & nemini præsentium auditum.*

4. Genuum flexio. IV. *Genuum flexio.* Multa hujus ritus in sacris vestigia sunt. Vide exemplum Solomonis, I. Reg. VIII. 54: Danielis, Dan. VI. 10. 11. Salvatoris nostri Jesu Christi, Lucæ XXII. 41: Stephani, Actor. VII. 60: Pauli cum suis, Act. XX. 36: Cap. XXI. 5. Eosdem imitati veteres Christiani, itidem flexis genibus, seu, ut Tertullianus loquitur, de geniculis adorare solebant. Eusebius, Hist. Eccles. lib. V. κεφ. ε', pag. 48. postquam docuisset, Christianos milites, sub Marco Aurelio Imperatore, pluviam impretrâsse precibus, dicit eos orâsse γόνυ θέντας ἐπὶ τὴν γῆν, *genu flexo in terram usque*, idque fecisse κατὰ τὸ οἰκεῖον τοῖς Χριστιανοῖς τῶν εὐχῶν ἔθος, *juxta consuetudinem orandi Christianis propriam.* Cur verò inter orandum genua flectantur, autor quæstionum ad Orthodoxos, quæ Justino Martyri tribuuntur, Resp. CXV. pag. 283. hanc reddit rationem: Ἡ ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις ἡμῶν γονυκλισία, σύμβολόν ἐστι τῆς ἐν ταῖς ἁμαρτίαις πτώσεως ἡμῶν. *Quòd sex diebus genua fleximus, illud symbolum est lapsus nostri in peccatis.* Basilius M. de Spiritu S. Cap. XXVII. tom. II. pag. 212. 213. Sic de hoc ritu scribit: Καθ' ἑκάστην γονυκλισίαν καὶ διανάστασιν, ἔργῳ δείκνυμεν, ὅτι διὰ τῆς ἁμαρτίας εἰς γῆν

κατερ-

κατἐῤῥύημεν, καὶ διὰ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς εἰς οὐρανὸν ἀνεκλήθημεν. Quoties genua flectimus, & rursus erigimur, ipso facto ostendimus, quòd per peccatum in terram sumus delapsi, & per humanitatem ejus, qui creavit nos, in cœlum sumus revocati.

Interim γονυκλισία, seu genuflexio, diebus Dominicis, & à tempore inter Pascha & Pentecosten interjecto, in primitiva Ecclesia, post Apostolorum tempora, non fiebat. Patet hoc ex Canone ultimo Concilii Nicæni I: *Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς πεντηκοστῆς ἡμέραις, ὑπὲρ τοῦ πάντα ἐν πάσῃ παροικίᾳ ὁμοίως φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ θεῷ. Quoniam quidam sunt, qui die Dominico genua flectunt, & in diebus Pentecostes, ut omnia similiter in omni paræcia serventur, visum est sanctæ Synodo, stantes DEo orationes persolvere.* Eadem repetuntur in Collectione Canonum Johannis Antiocheni sub titulo L. Per ἡμέρας πεντηκοστῆς intelligitur tempus quinquagesimæ, quod à Paschate ad Pentecosten intercedit. Ex aliis hoc testimoniis clarum. Tertullianus de Corona Militis, Cap. III, pag. 289: *Die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus.* Hunc Tertulliani locum æmulatus est Hieronymus in Dialogo adv. Luciferianos, Cap. IV: *Die Dominico, & per omnem Pentecosten nec de geniculis adorare, & jejunium solvere, multaque alia, quæ scripta non sunt, rationabilis sibi observatio vindicavit.* De die Dominico in specie habemus Can. XC. Concilii in Trullo: *Ταῖς κυριακαῖς μὴ γόνυ κλίνειν ἐκ τῶν θεοφόρων ἡμῶν πατέρων κανονικῶς παρελάβομεν. Ne Dominicis diebus genua flectamus, à divinis Patribus nostris canonicè accepimus.* Sed non sine caussa suprà diximus, γονυκλισίαν post Apostolorum demum tempora hisce diebus fuisse abrogatam: etenim ex Cap. XXI. Actor. vers. 5. patet; ut Cl. Justellus ad Can. XX. Concilii Nicæni observat; sanctum Apostolum Paulum, & multos alios, eo ipso tempore, quod interlabitur à Paschate ad Pentecosten in Tyri littore, *θέντας τὰ γόνατα, positis genibus*, vel *de geniculis adorâsse.*

Quando non licuerit genua flectere.

Quòd si jam in rationes hujus consuetudinis inquirere lubeat, eas nobis antiquitas etiam suppeditabit. Author

Cur illo tempore non licuerit genua flectere.

quæstionum ad Orthodoxos, quæ Justino M. tribuuntur, quæst. CXV. pag. 283. docet, cur id non fiat die Dominico. Τὸ ἐν τῇ κυριακῇ μὴ κλίνειν γόνυ, σύμβολόν ἐστι τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι τῶν τε ἁμαρτημάτων, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτῶν τεθανατωμένου θανάτου ἠλευθερώθημεν. *Die autem Dominico genua non flectere, symbolum est resurrectionis, quâ Christi gratiâ & à peccatis, & à morte, quæ ab illo interfecta est, liberati sumus.* Τοῦ ἐπ' αὐτῶν & libri impressi, & ex iis etiam Cl. Justellus: non sine mendo. Restituendum puto, καὶ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ, ut intelligatur mors, quæ à Christo victa est. Et de Pentecoste ibidem: Ἐν ᾗ οὐ κλίνομεν γόνυ, ἐπειδὴ ἰσοδυναμεῖ τῇ ἡμέρᾳ τῆς κυριακῆς. *In qua genu non flectimus, quòd eodem loco habenda sit, quo Dominicus dies.* Iterum de die Dominico Germanus Constantinop. in Theoria Ecclesiast. pag. 149: Τὸ μὴ κλίνειν γόνυ τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας κυριακῆς, σημαίνει τὴν τῆς καταπτώσεως ἡμῶν ἀνόρθωσιν γενομένην διὰ τῆς τριημέρου τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. *Genu non flectere sancto die Dominico resurrectionis, significat erectionem nostram ex lapsu, factam per resurrectionem Christi, quæ tertio die contigit.* De Pentecoste idem: Τὸ δὲ μέχρι τῆς πεντηκοστῆς μὴ κλίνειν γόνυ, ἐστι τὰς ἑπτὰ ἡμέρας μετὰ τὸ ἅγιον πάσχα ἑπταπλουμένας κρατεῖν τῇ διακινησίμῳ. τὸ ἑπτάκις ἑπτὰ, τεσσαρακονταεννέα, καὶ ἡ κυριακὴ πεντήκοντα. *Non flectere genu ad Pentecosten usque, est septem dies post sanctum Pascha in septem multiplicatos contineri die Pentecostes. Nam septies septem, quadraginta novem, & Dominico addito, quinquaginta.* Hic locus minus rectè habet: ipsa etiam interpretatio, cujus autor incertus, orrigenda. Pro ἑπταπλουμένας, sine dubio legendum, ἐπιτελουμένας: pro διακινησίμῳ, διακαινησίμῳ. Latinè sic restitues: *Non flectere genu ad Pentecosten usque, est septem illos dies, qui post Pascha celebrantur, observare in hedomade Diacænesima.* Διακαινήσιμος; ita enim scribendum, non διακινήσιμος, nec διακοινίσιμος, aut διακενίσιμος; vocatur tota illa Hebdomas, quæ festum Paschale proximè sequitur. Maximus Margunius, interrogatus, quidnam hoc vocabulo significaretur, respondit: Σημαίνεται παρ' ἡμῖν διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος ὅλη ἡ πρώτη ἑβδομὰς τῆς ἀναστασίμου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἑορτῆς. *Significatur hoc nomine apud nos prima hebdomas festi resurrectionis Salvatoris nostri.* De hoc verò nomine pluribus in Thesauro agetur Ecclesiastico. Consulat

interim

interim Lector doctissimi Meursii Glossarium. Verba, Κρατεῖν τῇ διακαινισίμῳ non satis videntur expedita. Nec tamen melior nunc occurrit lectio. De eodem ritu, & cur ille in Ecclesia sit observandus, pluribus agitur apud Basilium M. Cap. XXVII. de Spiritu S. tom. II. pag. 112, 113. & apud Balsamonem, pag. 1032. in illud ipsum XXVII. Caput Basilii: maximè etiam apud Zonaram, ad Canonem XX. Concilii Nicæni, pag. 66. ubi Basilii rationes repetuntur.

Atque hæc de præcipuis Veterum circa preces ritibus & gestibus, hoc quidem loco, sufficiant: de reliquis alibi quoque dicendi occasio sese, uti speramus, offeret. Hîc tamen illud meminisse debemus, gestus illos non esse simpliciter necessarios; imò, nisi ad orationem προφορικὴν, *externam*, etiam accedat ἐνδιάθετος, *interna*, nisi preces fundantur μετ' ἐκτενείας, μετ' ὀδυνωμένης ψυχῆς, μετ' συντεταμένης διανοίας, *cum assiduitate, cum animo se ipsum dolore excruciante, & mente intenta*, ut Chrysost. Homil. V. περὶ τοῦ Ἀκαταλήπτου, tom. VI. pag. 422. scribit; illas Deo gratas esse non posse. Dignissima, quæ hîc legantur, & omnibus inculcentur verba Chrysost. Homil. XIX. in Matthæum: Μὴ τῷ σχήματι τοῦ σώματος, μηδὲ τῇ κραυγῇ τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῇ προθυμίᾳ τῆς γνώμης τὰς εὐχὰς ποιώμεθα, μήτε μετὰ ψόφου καὶ ἠχῆς, καὶ πρὸς ἐπίδειξιν, ὡς καὶ τοὺς πλησίον ἐκκρούειν, ἀλλὰ μετ' ἐπιεικείας πάσης, καὶ τῆς κατὰ διάνοιαν συντριβῆς, καὶ δακρύων τῶν ἔνδοθεν. *Ne externo corporis gestu, neque vocis clamore, sed animi promtitudine preces fundamus, nec cum aliquo strepitu & sono, & ad ostentationem, ut ipsos etiam proximos deterreamus, sed cum omni mansuetudine, & mentis contritione, & cum internis lacrymis.*

Nunc ad ipsam nos accingimus *Orationem Dominicam*. Ea Græcis vocatur προσευχή. Cyrillus Alex. in Cap. XLIX. Jesaiæ, pag. 666. Οὕτω φαμὲν ἐν προσευχαῖς· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. *Ita dicimus in precibus: Pater noster, qui es in cœlis.* Vocatur εὐχὴ δεσποτικὴ, ab autore, Can. CXVIII. Concilii Carthaginensis. Vocatur θεοδίδακτος εὐχὴ, à Cyrillo Ierosol. Catechesi IV. Νεοφώτ. quia Christus, qui verus est Deus, eam discipulos suos docuit. Vocatur εὐχὴ τῶν πιστῶν, *oratio fidelium*, à Chrysost. Homil. X. in Epist. ad Coloss. tom. IV. pag. 142: ubi per πιστοὺς

Orationis Dominicæ nomina.

illi

Πιστοὶ & κατηχούμενοι opponuntur.

illi intelliguntur, qui Baptismum jam acceperunt, atque ita Catechumenis opponuntur. Hanc distinctionem docent Liturgiæ. In Liturgia Chrysostomo adscripta Diaconus, antequam ad Eucharistiæ celebrationem acceditur, clara voce clamat: Ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε· οἱ κατηχούμενοι προέλθετε· ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε· μή τις τῶν κατηχουμένων· ὅσοι πιστοὶ, ἔτι καὶ ἔτι ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. *Quicunque Catechumeni recedite: Catechumeni recedite: quicunque Catechumeni recedite. Nullus Catechumenorum sc:* maneat. *Quicunque fideles, iterum & iterum pro pace Dominum oremus.* Eadem occurrunt in Liturgia Basilii, in Liturgia Præsanctificatorum, &c. Vide etiam Can. XIX. Concilii Laodiceni. Hinc frequentes illæ in Conciliorum Canonibus locutiones, *συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, cum fidelibus consistere; συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς*, vel μετὰ τῶν πιστῶν, *cum fidelibus orare:* de quibus actum Cap. I. pag. 20, &c. Eandem distinctionem Can. XI. Concilii Nicæni I. haud obscurè innuit. Ejus verba *de his, qui sine necessitate prævaricati sunt:* Ὅσοι γνησίως μεταμελῶνται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν οἱ πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς, κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν. Hæc in Biblioth. Juris Canonici ita redduntur: *Quicunque verè pœniteant, tribus annis fideles inter Audientes habeantur, & septem annis jaceant: duobus autem annis sine oblatione, populo communicent in orationibus.* Eundem Canonem jam suprà Cap. I. pag. 14. habuimus. Nîl tamen impedit, quò minùs hîc repetatur: imò repetionem ejus & examen, ibi prætermissum, nonnulla flagitant. Verba namque, *tribus annis fideles inter Audientes habeantur*, huic Canoni tenebras offundunt, imò ejus autoribus contradictionem tribuunt: qui enim ἐν ἀκροωμένοις, *inter Audientes* sunt, non sunt πιστοὶ, *fideles*, neque tales haberi possunt, sed aut pœnitentium, aut Catechumenorum nomine veniunt. Hæc igitur, Οἱ πιστοὶ, ita reddi debent, *si sunt fideles*, vel, ut antiqua habet versio, *si tamen fideles sunt*: peccata namque fidelium, & eorum, qui baptizati essent, non eadem, quâ Catechumenorum, ratione puniebantur. Ideo Patres, doctissimo observante Albaspinæo, quotiescunque pœnas aliquas de peccatis repetendas præscribunt, cum illa exceptione, *si sunt*

fideles

fideles, loquuntur; aut, si id non faciunt, eandem intelligi volunt. Exceptionem frequenter exprimunt Canones Concilii Eliberini. Can. XII: *Mater, vel parens, vel qualibet fidelis si lenocinium exercuit; eò quòd alienum vendiderit corpus, vel potiùs suum, placuit eas nec in fine accipere communionem.* Vide etiam Can. VII. IX. XL. XLVI. &c. Sed in viam. Ideo oratio Dominica vocatur εὐχὴ τῶν πιστῶν, quia à Catechumenis, antequam baptizati essent, non recitabatur. Disertis verbis hoc testatur Theodoretus, in Epitome divinorum Decretorum, Cap. XXVIII. tom. IV. pag. 316: Ταύτην τὴν προσευχὴν οὐ τοὺς ἀμυήτους, ἀλλὰ τοὺς μυσταγωγουμένους διδάσκομεν. Οὐδεὶς γὰρ τῶν ἀμυήτων λέγειν τολμᾷ, Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, μήπω δεξάμενος τῆς υἱοθεσίας τὸ χάρισμα. Ὁ δὲ τοῦ βαπτίσματος τετυχηκὼς δωρεᾶς, πατέρα καλεῖ τὸν θεὸν, ὡς εἰς τοὺς υἱοὺς τελέσας τῆς χάριτος. *Hanc nos Orationem initiatos non docemus, sed initiatos: nullus enim eorum; qui initiati non sunt, dicere audet,* Pater noster, qui es in cœlis, *cùm adoptionis donum nondum acceperit. Qui autem Baptismi donum consecutus est, DEum Patrem vocat, tanquam in gratia filios adscitus.* Hoc ipsum ex eo etiam satis manifestum est, quia Catechumeni ab Ecclesia post primas conciones, & antequam S. Eucharistia celebraretur, ex templo recesserunt: hæc verò Oratio ad Eucharistiam adhibita fuit, ut vel ex solius Cyrilli Ierosol. Catechesi V. Νεοφωτ. pag. 219. claret: unde sequitur, Catechumenos ne quidem recitationi hujus Orationis interfuisse. Hoc etiam inde luce meridiana clarius est, quia post acceptum demum Baptismum hanc Orationem discebant. Augustinus Homil. XLII. quam feriâ secundâ Palmarum habuit, Competentes Orationem Dominicam ita ediscere jubet, ut eam memoriter Sabbato sequenti & proximo post Baptismum reddere possint. *Accipite*, inquit, *hodie, quomodo invocatur DEus.* Et paulò pòst: *Tenete ergo, & Orationem hanc, quam reddituri estis die Sabbati novissimi, quo baptizandi estis.* Tandem, non poterant eam recitare, quia petitionis quartæ verba, τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, ab omnibus pene, ut suo loco mox videbimus, de Eucharistia explicabantur: cujus mysterii cùm nondum potuerint esse participes Catechumeni, frustrà hanc

Oratio Dominica à Catechumenis non recitata.

X petitio-

petionem recitâssent. Consulatur Albaspinæus, Observat. lib. I. Observatione XIX. Tempus est, ut ipsa divini hujus hexachordi, & totius Evangelii breviarii verba expendamus.

CAPUT VII.
DE PRÆFATIONE IN ORATIONEM DOMINICAM.

Vox πατὴρ sumitur I. *ὀυσιωδῶς: atque ita DEus est Pater* a. *eorum, quos creavit:* b. *eorum, quos adoptavit. Usus hujus nominis triplex:* a. *Summus DEi erga nos amor inde elucet.* b. *Omnia continet bona.* c. *Nostri nos admonet officii.* II. *Ὑποστατικῶς. Patris proprietas characteristica est* 1. *quòd ἀγέννητος. Vox ἀγέννητος videtur nonnunquam à Veteribus rejecta. Cur rejecta? Ἀγέννητος perperam ponitur pro ἀγένητος: ita etiam γεννητὸς pro γενητός. Patres distinguunt voces ἀγέννητος & ἀγένητος: item γεννητὸς & γενητός.* 2. *Altera Patris proprietas, quòd ἄναρχος.* Ἄναρχον a. *idem quod ἀΐδιον, & ita tota S. Trinitas est ἄναρχος. Quomodo Filius ἄναρχος, quomodo Spiritus sanctus.* b. *idem quod ἀναίτιον; ita solus Pater ἄναρχος. Quomodo Pater dicatur ἀρχή. An Pater caussa Filii dici possit. Cur addatur pronomen* ΗΜΩΝ. *Duo nobis inculcat.* a. *Fiduciam exauditionis.* b. *Officium mutuæ dilectionis. De verbis,* Ο ΕΝ ΤΟΙΣ ΟΥΡΑΝΟΙΣ. *DEus infinitus. Quomodo in cœlo esse dicatur. Cur addatur,* Qui es in cœlis.

Patris *vox sumitur,* 1. *Ὀυσιωδῶς. Atque ita Deus,* Pater *a. eorũ, quos creavit.*

ΠΑΤΕΡ. *Patris* vox, DEo tributa, sumitur dupliciter: I. *Ὀυσιωδῶς, essentialiter.* Atque ita DEus vocatur *a.* Pater eorum, quos creavit, & conservat. Hoc etymon vocis πατὴρ significat Autori Definit. apud Athanasium, tom. II. pag. 44: Εἴρηται πατὴρ, ἢ ὡς τὰ πάντα τηρῶν· ἢ ὡς τοὺς οἰκείους παῖδας τηρῶν καὶ στηρίζων οἷα πατήρ. *Dicitur πατὴρ, vel quasi omnia conservans: vel quasi proprios filios conservans atque confirmans, ut Pater.* Ibidem, in Quæst. miscell. Quæst. VIII. tom. II. pag. 442: Πατὴρ λέγεται ὁ θεὸς ὡς τὰ πάντα τηρῶν· ὡσανεὶ πάντων τηρητής. *Deus dicitur πατὴρ quasi omnia conservans, quasi omnium conservator.* Utrum hæc vera sit etymologia, non disputamus: allusio certè

tè non est ἀλλόκοτος. Martinius, & Vossius in novo Etymolog. consuli possunt. Theophilus, lib. I. ad Autolycum, pag. 245: Πατὴρ λέγεται, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν πρὸ τῶν ὅλων. *Pater dicitur, quia est ante omnia.* Non tantùm, quia est ante omnia, sed etiam, quia autor omnium. Chrysost. Homil. LXXIII. in Matth. ad Cap. XXIII. v. 9. quomodo nullus Pater vocandus: Οὐχ ἵνα μὴ καλῶσιν, ἀλλ' ἵνα εἰδῶσιν, ὃν κυρίως πατέρα καλεῖν χρή.—— Ἐκεῖνος γὰρ πάντων αἴτιος. *Non eum in finem, ut non appellent* sc: Patrem, *sed ut sciant, quis propriè sit Pater appellandus.*—— *Ipse enim omnium caussa & autor est.* Eodem modo de DEo Patre Symbolum Nicænum: Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ποιητήν. *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem* Harmenopulus de fide Orthod. pag. 576: Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως χριστιανὸν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν: desumta ex Symbolo Nicæno verba. Ita Deus potiori jure noster Pater, quàm Patres terreni. En tibi Basil. M. lib. II. contra Eunomium, tom. II. pag. 63: Πατὴρ ἡμῶν ὁ θεὸς οὐ καταχρηστικῶς, οὐδ' ἐκ μεταφορᾶς· ἀλλὰ κυρίως καὶ πρώτως, καὶ ἀληθινῶς ὀνομάζεται· διὰ τῶν σωματικῶν γονέων εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παράγων, καὶ ταῖς κηδεμονίαις προσοικειούμενος. *Pater noster DEus, non abusione aut translatione, sed propriè, primò & verè nominatur, cùm per hos corporeos parentes ex nihilo nos ad esse produxerit, & singulari curâ sibi adjungat.* Consentit Theodoretus ad v. 15. Cap. III. ad Ephesios, pag. 305: Κυρίως πατὴρ, καὶ ἀληθῶς πατὴρ ὁ θεός· οὐ γὰρ ἐγένετο πρῶτον υἱὸς, εἶτα πατήρ· ἀλλ' ἀεὶ πατήρ ἐστι, καὶ φύσει πατήρ· οἱ δὲ ἄλλοι πατέρες, εἴτε σωματικοὶ, εἴτε πνευματικοὶ, ἄνωθεν τὴν προσηγορίαν ἕλκυσαν. *Propriè Pater, & verè Pater Deus: non enim primùm fuit filius, deinde Pater, sed semper Pater est, & naturâ Pater: alii autem patres, sive corporales, sive spirituales, desuper appellationem traxerunt.* Calculum suum addit Damascenus, Orth. fidei lib. I. Cap. XIII. pag. 53: Κυριώτερον ὁ θεὸς ἡμῶν ἐστι πατὴρ, ὁ ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ἢ οἱ γεννήσαντες, οἱ ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ γεννᾷν εἰληφότες. *Magis propriè DEus pater noster est, qui nos ex nihilo ad esse perduxit, quàm illi, qui nos genuerunt, qui ab ipso & esse, & generare acceperunt.*

b. Eorum, quos sibi adoptavit in filios.

b. DEus etiam appellatur Pater eorum, quos sibi gratis adoptavit in filios. *Neque enim indignum est DEo, eorum fieri patrem, quorum se Christus fecerit fratrem*, inquit Bernhardus, in octavo Paschæ. Imò mavult *Pater*, quàm *Dominus* vocari. Hoc indicat Theodoretus, ad Cantic. Cap. I. v. 1. pag. *999.* sic DEum allocutus: Πέμψον μοι τὸν μονογενῆ σου υἱὸν, ὦ δέσποτα καὶ πάτερ· τοῦτο γὰρ μᾶλλον ἢ ἐκεῖνο θέλεις ἀκούειν. *Mitte mihi unicum filium tuum, ò Domine & Pater: magis enim Patris, quàm Domini appellatione delectaris.* Ita vult à nobis invocari, & ita à suis invocatur. Imò DEus ab ipsis Gentilibus in precibus *Pater* nuncupabatur. Patet ex Lactantio, cujus lib. IV. Cap. III. verba sunt: *Omnem DEum*, qui ab homine colitur, necesse est inter solemnes ritus *& precationes* Patrem *nuncupari, non tantùm honoris gratiâ, sed & rationis, quòd & antiquior est homine, quòd vitam, salutem, victúmque præstat, ut Pater. Itaque & Jupiter à precantibus* Pater *vocatur, & Saturnus, & Janus, & Liber, & cæteri deinceps.* Est autem ἡμῶν χάριτι πατὴρ δι' αὐτοῦ, *noster Pater gratiâ per eum*, scil. Jesum Christum, ut loquitur Theophanes, Homil. XXXIV. Atque hoc sensu in ipso statim limine DEum vocamus *Patrem:* adeò ut vox *Patris* per synecdochen, Scripturæ sacræ familiarem, accipiatur οὐσιωδῶς, *essentialiter*, pro Deitate, seu S S. Trinitate, & Patrem, Filium, atque Spiritum S. complectatur.

Usus hujus nominis.
a. Summus DEi erga nos amor.

Quòd verò DEum jubemur vocare *Patrem*, varius inde emergit usus. 1. Summus DEi erga nos amor se patefacit. Cyrillus Ierosol. Catechesi V. Νεοφωτ. pag. 219: Ὢ τῆς μεγίστης τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, τοῖς ἀποπηδήσασιν αὐτοῦ καὶ ἐν ἐσχάτοις γενομένοις κακοῖς τοσαύτην δεδώρηται κακῶν ἀμνηστίαν, καὶ χάριτος μετουσίαν, ὡς καὶ πατέρα ἐπικαλεῖσθαι. *O summam DEi humanitatem! Iis, qui ab ipso resilierunt, & in extremis versati sunt malis tantam præteritorum malorum oblivionem, & gratiæ largitus est communionem, ut velit Pater ab iis vocari.* Eandem DEi φιλανθρωπίαν summis effert laudibus Chrysostomus, Homil. XXX. tom. V. pag. 185: Ὢ πόση τῆς φιλανθρωπίας ἡ ὑπερβολή; ὢ πόση τῆς φιλοτιμίας ἡ ὑπεροχή; ποῖος ἀρκέσει λόγος πρὸς εὐχαριστίαν τοῦ τοσαῦτα πηγάζοντος ἡμῖν ἀγαθά; Σκόπησον, ἀγαπητὲ, τῆς σῆς καὶ ἐμῆς φύσεως τὴν εὐτέλειαν· ἐρεύνησον τὴν συγγέ-

συγγένειαν, τὴν γῆν, τὸν χοῦν, τὸν πηλὸν, τὴν πλίνθον, τὴν σποδόν· ἀπὸ γὰρ τῆς γῆς διαπλασθέντες, πάλιν εἰς τὴν γῆν μετὰ τέλος ἀναλυόμεθα. Ταῦτα οὖν ἐννοήσας ἐκπλάγηθι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τῆς πολλῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος, ὅτι πατέρα καλεῖν προσετάχθης αὐτὸν ὁ γήϊνος τὸν οὐράνιον, ὁ θνητὸς τὸν ἀθάνατον, ὁ φθαρτὸς τὸν ἄφθαρτον, ὁ πρόσκαιρος τὸν αἰώνιον, ὁ χθὲς καὶ πρώην πηλὸς, τὸν ὄντα πρὸ τῶν αἰώνων θεόν. *Quanta hac humanitatis excellentia? Quanta honoris & dignitatis eminentia? Quæ, quæso, oratio sufficiens esse queat ad gratias ei agendas, qui tanta in nos effundit bona? Considera, dilecte mi, & tuæ & meæ naturæ vilitatem, scrutare cognationem, terram, pulverem, lutum, limum, cinerem: cùm enim ex terra simus formati, rursus in terram tandem resolvimur. Hæc si consideraveris, cum stupore admirare impervestigabiles divitias summæ DEi erga nos bonitatis, quòd ipsum es jussus vocare Patrem, terrenus cœlestem, mortalis immortalem, corruptibilis incorruptibilem, temporalis æternum, heri & nudius tertius lutum, eum, qui ante secula DEus est.*

2. Hoc nomen est cornucopiæ omnium bonorum & donorum spiritualium. Iterum testem habemus Chrysostomum, Homil. XIX. in Matthæum: Ὁ πατέρα εἰπὼν τὸν θεὸν, καὶ ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, καὶ κολάσεως ἀναίρεσιν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἁγιασμὸν, καὶ ἀπολύτρωσιν, καὶ υἱοθεσίαν, καὶ κληρονομίαν, καὶ ἀδελφότητα τὴν πρὸς τὸν μονογενῆ, καὶ πνεύματος χορηγίαν διὰ τῆς μιᾶς ταύτης ὡμολόγησε προσηγορίας. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν, καλέσαι πατέρα τὸν θεὸν, μὴ πάντων ἐκείνων ἐπιτυχόντα τῶν ἀγαθῶν. *Qui DEum dicit Patrem, & peccatorum remissionem, & damnationis abrogationem, & justitiam, & sanctimoniam, & redemtionem, & adoptionem, & hæreditatem, & fraternitatem cum unigena, & spiritus suppeditationem hac unica confessus est appellatione: fieri enim nequit, ut quis DEum Patrem nominet, nec omnia ista bona consequatur.*

b. Hoc nomen omnia continet bona.

3. Hæc ineffabilis DEi erga nos indignissimos φιλανθρωπία, nostri nos quoque admonet officii. Plurima, eaque & memoratu, & observatu imprimis dignissima habet Gregorius Nyssenus Orat. II. in Orat. Dominicam: nos præcipua tantùm Lectorum oculis hîc subjicimus. Sic igitur ille, tom. I. pag. 726: Τῆς πονηρᾶς πράξεως, ὁ ἀγαθὸς κατὰ τὴν οὐσίαν, πατὴρ γενέσθαι φύσιν οὐκ ἔχει· οὔτε ὁ κατὰ τὸν βίον βεβηλωθεὶς, ὁ ἅγιος· οὔτε ὁ

c. Nostri nos admonet officii.

περιτρεπομένου, ὁ ἀναλλοίωτος· οὔτε τοῦ νεκρωθέντος ἐξ ἁμαρτίας, ὁ πατὴρ τῆς ζωῆς· οὔτε τῶν ἐν τοῖς πάθεσι τῆς ἀτιμίας ἀσχημονούντων, ὁ καθαρὸς καὶ ἀκήρατος· οὔτε τοῦ πλεονέκτου ὁ εὐεργέτης· οὔτε ὅλως τῶν ἔν τινι κακῷ εὑρισκομένων, ὁ ἐν παντὶ τῷ ἀγαθῷ θεωρούμενος. *Improbæ actionis is, qui naturâ suâ bonus est, Pater esse nequaquam potest: neque vitâ contaminati sanctus: neque ejus, qui huc illuc circumagitur, is, qui alius fieri ac mutari non potest: neque mortificati per peccatum, pater vitæ: neque eorum, qui affectibus probrosis & ignominiosis impulsi turpia committunt, is qui purus & integer est: neque avari & raptoris, benefactor: nec eorum denique, qui in aliquo malo deprehenduntur, is, qui in omni bono cernitur & consideratur.* Et paulò pòst: Ἡ τοῦ πατρὸς φωνὴ τὴν αἰτίαν τοῦ ἐξ αὐτοῦ ὑποστάντος διασημαίνει· οὐκοῦν ὁ μοχθηρὸς τὴν συνείδησιν, εἰ πατέρα ἑαυτοῦ τὸν θεὸν λέγει, οὐδὲν ἕτερον ἢ τῶν ἰδίων κακῶν ἀρχηγόν τε καὶ αἴτιον αὐτὸν εἶναι κατηγορήσει. Ἀλλ' οὐδεμία κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, φησὶν ὁ ἀπόστολος· ἀλλὰ τῷ φωτὶ φῶς προσοικειοῦται, καὶ τῷ δικαίῳ τὸ δίκαιον, καὶ τῷ καλῷ τὸ καλὸν, καὶ τῷ ἀφθάρτῳ τὸ ἄφθαρτον. Τὰ δὲ ἐναντία πρὸς τὰ ὁμογενῆ πάντως τὴν συγγένειαν ἔχει· οὐ γὰρ δύναται δένδρον καλὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν. *Patris vocabulum, caussam ex ipso procreati significat. Ergo si quis malam habens conscientiam patrem suum DEum dicat, nihil aliud, quàm malorum suorum quasi ducem & authorem eum insimulabit. At nulla communio luci cum tenebris, inquit Apostolus: sed cum lumine lumen consociatur, & cum justitia justitia: cum honestate honestas: cum incorrupto incorruptum. Contraria verò cum iis, quæ ejusdem generis sunt, planè cognationem habent. Non enim potest arbor bona malos fructus proferre.* Et pagina sequenti: Ὅταν τοίνυν πατέρα τὸν θεὸν λέγειν ἡμᾶς ἐν τῇ προσευχῇ διδάσκῃ ὁ Κύριος, οὐδὲν ἕτερόν μοι δοκεῖ ποιεῖν, ἢ τὸν ὑψηλόν τε καὶ ἐπηρμένον νομοθετεῖν βίον· οὐ γὰρ δὴ ψεύδεσθαι διδάσκει ἡμᾶς ἡ ἀλήθεια, ὥστε λέγειν ὃ μή ἐσμεν, καὶ ὀνομάζειν ὃ μὴ πεφύκαμεν· ἀλλὰ πατέρα λέγοντες ἑαυτῶν, τὸν ἄφθαρτόν τε καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθὸν, ἐπαληθεύειν τῷ βίῳ τὴν ἀγχιστείαν· ὁρᾷς ὅσης ἡμῖν παρασκευῆς ἐστι χρεία; οἵου βίου; πόσης καὶ ποταπῆς ἐστι τῆς σπουδῆς; ὥστε ποτὲ πρὸς τοῦτο τὸ μέτρον τῆς παρρησίας ὑψωθείσης ἡμῶν τῆς συνειδήσεως, τολμῆσαι εἰπεῖν τῷ θεῷ ὅτι πάτερ; *Cùm igitur, ut Deum in Oratione Patrem dicamus Dominus nos docet, nihil mihi aliud facere videtur, quàm sublimem & altam instituere atque præscribere vitam: non enim utique mentiri nos veritas docet, ut dicamus*

nos

nos esse, quod non simus, & appellemus nos eo nomine, quod tamen nobis attributum non sit: sed ut, dum incorruptum, & justum, & bonum Patrem nostrum dicimus, vita integritate propinquitatem exprimamus, eamque veram esse ostendamus. Vides, quanto nobis opus sit apparatu? quali vita? quanto ac quali studio? ut ad eundem modum fiducia, erectâ tandem conscientiâ nostrâ ad DEum, dicere audeamus, Pater. In eandem sententiam multa alia inde excerpere licet. Paucissimis omnia complexus est Chrysostomus, Homil. XIX. in Epist. ad Romanos: Διὰ τοῦτο πατέρα καλοῦμεν εὐχόμενοι, οὐχὶ τῆς χάριτος μόνον ἀναμιμνήσκοντες αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς, ἵνα μηδὲν ἀνάξιον τῆς τοιαύτης συγγενείας ποιῶμεν. *Ideo Patrem orantes vocamus, non tantùm ut gratiæ illius nos ipsos admoneamus, sed etiam virtutis, ut nihil tanta propinquitate indignum committamus.* Idem Homil. CIX. tom. V. pag. 707. Πατέρα λέγεις ἄνθρωπε, τὸν θεόν; Καλῶς λέγεις, ἔστι γὰρ πατὴρ πάντων. Ἀλλὰ σπούδαζε ἐργάζεσθαι ἔργα ἀρέσκοντα τῷ πατρί σου. Εἰ δὲ κακὰ ποιεῖς ἔργα, πρόδηλον, ὅτι τὸν διάβολον ἐπικαλῇ πατέρα· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἔφορος τῶν κακῶν. Διὸ σπεῦδε ἐκφυγεῖν τοῦτον, ἀρέσαι δὲ τῷ ἀγαθῷ πατρὶ καὶ ποιητῇ σου. *DEum, ò homo, Patrem dicis? Bene dicis, est enim Pater omnium. Sed festina operari opera, quæ Patri tuo placeant. Si verò mala facis opera, manifestum est, te diabolum invocare Patrem: ipse enim est malorum præses & inspector. Propterea festines eum effugere, bono verò Patri & creatori tuo placere.* Eadem Chrysostomi verba Germanus Constantinop. in suam transtulit Theoriam Ecclesiasticam, ut videre est pag. 174: unde sequentia quoque damus: Πατέρα αὐτὸν καλεῖς; ὡς τέκνον πολίτευου, ἵνα εὐάρεστος αὐτῷ γένῃ τῷ πατρὶ τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τίς γὰρ τῷ κοσμοκράτορι τῶν κάτω συρομένων στρατευόμενος, καὶ υἱοθετούμενος αὐτῷ διὰ τῶν πονηρῶν ἔργων, τολμᾷ τὸν αἴτιον παντὸς ἀγαθοῦ Κύριον, εἰπεῖν πατέρα; Δῆλον δὲ, ὅτι οὗτος οὐ τὸν Κύριον σαβαὼθ καλεῖ πατέρα, ἀλλὰ τὸν ἀντικείμενον, οὗ καὶ τὰ ἔργα πράττει. *Patrem eum vocas? Ut filius vitam tuam institue, ut gratus sis & placeas ipsi Patri tuo, qui in cœlis est. Quis enim ex iis, qui terrenis adhærent, sub mundi principe militans, & malis operibus ei in filium adoptatus, audeat autorem omnium bonorum ac dominum dicere Patrem? Certum est, eum non Dominum Zebaoth vocare Patrem, sed adversarium, cujus etiam opera facit.* Tandem Cyprianus, de Orat. Domi-

Dominica, pag. 266. audiatur. *Meminisse*, inquit, *fratres dilectissimi, & scire debemus, quia, quando Patrem DEum dicimus, quasi filii DEi agere debemus, ut quomodo nos nobis placemus de DEo Patre, sic sibi placeat & ille de nobis. Conversemur quasi DEi templa, ut DEum in nobis constet habitare*, &c. Cùm Pambo, Monachus Ægyptius; non enim prætereundum illustre illud exemplum; monente Athanasio, Alexandriam venisset, atque ibi γυναῖκα θεατρικὴν, *theatricè ornatam*, vel *theatricam* vidisset, σύνδακρυς ἐγένετο, *collacrymatus est*. Adstantibus, caussam scire volentibus, respondit, *duo lacrymas elicuisse*, ἓν μὲν ἐκείνης ἀπώλεια· ἕτερον δὲ, ὅτι ἐγὼ οὐ τηλικαύτην ἔχω σπουδὴν πρὸς τὸ ἀρέσαι θεῷ, ὅσον αὐτὴ, ἵνα ἀρέσῃ ἀνθρώποις αἰσχροῖς. *Alterum quidem est ejus perditio: alterum verò, quòd ego non tanto conor studio Deo placere, quanto illa fœdis hominibus*. Ita refert Socrates, Hist. Eccl. lib. IV. Cap. XXIII. p. 236. a. Ergo, quemadmodum ὀνόματος προσωνυμία οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν κρίνεται, ἄνευ τῶν ὑποπιπτουσῶν τῷ ὀνόματι πράξεων, *nudum nomen neque bonum, neque malum judicatur, nisi adsint actiones nomini convenientes & respondentes*, ut loquitur Justinus M. Apol. ad Antoninum Pium, pag. 136: etsi Christiano nomine gloriemur, si vita Christo sit indigna, nihil ex inani ista jactantia ad nos utilitatis redundabit: ita, quamvis Deum quotidie Patrem nostrum appellemus, vitam verò illi gratam negligamus, nudum illud Patris nomen nos beatiores reddere non poterit.

2. *Vox, Pater, sumitur* ὑποστατικῶς.

II. Hæc eadem *Patris* vox accipitur etiam de Deo ὑποστατικῶς, *personaliter*, & notat primam sanctissimæ Trinitatis, τῆς ἁγίας, ἀτρέπτου, ἀναλλοιώτου, ὁμοουσίου Τριάδος, personam. Proprium hoc ei nomen. Greg. Nazianz. Orat. XXXVI. pag. 590: Ἴδιον ὄνομα τοῦ ἀνάρχου, πατήρ. *Proprium ejus, qui principii expers est, nomen, Pater. Pater* vocatur respectu Filii, qui est γνήσιος παῖς τοῦ πατρὸς, καὶ σύνθρονος, *naturalis Patris Filius, & ejusdem majestatis*, ut loquitur Chrysostomus Homil. XXXVI. in Acta, pag. 814. Idem Homiliâ ad Anomœos, tom. VI. pag. 426. Υἱὸς λέγῃ σύ; Ἐκεῖνος δὲ καὶ ἔστιν. Ἐνταῦθα ῥῆμα, ἐκεῖ πρᾶγμα. Υἱὸς λέγῃ σύ; ἀλλὰ μονογενὴς οὐ λέγῃ, καθάπερ καὶ ἐκεῖνος. Ἀλλ' ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς οὐ διατρίβεις, ἀλλ' ἀπαύγασμα τῆς δόξης οὐκ εἶ, οὐδὲ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, οὐδὲ μορφὴ τοῦ θεοῦ ὑπάρχεις.

Filius

Filius tu diceris? Ipse verò etiam est. Hîc nomen est, ibi res ipsa. Filius tu diceris? Sed unigena non vocaris, quemadmodum etiam ipse. Sed in sinu Patris non versaris, sed effulgentia gloriæ non es, neque character personæ, neque forma DEi existis. Atque ita ἡ τοῦ Πατρὸς κλῆσις, οὐκ οὐσίας ἐςὶ παραςατικὴ, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸν Υἱὸν σχέσιν ἀποσημαίνει, *Patris appellatio non essentiam, sed relationem ad Filium significat*, ut scribit Greg. Nyssenus, Orat. II. contra Eunomium, tom. II. pag. 434.

Quomodo Pater à Filio & Spiritu S. distinguatur.

Hìc jam non fuerit ab instituto nostro alienum, examinare, quomodo *Pater*, voce nimirum ὑποςατικῶς sumta, à Filio & Spiritu sancto distinguatur. Ut hoc intelligamus, Orthodoxæ antiquitatis sententiam, in Patrum scriptis satis & tritam, & solidè propositam, paucis exponemus. Proprietates, quibus Personæ in divinis distinguuntur, vocantur à Græcis τρόποι ὑπάρξεως, *modi subsistendi*, ut est in Expos. Fidei, quæ Justino tribuitur, pag. 172: ὀνόματα διακεκριμένα, *nomina discreta*, à Dionysio Areopag. Cap. II. de divinis Nominibus, pag. 418: χαρακτῆρες ἰδιάζοντες, *characteres proprii*, à Basilio M. lib. II. adv. Eunomium: Epistolâ verò XLIII. ἰδιάζοντα γνωρίσματα, *proprietates*, & γνωριςικαὶ καὶ χαρακτηριςικαὶ ἰδιότητες, *proprietates distinguentes & denotantes*: ἰδιώματα ἀφοριςικὰ καὶ προσωπικὰ, *proprietates distinguentes & personales*, à Nicephoro, Episcopo Constant. in Actis Ephesinis, pag. 308: ἰδιότητες γνωριςικαὶ, *proprietates, quibus* personæ *dignoscuntur*, à Gr. Nysseno, Orat. VII. Contra Eunomium, tom. II. p. 638: ἰδιότητες χαρακτηριςικαὶ, εἴτ' οὖν διοριςικαὶ, *proprietates denotantes, sive distinguentes*, ab Orientalibus, adversus IX. Anathemat. Cyrilli, pag. 182: ὑποςατικοὶ χαρακτηρισμοὶ, *notæ personales*, ab Oecumenio in Cap. IV. Actorum, pag. 23. Quamvis autem in exprimendis proprietatibus istis, sobriè sapiendum, & verecundè loquendum sit; quandoquidem tanti mysterii neque majestatem pectus humanum, neque explanationem lingua capiat mortalis; nihil tamen vetat, quò minùs in ἰδίωμα Patris ἀφοριςικὸν καὶ προσωπικὸν, veteres, veluti λαμπαδηφόρους, facem nobis præferentes, secuti, inquiramus. Illud ergo est, quòd dicitur ΑΓΕΝΝΗΤΟΣ & ΑΝΑΡΧΟΣ.

Ἀγεννησία est proprietas characteristica Patris.

Ἀγεννησίαν esse χαρακτηρίζουσαν Patris proprietatem, luculenter testantur Veteres. Ignatius, Epistolâ ad Ephesios, pag. 221: Ἰατρὸς ὑμῶν ἐστιν, ὁ μόνος ἀληθινὸς θεὸς, ὁ ἀγέννητος καὶ ἀπρόσιτος, ὁ τῶν ὅλων Κύριος, τοῦ δὲ μονογενοῦς πατὴρ καὶ γεννήτωρ. *Medicus noster est, solus verus DEus, ingenitus ille, & inaccessus, universorúmque Dominus, unigenæ autem Pater & genitor.* Alexander, Episcopus Alexand. in Epistola ad Alexandrum Episcopum Constantinop. apud Theodoretum, Hist. Eccles. lib. I. Cap. III. pag. 533: Πιστεύομεν εἰς μόνον ἀγέννητον πατέρα, οὐδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸ αἴτιον ἔχοντα, ἄτρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, κλ. *Credimus in solum ingenitum Patrem, qui essentiæ suæ authorem nullum habet, qui converti aut mutari non potest*, &c. Basilius M. lib. III. contra Eunomium, tom. II. pag. 85: Ἀγέννητον δὲ οὐδεὶς οὕτως ἔξω παντελῶς ἐστι τοῦ φρονεῖν, ὥστε τολμῆσαι ἕτερον, πλὴν τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων, προσαγορεῦσαι· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ υἱὸν, τῷ ἕνα εἶναι τὸν μονογενῆ. *At nullus sic omnino impudens est, ut audeat alium, præter DEum universorum, ingenitum appellare: nec tamen etiam Filium, cùm unus sit unigena.* Idem, lib. I. adv. eundem, pag. 15: Ὅταν εἰς τοὺς κατόπιν αἰῶνας ἀποβλέψωμεν, ὑπερεκπίπτουσαν πάσης ἀρχῆς εὑρίσκοντες τὴν ζωὴν τοῦ θεοῦ, ἀγέννητον αὐτὸν λέγομεν. *Cùm in præterita jam secula respicimus, ac omne superare initium vitam DEi invenimus, tunc ipsum ingenitum esse dicimus.* Gregorius Nazianzenus Orat. XXVI. pag. 445: Δέον ἕνα θεὸν πατέρα γινώσκειν, ἄναρχον, καὶ ἀγέννητον, καὶ υἱὸν ἕνα γεγεννημένον ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ πνεῦμα ἓν ἐκ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν, πατρὶ μὲν, ἀγεννησίας· υἱῷ δὲ, γεννήσεως. *Unum DEum Patrem agnoscere oportet, principii expertem & ingenitum, & unum Filium ex Patre genitum, & unum Spiritum ex DEo subsistentiam habentem, hoc solo nomine Patri cedentem, quòd non ingenitus sit, hoc item Filio, quòd non genitus sit.*

Vox ἀγέννητος ab Orthodoxis aliquando rejecta videtur.

Aliquando tamen Veteres hanc τοῦ ἀγεννήτου vocem, utpote Arrianorum errori patrocinantem, non immeritò rejecisse putantur. Id fecit Athanasius, Dial. II. de S. S. Trinitate, tom. II. pag. 185. Anomœus rogat: Ἅμα οὖν λέγεις ὑπάρχειν πατέρα καὶ υἱόν; *Num igitur Patrem & Filium simul existere dicis?* Respondet Orthod. Ἅμα λέγω. *Simul* existere *dico.* Anomœus rogat: Δύο οὖν ἀγέννητα λέγεις; *Duo igitur ingenita dicis?* Orthod.

Ἐγὼ

Ἐγὼ πατέρα καὶ υἱὸν λέγω· τί δὲ ἐστιν ἀγέννητον, οὐκ ἐδιδάχθην ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν. *Ego Patrem & Filium dico: quid verò ingenitum sit, sacra me Scriptura non docuit.* Anomœus: Οὐκ ἔστιν οὖν ὁμολογούμενον, ὅτι ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἔστι γεννητός; *An igitur non in confessio est, Patrem Christi non esse genitum?* Orthod. Ὡμολόγηται καὶ παρ' ἐμοῦ. *Id & ego confiteor.* Anom. Ὁ δὲ μὴ γεγονὼς, καὶ ὑπάρχων, ἀγεννήτως ὑπάρχει. ἀγέννητος ἄρα. *Itaque qui non est factus, & est, citra generationem est: est igitur ingenitus.* Orthod. Ὅτι μὲν οὐκ ἐγένετο, οἶδα· ἀγέννητον δὲ αὐτὸν λέγειν οὐκ ἐδιδάχθην ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς, ἀλλὰ πατέρα. *Eum quidem novi non fuisse factum: ipsum autem vocare* ἀγέννητον *non docent me sacræ literæ, sed Patrem.* Et Dial. eodem, pag. 186. Τὸ ἀγέννητον, κἂν δοκῇ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν ὑποπίπτειν, ἡ εὐσέβεια οὐκ ἐπιτρέπει λέγειν. Ἀγέννητος, *etsi intelligentiæ nostræ convenire videatur, pietas dicere vetat.* Et paulò post: Μηδὲ τὸ ἀγέννητον λεγέσθω, κἂν ὑποπίπτῃ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν. Quædam tamen exemplaria veram retinent lectionem, & legunt, ἀγένητον, simplici N. Perspicua imprimis sunt illa Basilii M. lib. I. adv. Eunomium, pag. 10: Ἐγὼ δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίαν, κἂν τὰ μάλιστα δοκῇ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν συμβαίνειν, ἀλλ' οὖν ὡς οὐδαμοῦ τῆς γραφῆς κειμένην, καὶ πρῶτον στοιχεῖον οὖσαν τῆς βλασφημίας αὐτῶν, σιωπᾶσθαι ἂν δικαίως ἀξίαν εἶναι φήσαιμι, τῆς πατρὸς φωνῆς, ἴσον δυναμένης τῷ ἀγεννήτῳ, πρὸς τῷ καὶ τὴν περὶ τοῦ υἱοῦ ἔννοιαν συνημμένως ἑαυτῇ διὰ τῆς σχέσεως συνεισάγειν· ὁ γὰρ ὄντως πατὴρ καὶ μόνος, ἐξ οὐδενός ἐστιν ἑτέρου· τὸ δὲ ἐξ οὐδενὸς, ταὐτόν ἐστι τῷ ἀγέννητος. Οὐ τοίνυν ἀγέννητον προσαγορευτέον μᾶλλον ἡμῖν, ἢ πατέρα, εἴγε μὴ μέλλοιμεν εἶναι σοφώτεροι τῶν διδαγμάτων τοῦ σωτῆρος, εἰπόντος· Πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός· τοῦ πατρὸς, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀγεννήτου. *Ego autem etiam ingeniti appellationem, quamvis summopere intelligentia nostræ congruere videatur; tamen, quoniam nullo loco in Scriptura illam invenio, & quoniam primum est elementum blasphemiæ eorum tacendam esse meritò duxerim: præsertim cùm Patris vox & id possit, quod ingeniti, & ad id etiam propter relationem conjunctam sibi notionem de Filio adducat. Qui enim verè Pater, & solus Pater est, à nullo est altero; qui autem à nullo est, idem est quod ingenitus. Non ergo magis ingenitus, quàm Pater nobis appellandus est, ne videamur prudentiores esse velle Salvatoris doctrinâ, qui ait: Profecti baptizate in nomine Patris:*

Patris *dixit*, *& non* Ingeniti. Similia apud eosdem, & apud alios etiam reperias.

Cur hæc vox rejecta.

Quærenti, cur Patres hanc τοῦ ἀγεννήτου vocem è foro Theologico putaverint proscribendam, respondebit doctissimus Vir, Paulus Carolus, celeberrimus olim in Academia Montalbanensi Theologiæ Professor in Expositione Symboli Nicæni ἀνεκδότῳ, id ob duas maximè factum esse caussas. Primò, quia hac voce Ethnici DEum designaverint. Sibylla apud Augustinum Steuchum, (imò etiam apud Just. M. in Exhortat. ad Græcos: & apud Lactant. Institut. lib. I. Cap. VI. qui ἀγένητος non interpretatur *Ingenitus*, sed *increatus*) lib. III. de perenni Philosophia, Cap. V: Εἷς θεὸς, ὃς μόνος ἐστὶν, ὑπερμεγέθης, ἀγένητος. *Unus, solúsque est Deus, maximus, ingenitúsque.* Et Parmenides, citatus ab eodem, (& à Clemente Alex. Strom. V. pag. 603.) lib. III. ejusdem Operis, Cap. X. — Ὡς ἀγένητον ἐὸν, καὶ ἀνώλεθρόν ἐστιν. — *Ingeneratus erat, semper sine morte futurus.* Ipse Arnobius, lib. I. contra Gentes, Deum sic compellat: *Tu prima caussa es, locus rerum ac spatium, fundamentum cunctorum, quæcunque sunt, idem* Ingenitus. Et tunc nihil aliud significat, quàm ἄκτιστον, *increatum* & *infectum*. Arriani ergo, qui Patrem nuncupabant ἀγέννητον, Filium autem γεννητὸν, solum Patrem esse Deum ἄκτιστον, & *infectum*, Filium autem *creatum* & *factum*, κρυπτικῶς astruebant. Deinde asserebant, ἀγέννητον & γεννητὸν esse τῆς οὐσίας δηλωτικὰ, & inde colligebant, aliam esse Patris, aliam Filii essentiam: cùm certum sit has voces ἀγέννητον & γεννητὸν non esse, ut ait Justinus, τῆς οὐσίας δηλωτικὰ, σημαντικὰ δὲ τῆς ὑποστάσεων: & Basilius, lib. III. contra Eunomium: Ὑπάρξεως ἐν τρόπος τὸ ἀγέννητον, καὶ οὐκ οὐσίας ὄνομα. Hactenus ex eruditissimo illo, & luce dignissimo Tractatu. Statuit ergo Cl. Carolus, ἀγεννήτου vocem aliquando à Veteribus esse rejectam: idem innuunt allata modò testimonia. Quid verò nos? Non possumus in istam concedere sententiam. Cur hoc? Quia Ecclesiæ Doctores hac ratione modò affirmarent, modò negarent, *Patrem* in sancta Trinitate ἀγέννητον vocari posse. Clarissima vidimus dicta, quæ probant, Patris ἰδίωμα χαρακτηριστικὸν esse τὸ ἀγέννητον: idem Orthodoxa constanter docuit Ecclesia, nec alia

alia ejus hodie ſententia. Unde ergo iſta in Patrum ſcriptis tam manifeſta & periculoſa contradictio? Re tota anxiè ſatis & accuratè ponderata, non aliam invenio cauſſam, quàm amanuenſium, vel Typographorum, aut eorum potiùs, qui variis Patrum præfuerunt editionibus, adeóque typothetica tollere debebant σφάλματα, incuriam. Eorum ἀβλεψία voces ἀγέννητος & γεννητὸς, non rarò pro ἀγένητος & γενητὸς poſuit; quaſi ἀγέννητον, *infectum*, *increatum* notet, atque τῷ γενομένῳ, ſeu τῷ ποιητῷ, *facto*, *creato*, opponatur: quaſi γεννητὸς *natus*, & γενητὸς *factus*, *creatus* ſint ἰσοδυναμοῦντα. Exempla ſatis ſunt obvia. Ea diſtinctè producamus. Ἀγέννητος, ſæpe poſitum pro ἀγένητος in ſequentibus. Athanaſius de Decretis Concilii Nicæni, tom. II. pag. 278: Ἀγέννητον μὲν, τὸ μήπω μὲν γενόμενον, δυνάμενον δὲ γενέσθαι. *Ἀγέννητον est, quod quidem nondum est factum, fieri autem potest.* Et pauciſſimis interjectis, dicit ἀγέννητον eſſe, τὸ ὑπάρχον μὲν, μήτε δὲ γενητὸν, μήτε ἀρχὴν ἔχηκὸς εἰς τὸ εἶναι· ἀλλ' ἀΐδιον ὂν, καὶ ἀδιάφθορον, *quod quidem exiſtit, non autem neque factum eſt, neque ſui eſſe principium habet, ſed ſempiternum eſt, & à corruptione immune.* Pro ἀγέννητον hoc loco legendum eſſe ἀγένητον, patet ex Cyrillo Alexend. in cujus Theſauro, Aſſert. I. pag. 11. hæc ipſa ex Athanaſio leguntur, ubi ἀγένητον conſtanter ſimplici N ſcriptum eſt: patet etiam ex hoc ipſo Athanaſii dicto: cùm enim dicit, ἀγέννητον eſſe, τὸ μὴ γενητὸν, *quod non eſt creatum*, vel *factum*, eo ipſo innuit, ἀγένητον eſſe ſcribendum, alioqui dicturus fuiſſet, τὸ μὴ γεννητὸν, *quod non eſt natum.* Idem Athanaſius, de Synodis, tom. I. pag. 922. ſcribit, Ignatium appellare Filium DEi γεννητὸν καὶ ἀγέννητον, ſuámque ſubjicit ἐπίκρισιν hanc, γεννητὸν αὐτὸν λέγων διὰ τὴν σάρκα· ἀγέννητον δὲ, ὅτι μὴ τῶν ποιημάτων, καὶ γενητῶν ἐστιν, ἀλλ' υἱὸς ἐκ πατρός. *Eum dicens γεννητὸν propter carnem: ἀγέννητον verò, quoniam non ſit ex numero creaturarum, aut rerum factarum, ſed Filius ex Patre.* Apud eundem Athanaſium, Dial. II. de S. Trinitate, tom. II. pag. 207. ἀγέννητος quinquies pro ἀγένητος poſitum legitur. Orthodoxus dicit ad Aëtium Eunomianum: Οὐ πᾶν ἀγέννητον πάσης αἰτίας ἐξῄρηται· ἀγέννητον γάρ ἐστι τὸ γενεσιουργὸν μὴ ἔχον. Οὐ πάντως δὲ τὸ γενεσιουργὸν μὴ ἔχον, ἁπάσης αἰτίας ἐξῄρηται· δυνατὸν γάρ τι γενεσιουργὸν μὴ

Ἀγέννητος *perperam ponitur pro* ἀγένητος.

ἔχειν, αἴτιον δὲ ἔχειν, ἢ πατέρα, ἢ χορηγόν. Ὥστε καὶ ἂν δοθῇ σοι ἀγένητον εἶναι τὸν θεὸν, διὰ τὸ γενεσιουργὸν μὴ ἔχειν, τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ ἡμεῖς λέγομεν ἀγένητον τὸν υἱὸν, διὰ τὸ γενεσιουργὸν μὴ ἔχειν, ἀλλ' οὐκ ἀναίτιον· τὸν γὰρ πατέρα οὐχ ὡς γενεσιουργὸν, ἀλλ' ὡς πατέρα ἔχει. Καὶ τὸ πνεῦμα δὲ λέγομεν ἀγένητον· οὐ γὰρ ἔχει γενεσιουργὸν, ἀλλ' οὐκ ἀναίτιον· ἔχει γὰρ αἴτιον τὸν θεὸν, οὐχ ὡς γενεσιουργὸν, ἀλλ' ὡς πηγὴν ἑαυτοῦ. *Non omne ἀγένητον ab omni caussa immmune est. Ἀγένητον enim est, quod opificem non habet: nec verò, quicquid opificem non habet, ab omni caussa liberum est: fieri enim potest, ut aliquid opificem non habeat, caussam verò habeat, vel patrem, vel suppeditatorem. Hinc, etiamsi tibi concedatur, Deum esse ἀγένητον, quoniam opificem non habeat, eadem ratione etiam nos dicimus Filium ἀγένητον, quia opificem non habet, sed non caussa expertem: Patrem enim, non tanquam opificem, sed tanquam Patrem habet. Spiritum quin etiam sanctum ἀγένητον dicimus, opificem enim non habet, sed non carentem caussa: caussam enim habet DEum, non tanquam opificem, sed tanquam fontem.* Quis unquam ex Orthodoxis, Filium dixit ἀγένητον, *non genitum*, ut hoc loco fit? quod certissimum manifestæ corruptelæ, & semper ἀγένητον scribendum esse, indicium est.

Γεννητὸς *malè pro* γενητὸς *positum.*

Γεννητὸς etiam, ut ulteriùs progrediamur, pro γενητὸς positum invenitur. Apud Basilium M. in Psal. VII. pag. 143: Ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, ἄρρητος οὖσα καὶ ἀκατάληπτος πάσῃ τῇ γεννητῇ φύσει. *DEi justitia omnem excedit intellectum, cùm sit inenarrabilis & omni creata natura incomprehensibilis.* Legendum esse γενητῇ, ex simili loco Origenis, lib. VI. contra Celsum, pag. 287. liquet: Οὔτε γὰρ τὸν ἀγένητον, καὶ πάσης γενητῆς φύσεως πρωτότοκον κατ' ἀξίαν εἰδέναι τις δύναται, ὡς ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. *Nam non creatum*, (nempe Dei Filium) *omnísque creata natura primogenitum nemo pro dignitate nôsse potest, ut Pater, qui eum genuit.* Quemadmodum ergo hoc loco γενητὴ φύσις est *natura creata*, ita etiam apud Basilium; etsi Fronto Ducæus vulgatam lectionem existimet retinendam, quia γεννητὰ nonnunquã dicantur, quæ quovis modo procreata sint. Ita apud Theodoretum in θεραπευτ. sæpiùs γεννητὰ dicuntur, quæ γενητὰ essent appellanda. Serm. I. p. 13: Τὰ ὁρώμενα, οἱ μὲν ἀγέννητα, οἱ δὲ γεννητὰ ἔφασαν. Interpres: *Illa, quæ oculis cernuntur, alii dixerunt esse ingenita,*

genita, alii subdiderunt generationis principio. Serm. III. pag. 53: Περὶ τῶν ἀοράτων μὲν, γεννητῶν δὲ φύσεων. Iterum Interpres: *De natura illa, quæ genita quidem est, sed oculorum obtutu cerni non potest.* Serm. IV. p. 62. dicit idem, καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας σώματά τι εἶναι γεννητὰ, καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ τὸ εἶναι εἰληφέναι, *solem, lunam, ac stellas, genita esse corpora; totúmque id quod sunt, à DEo accepisse.* Hisce in Theodoreti locis omnibus, pro ἀγέννητον, ἀγένητον, *increatum, infectum*; & pro γεννητὸν, γενητὸν *factum, creatum*, esse substituendum, extra controversiam positum putamus. Sententiam nostram confirmat Sylburgius, qui in manuscriptis aliquot exemplaribus has voces unico N scriptas testatur.

Hanc verò τοῦ ἀγεννήτου & τοῦ γεννητοῦ scripturam Orthodoxæ veteris Ecclesiæ Patrum de DEo sententiæ prorsus contrariam esse, facilè intelligemus, ubi, quomodo voces ἀγέννητος & ἀγένητος; γεννητὸς item & γενητὸς distinctè usurpaverint, deinceps consideraverimus. Docuerunt ergo, DEum Patrem esse ἀγέννητον; omnes verò S. S. Trinitatis personas ἀγενήτους; quia ἀγέννητος *ingenitum*, & ἀγένητος *non creatum* significet. Perspicua sunt, & hujus imprimis loci, quæ Damascenus, lib. I. Orthod. fidei, Cap. IX. pag. 32. ex Cyrilli Alexandrini libro de S. S. Trinitate, Cap. VIII. pag. 11. & 12. excerpta nobis dedit. Verba ejus apponimus: Χρὴ εἰδέναι, ὅτι τὸ ἀγένητον διὰ ἑνὸς ν γραφόμενον, τὸ ἄκτιστον, ἤτοι τὸ μὴ γενόμενον σημαίνει· τὸ δὲ ἀγέννητον διὰ τῶν δύο νν γραφόμενον, δηλοῖ τὸ μὴ γεννηθέν. Κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον, διαφέρει οὐσία οὐσίας· ἄλλη γὰρ οὐσία ἡ ἄκτιστος, ἤτοι ἀγένητος διὰ τοῦ ἑνὸς ν, καὶ ἄλλη ἡ γενητὴ, (ita enim scribendum, non γεννητὴ) ἤτοι κτιστή. Κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, οὐ διαφέρει οὐσία οὐσίας· παντὸς γὰρ εἴδους ζώων ἡ πρώτη ὑπόστασις ἀγέννητός ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἀγένητος· ἐκτίσθησαν γὰρ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ, τῷ λόγῳ αὐτοῦ παραχθέντα εἰς γένεσιν· οὐ μὴν ἐγεννήθησαν, μὴ προϋπάρχοντος ἑτέρου ὁμοειδοῦς, ἐξ οὗ γεννηθῶσι. Κατὰ μὲν οὖν τὸ πρῶτον σημαινόμενον, κοινωνοῦσιν αἱ τρεῖς τῆς ἁγίας θεότητος ὑπέρθεοι ὑποστάσεις· ὁμοούσιοι γὰρ καὶ ἄκτιστοι ὑπάρχουσι· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον σημαινόμενον οὐδαμῶς· μόνος γὰρ ὁ πατὴρ ἀγέννητος, οὐ γὰρ ἐξ ἑτέρας ἐστὶν αὐτῷ ὑποστάσεως τὸ εἶναι· καὶ μόνος ὁ υἱὸς γεννητὸς, ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς γὰρ οὐσίας, ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως γεγέννηται. *Opor-*

Voces ἀγέννητος & ἀγένητος Patres distinguunt.

Oportet scire, vocem ἀγένητος, uno ν scriptam, id. quod non est creatum, vel, quod non est factum, significare: vocem verò ἀγέννητος, duplici ν scriptam, notare ingenitum. Primo quidem significatu, substantia à substantia differt: alia enim est substantia non creata, sive non facta, ἀγένητος, simplici ν: & alia est facta, sive creata. Secundo autem significatu, substantia non differt à substantia. Nam cujusque speciei animalium prima existentia ingenita est, sed non caret origine: à creatore enim creata sunt, verbo ejus ad ortum deducta: at non sunt generata, non praexistente altero ejusdem speciei, unde generarentur. Secundum igitur primum significatum, communicant inter se tres sanctæ Deitatis divinæ hypostases: consubstantiales enim & increatæ sunt. Juxta alterum autem significatum, nullo modo. Solus enim Pater ingenitus: non enim ex alia hypostasi essentiam suam habet. Et solus Filius genitus, est enim ex substantia Patris, sine initio, & sine tempore genitus. Non alia, ante Damascenum, imò ante Cyrillum Alex. Athanasio mens fuit Dial. I. de S.S. Trinitate, tom. II. pag. 175. Orthodoxus dicit: Ἀγένητον μὲν λέγω καὶ τὸν Υἱὸν, οὐκ ἀγέννητον δέ. *Principii expertem, ἀγένητον, Filium etiam dico, sed non ἀγέννητον, ingenitum.* Anomœus: Ἄλλο γάρ ἐστιν ἀγένητον, καὶ ἄλλο ἀγέννητον; *Aliud ergo est ἀγένητον, ortum non habens, & aliud ἀγέννητον, ingenitum?* Orthod. Καὶ πάνυ. *Omnino.* Anom. Πῶς; *Quomodo?* Orthod. Ὅτι τὸ μὲν γεννητόν ἐστι τὸ ἐκ τῆς ὑποστάσεως γεννώμενον· τὸ δὲ γενητὸν, τὸ ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ γενεσιουργοῦ. *Quoniam γεννητὸν, genitum quidem est, quod ex hypostasi generatum est: γενητὸν autem, seu factum est, quod à potestate Creatoris procedit.*

Voces γεννητὸς & γενητὸς distinguuntur.

Hoc ipsum discrimen etiam inde fit manifestius, quia iidem Græci Patres voces γεννητὸς & γενητὸς accuratè deprehenduntur distinxisse. Orthodoxus, apud Athanas. Dial. II. de S. Trinitate, tom. II. pag. 192. dicit: Ἡμεῖς τὸν υἱὸν γεννητὸν μὲν λέγομεν, οὐχὶ δὲ καὶ γενητόν· γεννητὸν γάρ ἐστι τὸ πατέρα ἔχον· γενητὸν δὲ, τὸ γενεσιουργὸν ἔχον. *Nos Filium quidem dicimus γεννητὸν, genitum, non verò γενητὸν, creatum: illud enim γεννητὸν est, quod Patrem habet: γενητὸν verò, quod creatorem habet.* Idem, Dial. eodem, pag. 198: Γενητὸν μὴ λέγε τὸν Υἱὸν, τὸν γενεσιουργὸν τῶν ἁπάντων, ἀλλὰ γεννητὸν εἰπέ. *Filium, rerum omnium creatorem, ne dicas γενητὸν, creatum, sed γεννητὸν, genitum.* Cyrillus Alex. diligentissimè inculcat,

culcat, Filium non esse dicendum γενητόν. Lib. I. in Johannem, Cap. VI. pap. 51. contra Arrianos sic argumentatur: Εἰ μὴ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ θεοῦ καὶ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱός, γενητὸς ἄρα ἐστὶ καὶ πεποιημένος. *Si Filius non est ex essentia DEi & Patris, creatus utique erit & factus.* Et mox: Οὐκ ἄρα γενητὸς ὁ Υἱός. *Filius igitur non est creatus.* Cap. VII. pag. 56: Οὐκ ἄρα ἐστὶ γενητὸς, ἀλλὰ φῶς, ὡς θεὸς ἐκ θεοῦ φωτίζοντος δι' αὐτοῦ τὰ φωτὸς δεόμενα. *Non est igitur creatus, sed lumen, ut DEus ex DEo illuminante per ipsum quæ luce egent.* Idem, ad Joh. Cap. X. v. 33. pag. 669: Κατὰ φύσιν ἄρα καὶ αὐτὸς ὑπάρχων θεὸς, ἕν ἐστι πρὸς τὸν πατέρα· ὁ δὲ τοιοῦτος, πῶς ἂν εἴη γενητὸς, ἢ πεποιημένος; *Cùm igitur etiam ipse sit naturâ DEus, unum est cum Patre: qui verò talis est, quomodo posset esse creatus, vel factus?* Omnem imprimis dubitationem tollunt, quæ Epiphanius, Hæresi LXIV. quæ est Origeniana, pag. 230. contra Origenem disputat, observata etiam & notata Cl. Gatakero in Adversf. miscellaneis. Adducit Epiphanius ex Origenis in Psal. I. Commentario, vel Præfatione potiùs in librum Psalmorum, inter alia: Τῷ πατρὶ τῶν ὅλων θεῷ, διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ ἀρχιερέως γενητοῦ θεοῦ προσιέναι. *Ad DEum Patrem totius universi, per Salvatorem nostrum & summum Sacerdotem factum DEum, accedere.* Petavius quidem interpretatur *DEum genitum*: sed in favorem Origenis, & contra mentem Epiphanii: ille enim Origeni objicit, quòd Filium dixerit γενητὸν, cùm γεννητὸν debuisset; perinde ac si γενητὸν, *factum*, & γεννητὸν, *genitum*, idem prorsus valerent: quod Epiphanius pernegat: Τὸ γενητὸν, inquit, θεὸν εἰρηκέναι αὐτὸν σαφές ἐστιν, ὅτι κτιστὸν ὁρίζεται. *Eo quòd γενητὸν DEum illum esse dixit, manifestum est, creatum esse eundem statuisse.* Et continuò subjicit: Ὡς γάρ τινες ἡμᾶς βούλονται σοφίζεσθαι καὶ λέγειν, ἴσον τὸ γενητὸν εἶναι τῷ γεννητῷ, οὐ παραδεκτέον δὲ ἐπὶ θεοῦ λέγειν, ἀλλ' ἢ καὶ ἐπὶ τοῖς κτίσμασι μόνον· ἕτερον γάρ ἐστι γενητὸν, καὶ ἕτερον γεννητόν. *Quòd enim nonnulli nos argutiis circumvenire conantur, dicentes, idem planè valere γενητὸν & γεννητὸν, factum & genitum: id verò de Deo non est admittendum, sed apud creaturas tantùm: aliud enim est γενητὸν, factum, & aliud γεννητὸν, genitum.* Quòd Epiphanius dicit, γενητὸν & γεννητὸν creaturarum respectu de eodem usurpari posse, non vult ejusdem esse significationis, si de creaturis usurpentur hæ

 voces:

voces: ſed id tantùm innuit, creaturam, quæ eſt γενητὴ, *creata, facta*, etiam poſſe eſſe γεννητὴν, *genitam*. Ità homo & γενητὸς eſt, & γεννητὸς, *creatus* & *genitus*.

Ex his omnibus jam patere arbitror, quæ harum vocum ſit ſignificatio, quo illæ ſenſu in myſterio S. S. Trinitatis à Veteribus fuerint uſurpatæ; quid etiam doctiſſimum, & in antiquitate Eccleſiaſtica verſatiſſimum DN. Carolum; cujus verba jam antè ſunt allata; impulerit, ut exiſtimaret, vocabulum ἀγέννητος à Patribus quibuſdam fuiſſe rejectum. Id unum reſtat, ut Ejusdem rationes, quibus Veteres ad repudiandam hanc vocem incitatos affirmat, ἐπιπολαίως conſideremus. Prior ratio hæc ipſi eſſe videtur, quia Ethnici voce ἀγέννητος Deum deſignaverint. At hoc non facilè probaverit: teſtimonia etiam, quæ adducit, Deum ab Ethnicis ἀγένητον, non ἀγέννητον, appellatum fuiſſe evincunt. Verum omnino, eos Deum dixiſſe ἀγένητον. Idem etiam ex Simplicio patet; referente Auguſtino Steucho, lib. III. de perenni Philoſophia, Cap. X; qui teſtatur, Xenophanem Deum vocâſſe τὸ πάντων κράτιστον καὶ ἄειστον, καὶ ἀγένητον, *Optimum omnium & præſtantiſſimum, æternúmque, vel ſine exordio*. Hanc Dei appellationem reſpuebant Orthodoxi; non tamen, quòd Deum ἀγένητον eſſe inficiarentur, ſed quia ſub ea Arrianum virus latere viderent. Arriani namque, qui Patrem vocabant ἀγένητον, id eſt, ἄκτιστον, *non creatum, non factum*, ex Filio κτίσμα, *creaturam* facere, eúmque εἰς κτίσμα καὶ ποίημα καταβιβάζειν, *ad rerum creatarum ſortem*, ut de iis loquitur Photius, Epiſt. I. pag. 4. nefario conatu detrudere ſatagebant. Huic ergo κακοδοξίᾳ ſeſe opponentes Patres, illud ἀγένητον nigro notabant lapillo. Atque huc ego referenda putaverim omnia illa dicta, quæ paulò antè ſunt adducta, ad demonſtrandum, vocem ἀγέννητος aliquando à Patribus rejectam videri poſſe: idque hoc etiam facio libentiùs, quia in loco ex Athanaſii Dialogo II. allato, Cl. Beza pro ἀγέννητος, conſtanter in ſua horum Dialogorum editione legit & ſcribit ἀγένητος. Rem totam illuſtrant, quæ apud eundem Athanaſium, Dial. eodem, pag. 186. leguntur. Ibi Orthodoxus non vult, Patrem dicendum eſſe ἀγένητον. Verba ejus præſtò ſunt: Οὐκ εἶπον

εἶπεν ἡ γραφὴ τὸ ἀγέννητον, τὸ δὲ πατέρα αὐτὸν εἶναι εἶπε· κἀκεῖνο λέγω, ὃ ἡ γραφὴ εἶπε, καὶ οὐχὶ ὃ τῇ ἐννοίᾳ τῶν ἀνθρώπων ὑποπίπτει. *Scriptura non dixit, eum esse* ἀγέννητον, *sed Patrem esse dixit. Et ego id dico, quod Scriptura dixit, non verò quod hominum intelligentiæ convenit.* Ob hæc verba adversarius Anomœus statim adversus Orthodoxum insurgit, & clamitat: Ἐγένετο οὖν ὁ θεός; εἰπὲ καὶ, ὑπὸ τίνος ἐγένετο; *Factus igitur*, vel *creatus est DEus? Dic etiam à quo creatus est?* Ad quæ Orthodoxus: Εἰ διὰ τοῦτο ἀγέννητον αὐτὸν δεῖ λέγειν, ἐπειδὰν ὑπ' οὐδενὸς ἐγένετο, εἰπὲ αὐτὸν καὶ ἄπιστον, ἐπειδὰν εἰς οὐδένα πιστεύει· εἰπὲ καὶ ἀσεβῆ, ἐπειδὰν οὐδένα σέβεται. Εἰ δὲ ταῦτα ἡ μὲν ἔννοια ὑποβάλλει, ἡ δὲ εὐσέβεια οὐκ ἐπιτρέπει λέγειν· οὕτω καὶ τὸ ἀγέννητον, κἂν δοκῇ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν ὑποπίπτειν, ἀλλ' ἡ εὐσέβεια οὐκ ἐπιτρέπει λέγειν· εἰ δὲ μὴ, εἶπεν αὐτὸ πάντως ἡ γραφή. *Si propterea* ἀγέννητος, *increatus est dicendus, quia à nullo creatus, voca ipsum etiam* ἄπιστον, *quia in neminem credit: dic etiam* ἀσεβῆ, *quoniam neminem veneratur. Si verò hæc quidem cogitatio suggerit, pietas tamen dicere non permittit: ita etiam illud* ἀγέννητον, *etiamsi cogitationibus nostris convenire videatur, pietas tamen illud dicere vetat: sin minus, eo omnino Scriptura fuisset usa.* Regerit Anomœus: Οὐ λέγεις οὖν ἀγέννητον τὸν ἐπὶ πάντων θεόν; *Omnium ergò DEum non dicis* ἀγέννητον, *increatum?* Orthodoxus sine ambagibus respondet: Εἰ γέγραπται, λέγω· εἰ δὲ οὐ γέγραπται, οὐκ ἔχω ἀνάγκην εἰπεῖν. *Si scriptum est, dico: si verò non est scriptum, nulla necessitas cogit, ut dicam.* Posterior ratio, ob quam sæpe laudatus Carolus existimat, ab Orthodoxis ἀγεννήτου vocem, de Deo Patre aliâs usurpari solitam, nonnunquam fuisse rejectam, est, quòd Arriani asseruerint, ἀγέννητον & γεννητὸν esse τῆς οὐσίας δηλωτικὰ, *notare essentiam*, atque inde collegerint, aliam esse Patris, aliam Filii essentiam. Verum, Arrianos eò insaniæ processisse; Orthodoxos autem ideò τὸ ἀγέννητον, vel τὸ γεννητὸν fuisse aversatos, non invenio, tantùm observo, eos Orthodoxum harum vocum usum, ab adversariorum strophis vindicatum, τοῖς τῆς ἐκκλησίας τροφίμοις subinde commendâsse. Asserebant enim, τὸ ἀγέννητον & τὸ γεννητὸν, non essentiam, sed personas denotare. Unum & alterum testem produxisse sufficiet. Justinus M. in Exposit. Fidei, non longè à principio, inculcat, τὴν ἀγεννήτου προσηγορίαν, τῆς ὑπάρξεως τὸν τρόπον

τον ἑρμηνεύειν, *Ingeniti appellationem, modum existentia exponere.* Et mox: Τὸ μὲν ἀγέννητον καὶ τὸ ὑπάρξεως ὁ τρόπος, ἀλλήλων εἰσὶ γνωρίσματα· τὸ δὲ οὐσίας τὸ Θεὸς δηλωτικόν. *Ingenitum quidem & existentia modus, alterum alterius invicem est nota: essentiam autem, DEi appellatio designat.* Item: Τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν οὐκ οὐσίας ὀνόματα, ἀλλὰ τρόποι ὑπάρξεως. *Ingenitum & genitum non sunt essentia nomina, sed existentia modi.* Tandem: Τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν οὐκ οὐσίας δηλωτικὰ, σημαντικὰ δὲ τῶν ὑποστάσεων ἐστιν. *Ingenitum & genitum non notant essentiam, sed hypostases designant.* Basilius M. lib. I. contra Eunomium, pag. 19. pluribus probat, vocem ἀγέννητος essentiam Dei notare non posse, & tandem concludit: Δέδεικται δὲ ἄρα, τὸ ἀγέννητον ἐν τοῖς μὴ προσοῦσι τεταγμένον· ὥστε ψευδὴς ὁ λεγόμενος τῆς οὐσίας αὐτῆς εἶναι τὴν φωνὴν ταύτην. *Demonstratum autem est his, qua absunt, ingenitum connumerari: mentitur ergo, qui ipsius substantia hanc vocem esse significativam putat.* Idem Basilius, lib. IV. contra Eunomium, pag. 92. & seqq. operosè demonstrat, quòd ὑπάρξεως τρόπος τὸ ἀγέννητον, καὶ οὐκ οὐσίας ὄνομα, *Ingenitum* notet *subsistendi modum, non verò substantia sit nomen.* Nos Lectorem eò ablegantes, ad alteram tandem Patris proprietatem pergimus.

Τὸ ἄναρχον est altera Patris proprietas. Altera igitur Patris ἰδιότης γνωριστικὴ est, quòd dicitur ἄναρχος. Vocis ἀρχὴ variæ acceptiones partim ex Philosophis, partim etiam ex Basilii M. Orat. I. in Hexaëm. ex Catena in Cap. I. Johannis, ubi Basilii verba repetuntur, ex Damasceno contra Manichæos, pag. 232. & 234. Ex Gerasimi Vlachi, Abbatis Cretensis, Harmoniæ definitivæ Cap. VIII. & ex aliis peti possunt. Nos hîc duas tantùm ejus significationes observamus, & quidem huic tractationi maximè convenientes. Altera est, quando ἀρχὴ dicitur κατὰ χρόνον, *respectu temporis*, si notat principium temporis, unde quidpiam esse incepit: altera, quando dicitur κατὰ τὸ αἴτιον, si notat *principium originis.* Siquidem ἀρχῆς nomen priore sumatur sensu, τὸ ἄναρχον idem quod ἀΐδιον, & est ex eorum numero, quæ, ut loquitur Theodoretus, Dial. I. p. 6. t. IV. περὶ τῆς θείας λέγεται φύσεως, *de tota enunciantur natura divina:* quæ sunt θείας φύσεως χαρακτηριστικὰ, *divinam denotant naturam*, ut loquitur Isidorus Pelusiota, Epist. CXII.

Ἄναρχον a. idem quod ἀΐδιον, aeternum: atque ita tota S. Trinitas ἄναρχος.

CXII. lib. III. p. 301: hoc sensu ἄναρχον ex eorum ὀνομάτων censu, quæ Dionys. Areopag. Cap. II. de divinis Nominibus, p. 417. dicit esse ἡνωμένα τῆς ὅλης θεότητος, *copulata in unum in tota divinitate.* Notandum, Dionysium Areopagitam, ut Pachymeres observat, pag. 434. illo capite περὶ ἡνωμένης καὶ διακεκριμένης θεολογίας, *de unita & de distincta Theologia* agere. Ἡνωμένη θεολογία continet ea θεῖα ὀνόματα, quæ κοινῶς τοῖς τρισὶ θεαρχικοῖς προσώποις, *in communi tribus personis divinis* conveniunt. Hinc, ut docet idem Pachymeres, τὰ κοινῶς τῇ θείᾳ φύσει ἁρμόζοντα ὀνόματα, ἡνωμένην ἐπιγράφει θεολογίαν, *nomina, quæ in communi divinæ naturæ congruunt, unitam inscribit,* sc. Dionysius, *Theologiam.* Ἄναρχον igitur si neget principium temporis, unde aliquid esse incipiat, non tantum Pater est ἄναρχος, sed etiam Filius & Spiritus sanctus. Totam S. S. Trinitatem esse ἄναρχον docent Definitiones, quæ Athanasio tribuuntur, tom. II. pag. 44: Ἄναρχόν λέγεται, τὸ μὴ ἔχον ἀρχήν· τοῦτο δὲ ἐστιν ὁ θεός· διὸ καὶ ἄναρχος λέγεται καὶ ἀΐδιος, τουτέστιν ἀπελεύτητος. Ἄναρχον, *principii expers illud dicitur, quod principium non habet: hoc autem DEo competit: propterea etiam principii expers dicitur, & æternus, id est, fine carens.* Apud eundem Athanasium, in Quæst. miscell. Quæst. V. pag. 442. quæritur, *quænam personis S. S. Trinitatis sint communia?* & respondetur, Κοινὸν, ἡ οὐσία· κοινὸν, τὸ ἄναρχον. *Communis est essentia: commune etiam illud, quod principii sunt expertes.* Et Quæst. XIII. pag. 443. quæritur: Ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος τίς πρῶτος; *Quis in S. S. Trinitate primus? Resp.* Οὐδεὶς πρῶτος, καὶ οὐδεὶς ὕστερος, ἀλλ᾽ ἅμα πατὴρ, ἅμα υἱὸς, ἅμα πνεῦμα ἅγιον· καὶ διὰ τοῦτο καὶ συνάναρχοι λέγονται, καὶ ἄναρχοι. Ἄναρχον δὲ λέγεται, τὸ πρὸ τῆς ἀρχῆς ὄν. Ἄναρχος λοιπὸν ὁ πατὴρ, ἄναρχος ὁ υἱὸς, ἄναρχον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Nullus prior, nullus posterior, sed simul Pater, simul Filius, simul Spiritus sanctus: atque hanc ob caussam simul principii expertes dicuntur, & principii expertes. Illud autem* ἄναρχον *dicitur, quod ante principium est. Principii verò expers Pater, principii expers Filius, principii expers Spiritus sanctus.* Hinc S. Trinitas à Basilio Seleuciensi, Orat. XXXIX. pag. 208. vocatur ἡ ἄναρχος τῶν ὄντων ἀρχὴ, *principii expers rerum existentium principium.* Et Chrysost. Homil. CII. tom. V. pag. 667: Τῆς ἁγίας καὶ ἀθανάτου, καὶ προσκυνητῆς τριάδος τὴν φύσιν οὐ τιμιὰ

λόγος, οὐ μείζων χρόνος, οὐ διϊστῶσιν αἰῶνες· οὐδὲν γὰρ μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος. *Sancta, & immortalis, & adoranda Trinitatis naturam non secat ratio, non dividit tempus, non sejungunt secula: nihil enim inter Patrem, & Filium, & Spiritum S. interjectum est.* Atque ita veteres de S. Trinitate in genere. Videamus, quomodo de Filio & Spiritu S. sigillatim etiam sint locuti. De Filio quidem Greg. Nazianzenus, Orat. XXIX. pag. 490: Ἐὰν τὴν ἀπὸ χρόνου νοῇς ἀρχήν, καὶ ἄναρχος ὁ υἱός· οὐκ ἄρχεται γὰρ ὑπὸ χρόνου ὁ χρόνων δεσπότης. *Si de tempore principium intellexeris, principii quoque omnis expers Filius: neque enim temporum Dominus tempori subjectus est.* Idem, Hom. XXXIX. pag. 630: Εἰ τὴν ἀπὸ χρόνου λαμβάνοις ἀρχήν, ἄναρχος καὶ ὁ υἱός· ποιητὴς γὰρ χρόνων, οὐχ ὑπὸ χρόνον. *Quod si temporis principium accipis, etiam Filius principio caret: neque enim temporum effector, tempori subest.* Eadem verba à Nicephoro, Episcopo Constant. in Actis Synodi Ephesinæ, pag. 307. laudantur; & à Joh. Damasceno, lib. I. Cap. XI. pag. 42. Theophylactus ad v. 3. Cap. VII. Epist. ad Hebræos p. 935. de Filio: Ἄναρχος κατὰ τὴν ἀπὸ χρόνου ἀρχήν, εἰ καὶ τὸν πατέρα ἔχει ἀρχὴν ὡς αἴτιον. *Principio caret, juxta principium quod à tempore dicitur, etiamsi Patrem habeat principium tanquam caussam.* Huc facit, quòd ejus existentia à Chrysost. Homil. LXI. tom. VI. vocatur προαιώνιος ὕπαρξις, *existentia ante secula:* ejus generatio à Sozomeno, Hist. Eccles. lib. IV. Cap. VI. pag. 47. b. ἡ πρὸ αἰώνων γέννησίς τε καὶ ὕπαρξις, *generatio & existentia ante secula*: quòd ipse dicitur φῶς ἄχρονον, *lumen ante omne tempus existens,* à Gregorio Nazianzeno, Orat. de Baptismo: quòd dicitur ἀνάρχως genitus, ab eodem, Homil. XXXVI. pag. 590: Τὸ ἴδιον ὄνομα, inquit, τοῦ ἀνάρχως γεννηθέντος, υἱός. *Proprium nomen ejus, qui citra ullum principium genitus est, Filius:* tandem quòd genitus dicitur ἀχρόνως. Idem Nazianzenus, Orat. XL. pag. 671. Τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ vocat τὸν προαιώνιον λόγον, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς ἀχρόνως καὶ ἀσωμάτως, *Verbum illud omnibus seculis antiquius, atque citra ullum temporis principium, & incorporeo modo à Patre genitum.*

Quomodo Filius sit ἄναρχος.

De Spiritu sancto res æquè clara & certa. Nicephorus, Episcopus Constant. in Actis Synodi Ephesinæ, pag. 308. Ἄναρχον τὸ πνεῦμα κατὰ χρόνον. *Principii expers Spiritus S. respectu temporis.* Hinc

Quomodo Spiritus S. sit ἄναρχος.

Hinc à Chryſoſt. Homil LXIV. tom. V. pag. 473. vocatur *συνάναρχον τῷ πατρὶ πνεῦμα, ſimul cum Patre principii expers Spiritus*: vocatur à Gregorio Nazianzeno, Orat. XLIV. pag. 711. *ἄχρονον πνεῦμα, temporis expers Spiritus*: dicitur ἀϊδίως ἐκ θεοῦ ἐκπορεύεσθαι, *ab æterno à Patre procedere*, ut ſcribit Eulogius, in Bibl. Photii, Cod. CCXXX. pag. 872.

Accedimus ad alteram vocis, ἀρχή, ſignificationem, quâ denotat *principium originis*. Hoc ſignificatu ſumta hac voce, ἄναρχος eſt ſolus Pater: Filius autem & Spiritus ſanctus, quamvis ſint συναΐδιοι, *coæterni*, ἄναρχοι tamen eo ſenſu dici non poſſunt. Filium ita ἄναρχον dici non poſſe, docet Greg. Nazianzenus, Orat. XXIX. pag. 490. Ex multis, quæ de hac hac re doctiſſimè & ſolidiſſimè ibi tractantur, hæc pauca huc transferimus: Ὁ υἱὸς, ἐὰν ὡς αἴτιον τὸν πατέρα λαμβάνῃς, οὐκ ἄναρχος· ἀρχὴ γὰρ υἱοῦ πατὴρ, ὡς αἴτιος. *Filius, ſiquidem Patrem ut cauſſam accipias, principio non caret: principium enim Filii, Pater eſt, ut cauſſa.* Gemina his illa Nicephori, Epiſcopi Conſtantinop. in Actis Synodi Epheſinæ, p. 307: Ὁ υἱὸς οὐκ ἄναρχος, ἐκ τοῦ πατρὸς γάρ· ἀρχὴ γὰρ υἱοῦ πατὴρ, ὡς αἴτιον. *Filius principii non eſt expers, eſt enim à Patre: principium enim Filii, Pater, ut cauſſa.* Photius, Epiſt. CCXXVIII. pag. 342. Οὐκ ἄναρχος καὶ ἀναίτιος ὁ υἱὸς, ὥσπερ ὁ πατὴρ, ἀλλ' εἰς ἀρχὴν ἀναφέρεται καὶ συμφυὲς αἴτιον τὸν γεγεννηκότα. *Filius non eſt ſine principio & ſine cauſſa, ut Pater; ſed in principium refertur, & cauſſam congenerem, nempe Patrem.* Et Damaſcenus, Orthod. Fidei, lib. I. Cap. XI. pag. 42: Ὁ υἱὸς οὐκ ἄναρχος, τουτέστιν, οὐκ ἀναίτιος, ἐκ τοῦ πατρὸς γάρ. *Filius non eſt expers principii, id eſt, non eſt ſine cauſſa, eſt enim ex Patre.* Spiritus etiam ſanctus hoc ſenſu ἄναρχος eſſe negatur. Iterum Nicephorus Conſtantinop. in Actis Epheſinis, pag. 308: Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἄναρχον, διὰ τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπόρευσιν· ἀρχὴ γὰρ καὶ αὐτοῦ ὁ πατὴρ, κατὰ τὸν τοῦ αἰτίου λόγον. *Spiritus ſanctus non eſt expers principii, propter proceſſionem ex Patre: ipſius enim etiam principium Pater eſt, quatenus eſt cauſſa.* De Filio & Spiritu S. ſimul ſic Greg. Nazianzenus, Orat. XXIII. pag. 421: Ne aſſeramus ἄναρχον τὸν υἱὸν, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ τὸ πατρὸς ἴδιον παρέλωμεν· οὐκ ἄναρχα γάρ· καὶ ἄναρχά πως, ὃ καὶ παράδοξον· οὐκ ἄναρχα μὲν γὰρ, τῷ αἰτίῳ· ἐκ θεοῦ γὰρ, εἰ καὶ

μὴ μετ'

Ἄναρχον b. idem quod ἀναίτιον, originis principio carens. Ita ſolus Pater ἄναρχος.

μὴ μετ' αὐτὸν, ὡς ἐξ ἡλίου φῶς· ἄναρχα δὲ, τῷ χρόνῳ, οὐ γὰρ ὑπὸ χρόνον, ἵνα μὴ τὸ ῥέον ᾖ τῶν ἑστώτων πρεσβύτερον, καὶ τῶν οὐσιῶν τὸ ἀνούσιον. *Filium & Spiritum sanctum principii expertes esse, ne Patri id, quod ipsi proprium est, adimamus. Illi quippe & principio minimè carent, & quodam modo carent: quod sanè dictu mirum est. Non enim, quantum ad caussam, principio carent: ex Deo enim sunt, licèt non post ipsum, quemadmodum ex sole lumen: sed quantum ad tempus, principii sunt expertes: nec enim tempori subjecti sunt. Nam alioqui, quod fluxum est, iis, quæ stabilia sunt, prius atque antiquius esset, & essentiis illud, quod essentiâ caret.* Reliquum ergo est, ut cum Orthodoxa antiquitate solum Patrem, caussæ nimirum & originis respectu, ἄναρχον esse dicamus. Gregorius Nazianz. Orat. XXVI. pag. 445: Δέον ἕνα θεὸν πατέρα γινώσκειν, ἄναρχον καὶ ἀγέννητον. *Oportet unum DEum Patrem agnoscere, principii expertem & ingenitum.* Idem, Orat. XXIX. pag. 490: Ἄναρχος ὁ πατήρ· οὐ γὰρ ἑτέρωθεν αὐτῷ, οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ τὸ εἶναι. *Principii expers est Pater: nec enim aliunde, nec à se ipso esse habet.* Et Orat. XXXIX. pag. 630: Πατὴρ ὁ πατὴρ, καὶ ἄναρχος· οὐ γὰρ ἔκ τινος. *Pater est Pater, & principii expers: neque enim ex ullo est.* Nicephorus Const. in Actis Ephesinis, pag. 307: Πατὴρ ἄναρχος, καὶ ἀναιτίως ὑπάρχων· οὐ γὰρ ἔκ τινος· ἐν ἑαυτῷ γὰρ τὸ εἶναι ἔχει. *Pater est principii expers, & sine caussa existit: neque enim ex ullo est: in se ipso enim esse habet.* Et Damascenus, Orthod. Fidei lib. I. Cap. XI. pag. 42: Ἄναρχος ὁ πατὴρ, τουτέστιν, ἀναίτιος. *Pater est principii expers, hoc est, sine caussa est.* Et quia solus Pater, eo, quo jam sæpe dictum respectu, est ἄναρχος, Filius verò & Spiritus S. non sunt ἄναρχοι, ipse Deus Pater eorum dicitur ἀρχή. Quomodo verò, paucis explicandum. Quia *principium* significat ordinem unius ad alterum, & duplex est ordo in Deo: est enim *ordo ad creaturas*, & sic nomen ἀρχῆς, *principii*, est οὐσιῶδες, & commune omnibus personis. Est etiam *ordo originis*, cujus respectu una persona est ab alia: atque sic vox ἀρχὴ est χαρακτηριστικὴ, & dicitur de Patre respectu Filii & Spiritus sancti. Damascenus contra Manichæos, pag. 234: Ἀρχὴ ὁ πατὴρ υἱοῦ καὶ πνεύματος οὐ κατὰ χρόνον, ἀλλὰ κατ' αἰτίαν. *Principium Pater Filii & Spiritus est, non temporis, sed caussæ respectu.* Idem, de Orthod. Fide, lib. I. Cap. IX. pag. 32:

Quomodo Pater ἀρχὴ dicatur.

Εἰ λέγο-

Ει λέγομεν, τὸν πατέρα ἀρχὴν εἶναι τοῦ υἱοῦ, καὶ μείζονα, οὐ προτερεύειν αὐτὸν τοῦ υἱοῦ χρόνῳ ἢ φύσει ὑποφαίνομεν· δι' αὐτοῦ γὰρ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· οὐδὲ καθ' ἕτερόν τι, εἰ μὴ κατὰ τὸ αἴτιον· τουτέστιν, ὅτι ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐγεννήθη, καὶ οὐχ ὁ πατὴρ ἐκ τοῦ υἱοῦ, καὶ ὅτι ὁ πατὴρ αἴτιός ἐστι τοῦ υἱοῦ φυσικῶς· ὥσπερ οὐκ ἐκ τοῦ φωτὸς τὸ πῦρ φαμὲν προέρχεσθαι, ἀλλ' ἐκ τοῦ πυρὸς τὸ φῶς. *Si dicimus, Patrem principium esse Filii, & majorem, non priorem ipsum Filio aut tempore, aut naturâ ostendimus; per ipsum enim secula fecit; neq; secundum aliud quodcunque; nisi secundum caussam; hoc est, quia Filius ex Patre genitus est, non Pater ex Filio, & quia Pater caussa est Filii naturaliter: quemadmodum non ex luce ignem proficisci dicere solemus, sed ex igne lucem.* Ammonius in Catena in Cap. I. Johannis, pag 15: Ἀρχὴ λέγεται ὁ πατὴρ τοῦ Υἱοῦ κατὰ μόνον τὸ ἐξ οὗ· τῇ γὰρ αἰτίᾳ ὁ πατὴρ τοῦ Υἱοῦ προεπινοηθήσεται, οὐ μὴν τῇ ὑπάρξει προθεωρηθήσεται. *Principium dicitur Pater Filii tantùm ex quo: origine siquidem Pater Filio prior intelligitur, non tamen existentiâ prior esse cognoscitur.* Hinc Dionysio Areopag. Cap. I. de cœl. Hierar. pag. 2. vocatur ἀρχίφωτος πατὴρ, *origo lucis*, ὡς ἀρχὴ καὶ αἰτία τῶν φώτων, τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, *quia principium & caussa luminum, nempe Filii & Spiritus S. est*, ut Pachymeres explicat, pag. 9: Imò Pater hoc respectu dicitur *Principium totius divinitatis* ab Augustino, lib. IV. de Trinitate, Cap. XX. Huc etiam respexit Dionysius Areopagita, quando Cap. I. de div. Nominibus, pag. 420. Patrem vocat πηγὴν τῆς ὑπερουσίου θεότητος, *fontem supersubstantialis Deitatis*, & pag. 423. πηγαίαν θεότητα, *originem Deitatis*. Antequam verò ad alia tandem progrediamur, solvendum adhuc venit dubium, *An, quemadmodum Pater dicitur principium Filii, ita etiam ejusdem appellari possit caussa?* Respondemus, magnum esse discrimen inter *caussam* & *principium*. *Principium* denotat tantùm processum unius ab alio: *Caussa* verò præterea includit dependentiam cum prioritate & diversitate naturæ; eam igitur in divinis usurpare respectu originis personalis nefas. At excipiat aliquis, Patres interim vocabulis αἰτίας & αἰτίου in hac materia sæpius uti. Nec nos illud negamus. Obvia ubivis sunt exempla. Basilius M. lib. I. adversus Eunomium, prope finem, Patrem vocat αἴτιον καὶ ἀρχὴν, *caussam & principium*, respectu Filii: Nazianz. Orat. XXIX.

An Pater caussa Filii dici possit.

eundem vocat ἀρχὴν, ὡς αἴτιον καὶ πηγὴν, *principium, tanquam caussam & fontem*. Chrysostomo, Hom. X. in I. ad Corinth. Pater dicitur αἴτιος τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸ πατέρα εἶναι, *caussa Christi, quatenus Pater est*: Theophylacto, in Cap. V. Joh. p. 630. Pater dicitur αἴτιος τῷ υἱῷ τοῦ εἶναι, *author Filio ut sit*: & in Cap. XIX. Joh. pag. 804. idem scribit: Δέδωκεν ὄντως αὐτῷ ὁ πατὴρ τὴν θεότητα, ὡς πατὴρ υἱῷ φυσικῶς· ἐπεὶ γὰρ ἐγέννησεν αὐτὸν, ἀναγκαίως καὶ τῆς δόξης αἴτιος, καὶ παροχεὺς ὁ τῆς οὐσίας αἴτιος λέγεται. *Dedit ei revera Pater deitatem, ut Pater Filio naturaliter. Nam quia genuit eum, necessariò etiam gloriæ author fuit & suppeditator, qui substantiæ caussa dicitur.* Zacharias Mitylenensis lib. de mundi opificio, Patrem vocat πρώτην αἰτίαν καὶ ἀρχὴν θεότητος, τῆς ἐν υἱῷ καὶ πνεύματι θεωρουμένης, *primam caussam & principium deitatis, quæ in Filio & Spiritu S. consideratur*: quæ ex Orat. XXIX. Nazianz. desumta videntur. Germanus, Patriarcha Constantinop. in Theoria Eccles. itidem Deum Patrem vocat πηγὴν καὶ αἰτίαν υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, *fontem & caussam Filii & Spiritus sancti*: eodem modo etiam Damascenus, Orthod. fidei lib. I. Cap. XV. pag. 55. Neque ferè aliter unquam sunt locuti. Istis autem vocabulis non caussam κυρίως & propriè dictam, sed principium tantùm & originem denotari volunt. Sed cujus mens hoc capiat mysterium? Nobis illud Nazianzeni, Orat. XXVI. pag. 456. semper obversetur: Μὴ περιεργάζου πατρὸς φύσιν, υἱοῦ μονογενοῦς οὐσίωσιν, πνεύματος δόξαν καὶ δύναμιν, τὴν μίαν ἐν τοῖς τρισὶ θεότητα. *Ne Patris naturam anxiè scruteris, unigeniti ortum, Spiritus S. gloriam & potentiam, unam in tribus personis deitatem.*

Pater noster. ΠΑΤΕΡ ΗΜΩΝ. Hactenus de vocabulo *Pater*: nunc conjunctim veniunt consideranda, *Pater noster*. Deus Pater noster dicitur οὐ κατὰ τὴν φυσικὴν συγγένειαν, ἀλλὰ κατὰ οἰκείωσιν πίστεως, *non ob naturalem quandam cognationem, sed quòd fides DEum sibi vendicet*, ut scribit Chrysost. Homil. VIII. in Epist. ad Romanos, pag. 59. Nervosè dictum, id fieri κατὰ οἰκείωσιν πίστεως, quia vera fides DEum, tanquam Patrem, amplectitur: quia homo fidelis DEum per fidem, suum Patrem facit. Quæritur ergo; *Annón licitum sit in precibus nostris dicere*, Pater mi, *non* Pater noster? Resp. Integrum omnino & liberum est homini Christiano, in preci-

precibus ſuis privatis DEum compellare *Patrem ſuum*. Suo nobis præiverunt exemplo ſancti, Thomas, Joh. XX. 28: Paulus, I. ad Timoth. I. 12: imò ipſe Chriſtus, Matth. XXVI. 42. Cap. XXVII. 46. Iterum Apoſtolus ad Rom. I. 8: ad quem locum Chryſoſtomus, Homil. II. in Epiſt. ad Romanos: Οὐκ εἶπε, τῷ θεῷ, ἀλλὰ, τῷ θεῷ μου· ὃ καὶ οἱ προφῆται ποιοῦσι, τὸ κοινὸν ἰδιοποιούμενοι. *Non dixit, DEo, ſed DEo meo: quod etiam Prophetæ faciunt, communem, ſeu omnium DEum, ſibi proprium facientes.* Idem, in Cap. II. Epiſt. ad Galatas, dicit, fidei eſſe, τὰ ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης à Chriſto facta ἰδιοποιεῖν. Theophylactus ad v. 20. Cap. II. ad Galatas: Καὶ μὴν ὑπὲρ πάντων δέδωκεν ἑαυτὸν, καὶ πάντας ἠγάπησεν· ἀλλ' ὁ Παῦλος ἐννοήσας τίνων ἀπαλλάξας ἡμᾶς ὁ Χριστὸς τίνα ἐχαρίσατο, καὶ πυρωθεὶς τῇ ἀγάπῃ, τὸ κοινὸν ἴδιον ποιεῖται· ὡς καὶ οἱ προφῆται· Ὁ θεὸς, ὁ θεός μου· ἅμα δὲ καὶ δεικνὺς, ὅτι τοσαύτην δεῖ χάριν ὁμολογεῖν τῷ Χριστῷ ἕκαστον, ὅσην ἂν εἰ καὶ δι' αὐτὸν μόνον ἀπέθανεν. *Atqui pro omnibus dedit ſe ipſum, & omnes dilexit: attamen Paulus ſecum cogitans, à quibus nos liberârit Chriſtus, & quæ donârit; charitate inflammatus, quod commune eſt, proprium fecit, æquè ac Prophetæ,* DEus, DEus meus: *ſimul etiam oſtendens, quòd tantas oporteat unumquemque gratias reddere Chriſto, quantas, ſi pro ipſo ſolo mortuus eſſet, exhiberet.*

Interim Chriſtus vocabulo ἡμῶν nobis duo inculcat: nempe *fiduciam exauditionis*, & *officium mutuæ dilectionis*; ſic enim & ſinguli pro omnibus, & omnes orant pro ſingulis. **Ἡμῶν, nobis duo inculcat.**

Chriſtus pronomine *noſter* nobis primo loco commendat *fiduciam exauditionis*. DEus naturâ beneficus & liberalis eſt, fons & origo bonitatis & bonorum. Chryſoſt. in Pſal. XLVIII: Ὥσπερ τοῦ πυρὸς τὸ θερμαίνειν, καὶ ἡλίου τὸ φωτίζειν· οὕτω δὴ καὶ τοῦ θεοῦ τὸ εὐεργετεῖν. *Quemadmodum ignis proprium eſt calefacere, & ſolis illuminare: ita DEi proprium eſt benefacere.* Iisdem pene verbis Syneſius, Epiſt. LVII. pag. 27: Φύσις ὡς εἰπεῖν αὕτη θεοῦ (τὸ ἀγαθοποιεῖν,) ὡς τοῦ πυρὸς τὸ θερμαίνειν, καὶ τοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν. *Hæc, ut ita dicam, Dei natura eſt, (benefacere,) ut ignis calefacere, & lucis illuminare:* quæ ex Clementis Alexand. Strom. I. pag. 312. deſcripta ſunt; ut & alia, quæ eadem Epiſt. apud Syneſium leguntur. Greg. Nazianzenus, Oratione XXVI. pag. 459: **1. Fiduciam exauditionis.**

Θεῷ, πολλῶν ὄντων, ἐφ' οἷς θαυμάζεται, οὐδὲν οὕτως, ὡς τὸ πάντας εὐεργετεῖν ἰδιώτατον. *DEus, cùm multis nominibus admirabilis nobis & suspiciendus occurrat, nihil tamen ei aquè est proprium, atque omnibus benefacere.* Qui ergo attentè cum animo suo reputat, Deum naturâ suâ ad benefaciendum omnibus esse pronum atque promtum, eum esse μέγαν ταμίαν, καὶ ταμεῖον ἀκένωτον τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, *magnum thesaurarium, promum, condum, & bonitatem ejus inexhaustum promtuarium*, ut Theophylactus monet in Cap. XVII. Lucæ, pag. 466: imò, quod ipsius Servatoris nostri, Matth. Cap. V. v. 45. effatum est, eum ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλειν ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχειν ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους: quidnî exauditionis suæ esset certus? Cùm enim Deum appellet *Patrem nostrum*, eundem simul etiam nominat *Patrem suum*, & τῷ οἰκειώσει πίστεως, τὸ κοινῶς λεγόμενον ἰδιοποιεῖται. Talem autem exauditionis fiduciam ab orante requiri, docet S. Iacobus, Cap. I. v. 6. & Apostolus, ad Hebr. XI. 6. Theophylactus, in Cap. XVIII. Lucæ, pag. 475: Ἐπειδὰν πάσης προσευχῆς βάθρον, καὶ κρηπὶς ἡ πίστις, εἰ μὴ πιστεύσῃ ὁ ἄνθρωπος, ὅτι ὅ ἐὰν αἰτήσῃ, λήψεται πρὸς τὸ συμφέρον, ματαία ἡ προσευχὴ ἣν ποιεῖται. *Quoniam omnis orationis fundamentum & basis est fides, nisi crediderit homo, se id, quod petit, accepturum ad suam utilitatem, vana est oratio, quam facit.* Et Cyprianus in Epist. ad Donatum: *Manat jugiter* (Spiritus;) *nostrum tantùm sitiat pectus, & pateat: quantum illuc fidei capacis afferimus, tantum gratiæ inundantis haurimus.*

2. Officium mutuæ dilectionis.

Deinde inculcat nobis Christus pronomine ἡμῶν *officium mutuæ dilectionis*. Si DEus Pater noster est, ergo nos ejus sumus filii, ac proinde fratres. Id agnovit Asterius, Amaseæ Episcopus, cujus verba in Bibliotheca Photii, Cod. CCLXXI. pag. 1492. sunt: Ἀδελφοὺς καλοῦμεν ἐκείνους, οἳ ἐξ ἑνὸς ἔφυσαν σπέρματος, καὶ μιᾶς γαστρός· οἱ δὲ τὸν αὐτὸν ἔχοντες ποιητὴν, μίαν μητέρα τὴν γῆν, ἀφ' ἧς διεπλάσθημεν, καὶ ψυχῆς ἀξίωμα παραπλήσιον, εὐσεβείας δὲ καὶ πολιτείας ἕνα θεσμὸν, καὶ τὴν ἐλπίδα τοῦ μέλλοντος τὴν αὐτὴν, πῶς οὐ πάσης ἀδελφότητος καὶ συγγενείας ἐσμὲν ἀλλήλων ἐγγύτεροι; *Illos vocamus* fratres, *qui eodem editi sunt semine, & ex eodem utero geniti. Qui verò eundem habemus creatorem, & eandem matrem terram, è qua conditi sumus, & eandem animæ dignitatem, unam pietatis & vitæ*

rationem, seu legem, quomodo non omni fraternitate, & cognatione inter nos propinquiores sumus? Tertullianus in Apologet. Cap. XXXIX. pag. 68: *Sed & quòd* fratres *nos vocamus, non aliàs, opinor, infamant, quàm quòd apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus, jure naturæ matris unius, etsi vos parùm homines, quia mali fratres. At quantò dignius* fratres *& dicuntur, & habentur, qui unum Patrem DEum agnoverunt, qui unum Spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiæ ejusdem ad unam lucem expaverint veritatis?* Hieronymus contra Helvidium, Cap. VIII: *Omnes Christiani* fratres *vocantur, quia in commune omnes homines ex uno Patre nati pari inter nos germanitate conjungimur.* Hinc etiam Christiani frequentissimè inter se *fratres*, & *sorores* appellati. Justinus M. Apolog. ad Antoninum Pium, p. 161: Ἡμεῖς δὲ, μετὰ τὸ οὕτως λοῦσαι τὸν πεπεισμένον καὶ συγκατατεθειμένον, ἐπὶ τοὺς λεγομένους ἀδελφοὺς ἄγομεν. *Nos autem post hujusmodi lavationem*, id est, post S. Baptismum, *credentem jam & nobis adscitum, ad sic dictos deducimus* fratres. Et paulò pòst, pag. ead. cùm de S. Eucharistia loquitur, dicit: Εἶτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος, καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος. *Deinde ei, qui* fratribus *praeest, offertur panis, & poculum aquæ & vini.* Athenagoras in sua etiam Apologia pro Christianis: Διὰ τοῦτο καὶ καθ᾽ ἡλικίαν τοὺς μὲν υἱοὺς καὶ θυγατέρας νοοῦμεν, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχομεν καὶ ἀδελφὰς, καὶ τοῖς προβεβηκόσι τὴν τῶν πατέρων καὶ μητέρων τιμὴν ἀπονέμομεν. *Propterea etiam respectu ætatis alios quidem tanquam filios, alias verò tanquam filias consideramus: alios verò tanquam* fratres & sorores *habemus, ætate verò provectiores, tanquam patres & matres honoramus.* Tertullianus de Corona militis, Cap. I. pag. 288: *Adhibetur quidem illic magis Dei miles, cæteris constantior* fratribus. Et paulò pòst: *Solus scilicet fortis, inter tot* fratres *commilitones solus Christianus.* Et Lactant. lib. V. cap. XVI: *Nec alia caussa est, cur nobis invicem* fratrum *nomen impertiamur, nisi quia pares nos esse credimus.* Jam, quia omnes sumus fratres, Christus, φιλαδελφίαν & φιλαλληλίαν nobis commendaturus, vult, ut singuli pro omnibus, & omnes pro singulis oremus: propterea nos jubet DEum compellare *Patrem nostrum*. Hanc additi pronominis ἡμῶν caussam Veteres

ubique agnoscunt. Chrysostomus Homil. XIX. in Matthæum, ad hæc ipsa verba: Christus παιδεύει κοινὴν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ποιεῖσθαι τὴν εὐχήν· οὐ γὰρ λέγει, Ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἀλλ', ὁ πατὴρ ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ σώματος τὰς δεήσεις ἀναφέρων, καὶ οὐδαμοῦ σκοπῶν τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ τοῦ πλησίον, *docet generalem pro fratribus facere orationem: non enim dicit*, Pater mi, qui es in cœlis; *sed*, Pater noster, *pro communi corpore preces offerens, neque ad sua ullibi, sed ubique ad ea, quæ proximi sunt, respiciens.* Idem, Homil. XXX. tom. V. pag. 186: Νομοθετεῖ ἡμῖν ὁ θεὸς τὸ φιλάλληλον, καὶ εἰς ἀγαπητικὴν ἅπαντας συνάπτει διάθεσιν. Οὐ γὰρ ἐκέλευσε λέγειν, Πάτερ μου, ἀλλὰ Πάτερ ἡμῶν, ἵνα κοινὸν πατέρα ἔχειν διδαχθέντες, ἀδελφικὴν πρὸς ἀλλήλους δεικνύωμεν εὔνοιαν. *DEus nobis præcipit mutuum amorem, omnésque dilectionis affectu conjungit atque copulat. Non enim dicere jussit*, Pater mi, *sed* Pater noster, *ut communem nos Patrem habere edocti, fraternâ nos invicem benevolentiâ complectamur.* Theophylactus in Cap. VI. Matthæi, pag. 35: Οὐ λέγεις, Πάτερ μου, ἀλλὰ Πάτερ ἡμῶν, ὡς ἂν ἔχοις πάντας ὡς ἀδελφοὺς ἑνὸς πατρός. *Non dicis*, Pater mi, *verùm*, Pater noster, *ut omnes quasi fratres unius patris habeas.* Et in Cap. XI. Lucæ, p. 390: Οὐκ εἶπε, Πάτερ μου, ἀλλὰ Πάτερ ἡμῶν, εἰς φιλαδελφίαν σε διεγείρων, καὶ καταναγκάζων πάντας ἀγαπᾷν, ὡς κοινοὺς ἀδελφούς. *Non dixit*, Pater mi, *sed*, Pater noster, *ad fraternum amorem nos cohortans, & compellens omnes diligere tanquam communes fratres.* Rectè ergo Augustinus Sermon. CLXXXII. docet, vocibus *Pater noster*, quibus fideles DEum nuncupent, admoneri *divites & nobiles*, cùm Christiani facti fuerint, *ne se extollant adversus pauperes & ignobiles*, quoniam simul dicant, *Pater noster*.

Qui es in cœlis. DEus infinitus.

Ο ΕΝ ΤΟΙΣ ΟΥΡΑΝΟΙΣ. DEum esse infinitum, & nullo circumscribi loco, apud omnes in confesso est Christianos, ac proinde operosa probatione non est opus. Consensum tamen Antiquitatis audire non fuerit à nostro instituto alienum. Clemens Alex. Strom. II. pag. 361: Οὐκ ἐν γνόφῳ ἢ τόπῳ ὁ θεός· ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου, καὶ τῆς τῶν γεγονότων ἰδιότητος· διὸ οὐδ' ἐν μέρει καταγίνεταί ποτε· οὔτε περιέχων, οὔτε περιεχόμενος· ἢ κατὰ ὁρισμόν τινα, ἢ κατὰ ἀποτομήν· κἂν ὁ οὐρανὸς θρόνος αὐτοῦ λέγηται, οὐδ' οὕτω περιέχεται. *DEus non est in caligine, aut loco, sed supra locum & tempus*

tempus, & proprietatem eorum, quæ facta sunt: quare nunquam est in parte, nec ut continens, nec ut contentus, aut per circumscriptionem, aut per sectionem: etsi cœlum thronus ejus dicatur, nec sic quidem continetur. Origenes, lib. VII. Contra Celsum, pag. 354: Κρείττων ὁ θεὸς παντὸς τόπου, καὶ περιεκτικὸς παντὸς ὑπάρχων· καὶ οὐδέν ἐστι τὸ περιέχον τὸν θεόν. *DEus omni loco præstantior, & omnia in se complectitur: Deum verò nihil capere potest.* Chrysost. Homil. XCII. tom. VII. Ἐπιγραφ. Πανταχοῦ ὁ θεός· καὶ ἐν κώμῃ, καὶ ἐν πόλει, καὶ ἐν ὄρεσιν οἰκεῖ· πάντα ἐφορᾷ· πανταχοῦ γὰρ ὁ θεὸς, οὐ τόποις προσέχων, ἀλλὰ γνώμαις εὐσεβῶν. *DEus ubique præsens est: & in pago, & in urbe, & in montibus habitat: omnia inspicit, non ad loca, sed ad animos piorum attendens.* Theodoretus, Quæst. III. in Genesin: Μόνον τὸ θεῖον, ὡς ἀπερίγραπτον, οὐκ ἐν τόπῳ. *Solus Deus, utpote non circumscriptus, non est in loco.* Macarius, Homil. XVI. pag. 244: Ὁ θεὸς ἀπερίγραπτός ἐστι καὶ ἀκατάληπτος, πανταχοῦ ἐπιφαινόμενος, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὑποκάτω τῆς ἀβύσσου· καὶ οὐχ ὡς κατὰ μετάβασιν, ὃν τρόπον οἱ ἄγγελοι κατερχόμενοι ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν· ἔστι γὰρ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἔστιν ὧδε. *DEus non est circumscriptus, est incomprehensibilis, ubique apparens, & in montibus, & in mari, & infra abyssum: neque per loci mutationem, quemadmodum Angeli è cœlo in terram descendentes: est enim in cœlo, & est hic.* Damascenus, Orthod. fidei lib. I. Cap. XVI. pag. 57: Ὁ θεὸς ἄυλος ὢν, καὶ ἀπερίγραπτος, ἐν τόπῳ οὐκ ἔστιν· αὐτὸς γὰρ ἑαυτοῦ τόπος ἐστὶ, τὰ πάντα πληρῶν, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ὢν, καὶ αὐτὸς συνέχων τὰ πάντα. *Cùm DEus immaterialis & incircumscriptus sit, in loco non est: ipse enim sui ipsius locus est, cuncta replens, & super omnia eminens, & ipse continens omnia.* Cyrillus Jerosol. Catechesi φωτ. VI. pag. 43: Ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐράνιος οὐκ ἐν τόπῳ περιωρισμένος· ἀλλὰ τῶν τόπων ποιητής· ἐν πᾶσιν ὢν, καὶ ὑπ᾽ οὐδενὸς περιγραφόμενος. *Pater noster cœlestis non est in loco definitus, sed locorum creator: in omnibus existit, nec ab ullo circumscribitur.* Omnia paucissimis complexus Oecumenius in Cap. VII. Actor. pag. 44: Πλήρης μὲν ὁ οὐρανὸς τοῦ θεοῦ, μεστὴ δὲ ἡ γῆ. *Plenum quidem Deo cœlum, plena verò etiam terra.* Imò, DEum esse, & non circumscribi loco, vel, ut accuratiùs loquar, non definiri loco, Damascenus, Orthod. Fidei lib. I. Cap. IV. inter se reciprocari monet. Ὅτι ἀσώματον τὸ θεῖον, inquit, δῆλον· πῶς γὰρ

σῶμα

σῶμα τὸ ἄπειρον, καὶ ἀόριστον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀναφὲς, καὶ ἀόρατον, καὶ ἁπλοῦν, καὶ ἀσύνθετον; πῶς γὰρ σεπτὸν, εἰ περιγραπτὸν καὶ παθητόν; Faber Stapulensis interpretatur: *Quòd DEus sit incorporeus, est perspicuum. Quo pacto enim corpus fuerit infinitum, interminatum, infiguratum, intangibile, invisibile, simplex, incompositum? Quomodo immutabile, si circumscriptum, si passionis injuriæ obnoxium?* Hic barbara multa, quædam etiam contra mentem Authoris. *Corpus* facit subjectum, cùm sit prædicatum: dicendum enim, *Quomodo enim infinitum*, seu, *id, quod infinitum est, posset esse corpus?* Σεπτὸν, contra omnium Grammaticorum fidem, redditur *immutabile*, cùm reddendum fuisset, *venerandum, adorandum*, vel *colendum*. Sed tales ἀβλεψίαι huic Interpreti satis sunt familiares.

Quomodo Deus sit in cœlis, &c.

Cùm ergo Deus sit ἀπερίγραπτος, nunc necessariò quæritur, *Quomodo idem in cœlis esse perhibeatur?* Resp. Deus dicitur *in cœlo esse*, vel *habitare*, vel *sedere*: cœlum dicitur *habitatio* & *thronus DEi*, quia ibi sese illustriùs patefacit Angelis & beatorum hominum spiritibus, illustriùsque sese in omnem æternitatem ibi patefacturus est electis omnibus, post mortuorum resurrectionem. Damascenus, lib. I. Orthod. Fidei, Cap. XVI. pag. 57: Λέγεται θεὸς ἐν τόπῳ εἶναι, καὶ λέγεται τόπος θεοῦ, ἔνθα ἔκδηλος ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ γίνεται. *Deus dicitur in loco esse, & Dei locus dicitur, ubi ejus manifesta fit operatio.* Et paulò pòst: Λέγεται τοιγαροῦν θεοῦ τόπος, ὁ πλέον μετέχων τῆς ἐνεργείας, καὶ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο ὁ οὐρανὸς αὐτοῦ θρόνος· ἐν αὐτῷ γάρ εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ δοξάζοντες αὐτόν. *Dicitur igitur DEi locus, qui plus participat operationis & gratiæ ejus. Propterea cœlum dicitur thronus ejus: in illo enim sunt voluntatem ejus facientes Angeli, eumq; semper glorificantes.* Theodoretus, in Psal. CXIV: Ἐνδιαιτᾶται τῷ οὐρανῷ τῶν ὅλων ὁ Κύριος, οὐ περιγεγραμμένην ἔχων τὴν φύσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐκεῖ πολιτευομένοις τῶν ἀγγέλων χαίρων χοροῖς. *Universorum Dominus in cœlo habitat, non quasi circumscriptam habeat naturam, sed quia Angelorum ibi versantium choris delectatur.* In eandem sententiam Chrysost. Homil. XVI. in Epist. ad Hebræos, tom. IV. p. 519: Ὁ θεὸς λέγεται εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ. Διατί; Οὐ τόπῳ ἐναποκλειόμενος· μὴ γένοιτο· οὐδὲ τὴν γῆν ἔρημον τῆς αὐτοῦ παρουσίας ἀφεὶς, ἀλλὰ τῇ σχέσει καὶ τῇ οἰκειώσει τῇ πρὸς τοὺς ἀγγέλους. *DEus dicitur in cœlo esse.*

Cur?

Cur? Non loco conclusus: absit: neque terram suâ præsentiâ destitutam relinquens, sed propter familiaritatem & conjunctionem cum Angelis. Cyrillus Alex. in Cap. LXI. Jesajæ, pag. 883: Εἰ λέγοιτό που κατοικεῖν ἐν οὐρανῷ θεὸς, μηδὲν νοείσθω σωματικὸν ἐπ' αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἐν τόπῳ καὶ περιγραφῇ τὸ θεῖον εἶναί φαμεν, ὅτι καὶ ἁπλοῦν ἐστι, καὶ ἀσώματον, καὶ πάντα πληροῦν. Ἐπειδὰν δὲ τοῖς ἄνω πνεύμασιν, ὡς ἁγίοις ἐπαναπαύεται, ταύτῃ τοι φαμὲν θρόνον τε καὶ οἶκον αὐτοῦ τὸν οὐρανόν. *Sicubi Deus dicatur in cœlo habitare, nihil corporeum de eo cogitetur: non enim in loco, vel circumscriptum esse Deum dicimus, quia etiam simplex est, & incorporeus, & omnia implet. Quoniam verò in cœlestibus spiritibus, ut sanctis acquiescit, hanc ob caussam dicimus, cœlum esse thronum & domum ejus.* Alii propterea volunt, Dei habitationem vel domum dici cœlum, quia locus iste omni vacet malitia & impuritate. Ita sentit Chrysost. in Psal. CXIV. dicit enim, cœlum vocari οἶκον τοῦ θεοῦ, διὰ τὸ καθαρὸν εἶναι τὸ χωρίον τῆς πονηρίας, *domum DEi, quia locus ille à malitia sit purus.* Eadem mens Theophani, Homil. XLI. pag. 291: Οὐκ ἀφώρισται τῷ θεῷ κατ' ἐξαίρετον ἡ οὐράνιος οἴκησις· ἀλλ' ἐπειδὰν καθαρεύει κακίας ἁπάσης ἡ ἄνωθεν λῆξις, — διὰ τοῦτο ὁπηνίκα τοῦ οὐρανοῦ μνήμην ποιεῖται, τὴν ἀπαθῆ ζωὴν νοεῖν δίδωσι, καὶ παντὸς κακοῦ καθαρεύουσαν. *Habitatio cœlestis Deo non est per excellentiam assignata: sed quoniam superna illa sedes pura est ab omni malitia, — ideo, quoties cœli mentionem facit, beatam illam vitam omni passione vacuam, atque ab omni malo puram intelligit* Scriptura. Eadem habet Greg. Nyssenus de Professione Christiana, tom. III. pag. 273: atque inde sua transscripsit Theophanes. Justinus M. Quæst. & Respons. ad Græcos, Resp. ad quæstionem ultimam, pag. 236. vult, *domum* & *thronum DEi* ideo nominari *cœlum*, ne illud Deum esse existimemus. Οἶκον καὶ θρόνον λέγομεν τοῦ θεοῦ τὸν οὐρανὸν, οὐχ ὡς τοῦ θεοῦ τούτου πρὸς οἴκησιν ἢ πρὸς καθέδραν χρῄζοντος, ἀπεριγράπτου καὶ ἀνενδεοῦς παντελῶς ὑπάρχοντος· ἀλλ' ἵνα μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως, καὶ τὸ ἄφθαρτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀφορῶντες, θεὸν τοῦτον, ἢ ἰσότιμον θεῷ ὑπολάβωμεν, διὰ τοῦτο ὀνομάζομεν αὐτὸν οἶκον καὶ θρόνον τοῦ θεοῦ. *Domum & thronum Dei cœlum esse dicimus: non quasi Deus illo ad habitationem & sedem indigeat, qui omnino incircumscriptus & nullius rei indigus est: verùm, ne ad illius subsistentiæ amplitudinem, & substantiæ incorruptibilitatem*

 respi-

respicientes, Deum ipsum, aut dignitate honoreq; Deo parem esse suspicaremur, propterea Dei habitaculum & thronum dicimus. Hæc ratio apud Gentiles potuit adhiberi, quia à cultu cœli erant avocandi. Ex eorum namq; fuerunt numero, qui, ut Chrysost. loquitur, Hom. I. ad populum Antiochenum, ἐκπλαγέντες τὸ μέγεθος τοῦ οὐρανοῦ, καὶ θαυμάσαντες αὐτοῦ τὸ κάλλος, ἐνόμισαν αὐτὸν εἶναι θεὸν, *ad magnitudinem cœli obstupefacti, & pulchritudinem ejus admirati, illud Deum esse putârunt.* Ex eorum fuerunt numero, qui, ut Basil. M Homil. I. in Hexaëm. tom. I. p. 6. habet, συνυπάρχειν ἐξ ἀϊδίου τῷ θεῷ τὸν οὐρανὸν ἀπεφήναντο, *cœlum ab æterno unâ cum Deo existere dixerunt:* qui dixerunt, αὐτὸν εἶναι θεὸν ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον, καὶ τῆς τῶν κατὰ μέρος οἰκονομίας αἴτιον, *illud esse Deum, principio carere, æternum, & administrationis rerum singularis caussam esse.* Apud Christianos verò hac ratione parum proficias: illi enim ex sacris nôrunt, aliam harum appellationum esse caussam, quàm jam ex Patribus allatam vidimus: sciunt, καλὸν εἶναι τὸν οὐρανὸν, ἀλλ' ἵνα προσκυνήσωμεν τὸν ποιήσαντα, *pulchrum esse cælum*, ideo autem tantâ pulchritudine exornatum nostris objici oculis, *ut ejus adoremus creatorem*, ex sententia Chrysost. Homil. I. tom. V: ἵνα θαυμάσαντες τὸ ἔργον, προσκυνήσωμεν τὸν δεσπότην, *ut* splendidi illius *operis contemplatione in admirationem abrepti, Dominum adoremus*; ut idem habet Chrysostomus Homil. LXVII. tom. VI.

Cur adjiciatur, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Sed jam in rationem inquirendum, cur Servator noster addiderit, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quod idem cum illo Tobiæ V. 14. ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ κατοικῶν; Præcipua ratio est, *Ut abdicatis terrenis cogitationibus, cœlesti affectu, cœlestia spectemus & exspectemus.* Hanc nobis rationem inculcat Chrysostomus, Homil. XIV. in Epist. ad Ephesios, pag. 838: Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Εὐθέως εἶπες, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἀνέστησέ σε τὸ ῥῆμα, ἐπτέρωσέ σου τὴν διάνοιαν, ἔδειξεν ὅτι πατέρα ἔχεις ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Μηδὲν πράττε, μηδὲν λέγε τῶν ἐπὶ γῆς. Εἰς ἐκείνην σε τὴν τάξιν ἔστησε τὴν ἄνω, ἐκείνῳ σε ἐνέκρινε τῷ χορῷ· τί σαυτὸν κάτω καθέλκεις; Qui es in cœlis. *Simul atque dixisti*, Pater noster, qui es in cœlis, *verbum te erexit, & mentem tuam in altum evexit, ostendit te Patrem habere in cœlis. Nihil agas, nihil dicas ex iis, quæ sunt in terra. In supremum illum ordinem te retulit, illi choro te inseruit: cur te ipsum deprimis?* Idem, Homil.

Homil. XXX. tom. V. pag. 186: *DEus in cœlis esse dicitur*, οὐκ ἐπειδὰν ἐν τοῖς οὐρανοῖς μόνον ἐστὶν, ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς κάτω περικαλινδουμένους ἀνανεῦσαι εἰς οὐρανοὺς παρασκευάσῃ, καὶ τῷ κάλλει τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν περιλάμψας, τὴν ἐπιθυμίαν πᾶσαν ἐκεῖ μετενέγκῃ, *non quòd in cœlis tantùm sit, sed ut nos humi repentes oculos sursum in cœlos attollere faciat, & rerum cœlestium pulchritudine collustret, omnémque delectationem eò transferat.* Et Homil. XIX. in Matthæum: Τὸ, ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὅταν εἴπῃ, οὐκ ἐκεῖ τὸν θεὸν συγκλείων τοῦτό φησιν, ἀλλὰ τῆς γῆς ἀπάγων τὸν εὐχόμενον, καὶ τοῖς ὑψηλοῖς προσηλῶν χωρίοις, καὶ ταῖς ἄνω διατριβαῖς. *Quando dicit*, Qui es in cœlis, *hoc non ideo dicit, ut Deum ibi concludat, sed ut orantem à rebus terrenis abstractum sublimibus affigat locis, & supernis conversationibus.* Theophylactus in Cap. VI. Matthæi, pag. 35: Ἐν τῷ εἰπεῖν, ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἔδειξέ σοι τὴν πατρίδα σου καὶ τὸν οἶκον τὸν πατρικόν· ἐὰν γὰρ θέλῃς ἔχειν πατέρα τὸν θεὸν, πρὸς τοὺς οὐρανοὺς βλέπε, καὶ μὴ πρὸς γῆν. *Dum dicit*, in cœlis, *ostendit tibi patriam tuam, & domum paternam. Nam si vis habere Patrem DEum, in cœlos specta, & non in terram.* Idem, in Cap. XI. Lucæ, pag. 390: Ἐν τοῖς οὐρανοῖς εἰπὼν, οὐ περιγράφει ἐκεῖ τὸν θεὸν, ἀλλὰ τὸν ἀκροατὴν ἀνάγει εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἀπάγει τῶν γηΐνων. *Cum dixit*, In cœlis, *non Deum illic circumscribit, sed auditorem in cœlos subvehit, & à terrenis abducit.*

CAPUT VIII.
DE PRIMA PETITIONE ORATIONIS DOMINICÆ.

Ἁγιάζειν *significat* 1. *aliquid sanctum agnoscere.* 2. *Rem impuram, puram facere: idque* a. *Moraliter.* b. *Ceremonialiter.* 3. *Ab usu communi separare. Atque ita* in genere, *quæ Deo consecrantur, dicuntur* ἁγιάζεσθαι. Ἅγια, *DEo consecrata.* In specie ἁγιάζονται a. *qui à Deo certo destinantur muneri, vel etiam Martyrio.* b. *Ita DEus diem septimum sanctificavit.* c. *omne primogenitum.* d. *Ita sanctificatur locus, panis, vinum,* &c. 4. *Christus dicitur se ipsum sanctificâsse.* ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΣΟΥ. *Deus propriè* nomen *non habet. Quomodo ei* nomen *tribuatur. Nomina DEi duplicia. Nomen Dei hoc loco significat* 1. *Ipsum DEum.* 2. *Attributa & opera DEI.*

ΑΓΙΑΣΘΗΤΩ. Ad ipsas deinceps progredimur petitiones. Primæ petitionis initium facit verbum ἁγιάζειν, cujus aliquot significationes, à Patribus observatas & explicatas, perstringemus.

Ἁγιάζειν significat 1. Aliquid sanctum agnoscere.

I. Ἁγιάζειν *sanctificare*, est personam, vel rem puram & sanctam, qualis revera in se est, agnoscere & celebrare. Sic, ut Clarissimus habet Ravanellus, *sanctificare Deum*, seu *nomen Dei* dicuntur, qui Deum agnoscunt sanctum esse, reverenter de Deo, & operibus ejus sentiunt ac loquuntur, humiliter eum colunt, & student, ut Deus, qui in se, & in omnibus operibus suis gloriosus est, talis etiam esse ab omnibus agnoscatur & prædicetur. Atque hoc sensu verbum ἁγιάζειν hac petitione sumi, constans Veterum sententia est. Chrysost. Homil. XIX. in Matth. pag. 137: Τὸ ἁγιασθήτω, τοῦτ' ἔστι, δοξασθήτω. *Sanctificetur, id est, glorificetur.* Et statim subjicit, Deum ἁγιάζειν, εἶναι τὰ οὕτως ἄληπτον παρέχεσθαι βίον ἐν πᾶσιν, ὡς ἕκαστον τ' ὁρώντων τῷ δεσπότῃ τὴν ὑπὲρ τούτων ἀναφέρειν εὐφημίαν, *sanctificare, esse adeò irreprehensibilem degere vitam in rebus omnibus, ut, quicunque vident, Dominum hoc nomine laudent.* Rem pluribus idem prosequitur Homil. XXX. tom. V. pag. 186: Καί μοι μηδεὶς ἀνοήτως ὑπολαμβανέτω ἁγιασμοῦ προσθήκην χαρίζεσθαι τῷ θεῷ, ἐν τῷ λέγειν· Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Ἅγιος γάρ ἐστι, καὶ πανάγιος, καὶ ἁγίων ἁγιώτατος· καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑμνῳδίαν προσφέρει τὰ Σεραφεὶμ ἀσιγήτοις βοῶντα κραυγαῖς· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ τοῖς βασιλεῦσι τὰς εὐφημίας προσφέροντες, καὶ βασιλέας καλοῦντες, καὶ αὐτοκράτορας, οὐχ ὃ μὴ ἔχουσι χαρίζονται, ἀλλ' ὅπερ ἔχουσιν, εὐφημοῦσιν· οὕτω καὶ ἡμεῖς οὐ τὴν οὐκ οὖσαν ἁγιωσύνην προσφέρομεν τῷ θεῷ, λέγοντες· Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἀλλὰ τὴν οὖσαν δοξάζομεν· τὸ γὰρ, ἁγιασθήτω, ἀντὶ τοῦ, δοξασθήτω, εἴρηται. Διδασκόμεθα τοίνυν διὰ τῆς φωνῆς ταύτης τὸν κατ' ἀρετὴν μετιέναι βίον, ἵνα τοῦτον ὁρῶντες οἱ ἄνθρωποι, τὸν οὐράνιον ἡμῶν πατέρα δοξάζωσι. *Neque quisquam insipienter existimet, se sanctitatis aliquod incrementum Deo largiri, dum dicit*, sanctificetur nomen tuum: *sanctus enim est, & ex omni parte sanctus, & sanctorum sanctissimus. Atque hanc ei hymnodiam offerunt Seraphim, dum continuis clamoribus intonant:* Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth,

plenum

plenum cœlum & terra gloriâ ejus: *sed quemadmodum Reges laudibus concelebrantes, eósque Reges appellantes, & Augustos, non id, quod non habent, iis largiuntur, sed quod habent, laudant: ita etiam nos nequaquam non existentem sanctitatem Deo afferimus, dicentes,* sanctificetur, *sed existentem glorificamus.* Sanctificetur *enim pro glorificetur, dictum est. Docemur igitur per hanc vocem, virtuti consentaneam degere vitam, ut homines, eam videntes, cœlestem Patrem nostrum glorificent.* Eandem explicationem sequitur Theophylactus in Cap. VI. Matthæi, pag. 35: Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Τουτέστι, ποίησον ἡμᾶς ἁγίους, ἵνα καὶ σὺ δι' ἡμᾶς δοξάζῃ· ὡς γὰρ βλασφημεῖται δι' ἐμὲ, οὕτω καὶ ἁγιάζεται δι' ἐμὲ ὁ Θεὸς, τουτέστιν, ὡς ἅγιος δοξάζεται. Sanctificetur nomen tuum. *Hoc est, Facito nos sanctos, ut & tu per* (ita Theophylacti Interpres: tu reddes, *propter nos*) *glorificeris. Sicut enim blasphematur propter me, ita etiam sanctificatur propter me Deus, id est, ut sanctus glorificatur.* Eadem, iisdem ferè verbis, repetit in Cap. XI. Lucæ, p. 390: Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἀντὶ τοῦ δοξασθήτω· τουτέστι, ποίησον ἡμῶν τὸν βίον εἰς δόξαν εἶναι σήν· ὥσπερ γὰρ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημεῖται διὰ τοὺς κακοὺς· οὕτω δοξάζεται διὰ τοὺς ἀγαθὸν βίον ἔχοντας. Sanctificetur nomen tuum, *pro glorificetur: id est, Fac, ut vita nostra tua inserviat gloriæ. Nam sicut nomen Dei propter malos blasphematur, ita propter eos, qui bonam agunt vitam, glorificatur.* Theod. in Cap. XLIX. Jesajæ, p. 112: Προσευχόμενοι λέγομεν, Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἀντὶ τοῦ, δοξασθήτω. *Orantes dicimus,* sanctificetur nomen tuum, *pro glorificetur.* Cyrillus Alex. itidem in Cap. XLIX. Jesâjæ, pag. 666: Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Καὶ οὐκ ἐπ' οὗ φαμὲν, ὡς προσθήκην ἁγιασμοῦ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς γενέσθαι παρακαλοῦμεν· εὐήθες γὰρ κομιδῆ τὸ χρῆμά ἐστιν· εἶναι δὲ μᾶλλον παρὰ πᾶσιν ὅπερ ἐστὶν ἀληθῶς εὐχόμεθα, τουτέστιν ἅγιον καὶ φοβερόν. Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. *Neque hoc dicimus, ut addi aliquid sanctitati nominis Patris rogemus: illud enim prorsus insulsum est: sed ut potiùs apud omnes sit, quod revera est, nempe sanctum & tremendum, rogamus.* Cyrillus Ierosol. Catechesi V. Νεοφωτ. pag. 219. 220: Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Ἅγιον ἐστι φύσει τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα, κἂν λέγωμεν, κἂν μὴ λέγωμεν. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἔσθ' ὅτε βεβηλοῦται, κατὰ τὸ, Δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου διὰ παντὸς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν, εὐχό-

μεθα ἐν ἡμῖν ἁγιασθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, οὐχ' ὅτι ἐκ τοῦ μὴ εἶναι ἐπὶ τὸ εἶναι ἔρχεται, ἀλλ' ὅτι ἐν ἡμῖν ἅγιον γίνεται ἁγιαζομένοις, καὶ ἄξια τοῦ ἁγιασμοῦ ποιοῦσι. Sanctificetur nomen tuum. *DEi nomen naturâ sanctum est, sive id dicamus, sive non dicamus. Quoniam verò per peccatores nonnunquam profanatur, juxta illud:* Propter vos nomen meum inter gentes semper blasphematur, *oramus ut in nobis sanctificetur nomen DEi, non quòd, cùm antea sanctum non esset, sanctum fiat, sed quia in nobis sanctificatis, & digna sanctitate facientibus, sanctum fit.* Adeat quoque, cui libet & licet, Greg. Nysseni Orat. III. in Orat. Dominicam, t. I. p. 735. & 736. item Germani, Archiep. Constant. Theoriam Ecclesiast. pag. 174. Eodem ergo sensu nomen Dei à nobis sanctificatur, quo glorificatur: glorificatur autem tum demum, si virtutem sectemur. Chrysost. in Psal. CXIV: Ὥσπερ δοξάζεται ἐν ἀρετῇ ὄντων ἡμῶν· οὕτω καὶ βλασφημεῖται ἐν κακίᾳ διατριβόντων. *Quemadmodum* Deus *glorificatur, siquidem virtuti studeamus: ita etiam blasphematur, si vitam in malitia degamus.* Sanctificatur à nobis, ut exaltatur. Theodor. in Psal. XXI: Οὐ ταπεινὸς ὢν ὁ θεὸς ὑψοῦται, οὐδὲ ὃ μὴ ἔχει προσλαμβάνει· ἀλλ' ὅπερ ἔχει δείκνυσι. *Non qui humilis est DEus exaltatur, neque quod non habet, assumit: sed quod habet, ostendit.* Sanctificatur à nobis, ut ei benedicimus. Utilitas nostra est. Chrysost. in Psal. CXXXV: Ἔστι μὲν θεὸς εὐλογητὸς, ἐν τῇ φύσει ἔχων τὴν εὐλογίαν, οὐ δεόμενος τῆς παρ' ἑτέρων εὐφημίας. Πλὴν καὶ ἡμεῖς εὐλογοῦμεν, οὐχ ὡς ἐκείνῳ τι προστιθέντες, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ μέγα καρπούμενοι. *Est quidem Deus benedictus, in sua natura habens benedictionem, adeóque non eget aliorum benedictione, laude & commendatione. Interim tamen etiam nos eum benedictis prosequimur, non quasi illi aliquid addamus, sed tanquam maximum ipsi inde fructum habentes.*

2. Sanctificare est rem impuram, puram facere: idque a. Moraliter.

II. Ἁγιάζειν, *sanctificare*, est rem immundam & impuram, mundam & puram facere. Idque

a. *Moraliter & spiritualiter.* Sic Deus nos dicitur sanctificare, nempe regenerando seu renovando nos virtute Spiritus S. I. Thessal. V. 23: unde ipse Spiritus, tertia S. S. Trinitatis parsona, ἅγιος κατ' ἐξαίρετον, ab officio sanctificandi vocatur. Chrysost. Homil. LXXII. tom. VI. de hoc epitheto: Αὕτη ἐστὶν ἡ κυρία καὶ πρώτη προσηγορία, ἡ ἐμφαντικωτέραν ἔχουσα τὴν διάνοιαν, ὃ

πνευ-

παρεισᾶσα τ̃ ἁγίȣ πνεύματος τὴν φύσιν. *Hæc est propria & prima appellatio, quæ maximam habet emphasin, Spiritûsque sancti naturam declarat.* Vocatur eandem ob caussam πνεῦμα ἁγιωσύνης, ad Roman. I. 4. Ἐπειδὰν χαρίσηταί δι' εὐχαῖς τ̃ ἁγίων, ἢ ἐμοὶ, ἢ ἑτέρῳ Χριστιανῶ ἁγιασμὸν, καὶ λάβω δῶρον ὥστε ἅγιον ἔχειν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν. *Quando precibus sanctorum, vel mihi, vel alii Christiano largitur sanctimoniam, & ego accipio donum, ut sanctum habeam corpus & animam, vocatur* Spiritus sanctitatis; verba sunt Chrysost. Homil. modò adductâ. *Renati* etiam dicuntur *sanctificati* à Deo Patre, Judæ v. 1. Hanc hujus verbi significationem observat Cyrill. Alexand. ad Joh. X. 34. pag. 671: Ἁγιάζεται τὸ ἐν μεθέξει γεγονὸς τ̃ ἁγίȣ πνεύματος. *Illud sanctificatur, quod Spiritus sancti redditur particeps.* Et Chrysost. in Catena, verba Joh. XVII. 17. ἁγίασον αὐτοὺς, interpretatur, ἁγίȣς ποίησον διὰ τ̃ τ̃ πνεύματος δόσεως, καὶ τ̃ ὀρθῶν δογμάτων. *Sanctos fac per Spiritûs donationem, ac rectam doctrinam.*

b. *Legaliter*, seu *ceremonialiter*: quomodo sub Lege, ritibus & ceremoniis quibusdam adhibitis, sanctificabantur seu purificabantur res aut personæ, quæ immunditiem contraxissent. Hoc sensu sumitur verbum ἁγιάζειν ad Hebr. IX. 13: quod Theodoretus ibi exponit per καθαίρειν τὸν ἐγγεγενῆσθαι δοκῆντα τῷ σώματι μολυσμὸν, *purgare maculam, quæ corpori inesse videtur.* Et Theophylactus: Ἅγιον ἦν, ȣ̓ πρὸς τὸ τὰς ψυχὰς καθαίρειν, ἀλλὰ τὴν σάρκα. *Sanctus erat*, nempe sanguis hirci, *non ad purgandas animas, sed carnem.* Huc faciunt lotiones Leviticæ, de quibus aliquid Cap. III. sub tertio Baptismi genere, pag. 64. dictum. *b. Legaliter.*

III. Ἁγιάζειν, *sanctificare*, est aliquid à communi usu separare, & ad usum singularem destinare, vel consecrare. Atque ita *in genere*, quæ Deo consecrantur, dicuntur ἁγιάζεσθαι. Hanc significationem notat Cyrillus Alex. ad Joh. X. 34. pag. 671: Λέγεται ἁγιάζεσθαι, τὸ ἀναλιθέμενον τῷ θεῷ. *Sanctificari dicitur, quod Deo dedicatum est & consecratum.* Idem, in Cap. X. Jesajæ, pag. 178: Τὸ ἁγιάζεσθαι λεγόμενον, σημαίνει τὸ εἰς δόξαν ἀνατεθειμένον τῷ θεῷ. *Quod sanctificari dicitur, significat DEo consecratum in honorem.* Idem, lib. XI. in Johannem, Cap. X. pag. 989: Ἁγιάζεσθαι *3. Sanctificare, est ab usu communi separare.*

λεγό-

λέγεται κατὰ συνήθειαν νομικὴν, τὸ ἐν τάξει τινὸς ἀναθήματος, ἢ δωροφορίας τῷ θεῷ παρά τινος προσαγόμενον. *Sanctificari, ex consuetudine legali, dicitur, quod instar donarii, vel oblationis muneris alicujus ab aliquo offertur Deo.* Hoc eodem sensu, *Deo consecrata* dicuntur

ἅγια, DEo consecrata. ἅγια. Chrysost. Homil. LXXXII. in Johannem, tom. II. pag. 898: Κυρίως ἅγια, τὰ τῷ θεῷ ἀνακείμενα. *Illa propriè sancta dicuntur, quæ DEo consecrata & dicata sunt.* Cyrillus Alex. ad Joh. X. v. 34. pag. 671: Ἅγια καλοῦνται, καὶ τὰ ἀφοριζόμενα εἰς θυσίαν θεῷ. *Sancta vocantur, quæ in sacrificium Deo segregantur, separantur.* Theophylactus in Cap. X. Johannis, pag. 715: Ἅγια, τὰ ἀφωρισμένα λέγονται τῷ θεῷ. *Sancta dicuntur, quæ Deo segregata sunt.* Idem, in Cap. XVII. Johannis, pag. 802: Ἅγια λέγονται πάντα τὰ τῷ θεῷ ἀνακείμενα. *Sancta dicuntur omnia, quæ Deo consecrata & reposita sunt.*

In specie ἁγιάζονται, seu *sanctificantur:*

a. *Qui à Deo certo alicui destinantur muneri*, vel ipsi etiam *Martyrio*, seu testimonio pro veritate non voce tantùm, sed sanguinis etiam effusione dicendo: ita consecrati Aaron & filii, ut sacerdotio fungerentur, Exodi XXVIII. 41: ubi ἁγιάζειν. Cyrillus Alex. ad Jesaiæ XIII. 3. pag. 218: Τὸ ἡγίακα ἐν τούτοις, ἀντὶ τοῦ ἀφώρισα καὶ οἱονεὶ ἐξελεξάμην πρὸς κατόρθωσιν ὧν βεβούλευμαι καθ' ὑμῶν. *Verbum* ἡγίακα *in his positum est, pro segregavi, & quasi elegi, ad id efficiendum, quod adversus vos deliberatum habeo.* Et Chrysost. in Catena in Johannem, pag. 413. verba Joh. XVII. 17. Ἁγίασον αὐτοὺς, explicat, οἷον ἀφόρισον αὐτοὺς τῷ λόγῳ καὶ τῷ κηρύγματι. Interpres Corderius: *Sanctifica eos, quasi dicat, segrega eos & verbo & prædicatione.* Malim: *Verbo & prædicationi*; vel potiùs, *destina eos ad verbum & prædicationem*, ut nempe apti & idonei sint ad prædicandum Evangelium, effice. Optimè per ἀφορίζειν exponitur: eandem enim significationem habet. Ad Romanos Cap. I. 1. Apostolus dicitur ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, *separatus ad* prædicandum *Evangelium Dei.* Quod Theophylactus exponit, ἀποκεκληρωμένος εἰς τὴν τοῦ εὐαγγελίου διακονίαν. Καὶ ἄλλως δὲ, τὸ ἀφωρισμένος, ἀντὶ τοῦ προωρισμένος εἰς τοῦτο. *Selectus ad Evangelii ministerium. Aliter autem & segregatus, pro eo, quod est prædestinatus ad hoc.* Bene ergo Cyrillus

rillus Alex. ad Joh. X. 34. pag. 671. Ἁγιάζεται τὸ προχειρισθὲν παρὰ θεοῦ πρὸς τὸ πρᾶξαί τι τῶν κατὰ γνώμην αὐτοῦ. *Sanctificatur, quod à DEo ad aliquid ex voluntate ipsius agendum eligitur.* De *munere* simul & de *Martyrio* accipiendum docet locum Joh. XVII: 17. Theophylactus in Johannem, pag. 802: Τὸ ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, τουτέστιν, ἀφόρισον αὐτοὺς τῷ λόγῳ καὶ τῷ κηρύγματι, καὶ θυσίαν αὐτοὺς ποίησον, τῇ ἀληθείᾳ ταύτῃ λειτουργησάτωσαν, ταύτῃ τὴν οἰκείαν ζωὴν ἀφιερωσάτωσαν. Ἐπιφέρει γοῦν, Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν, τουτέστι, προσφέρω θυσίαν, οὕτω καὶ αὐτοὺς ἁγίασον, τουτέστιν, ἀφόρισον θυσίαν ὑπὲρ τοῦ κηρύγματος, καὶ τῆς ἀληθείας μάρτυρας ποίησον γενέσθαι, ὥσπερ δὴ κἀμὲ ἀπέστειλας μάρτυρα τῆς ἀληθείας καὶ (σφάγιον· ἅγια γὰρ λέγονται) πάντα τὰ τῷ θεῷ ἀνακείμενα· ἵνα δὴ καὶ αὐτοὶ, ὥσπερ ἐγὼ, ὦσιν ἡγιασμένοι καὶ ἀνατεθειμένοι σοὶ τῷ θεῷ, οὐχ ὥσπερ τὰ κατὰ νόμον θυόμενα ἐν τύπῳ, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ. Αἱ πάλαι μὲν γὰρ θυσίαι τυπικαὶ, καὶ πάντα τὰ ἅγια ἐν τύπῳ ἦσαν ἀφιερωμένα τῷ θεῷ, ἄλλο τι πνευματικὸν σκιαγραφοῦντα, οἷον, ὁ ἀμνὸς, αἱ περιστεραὶ, οἱ τρυγόνες, καὶ τ' ἄλλα· αἱ δὲ τῶν τῷ θεῷ ἀνατεθειμέναι ψυχαὶ (legendum, ἀνατεθειμένων) ἐν ἀληθείᾳ εἰσὶν ἡγιασμέναι καὶ ἀφωρισμέναι, καὶ ἀφιερωμέναι τῷ θεῷ. *Illud,* Sanctifica eos in veritate tua, *significat, separa eos ad verbum & prædicatiomem, & fac eos sacrificium: huic veritati ministrent, huic vitam suam consecrent. Subdit igitur,* Quemadmodum me misisti in mundum, & Eorum caussâ sanctifico me ipsum, *id est, offero sacrificium: ita & illos* sanctifica, *hoc est, separa in sacrificium pro prædicatione: constitue eos veritatis testes, sicut & me misisti veritatis testem, & hostiam;* sancta *enim dicuntur omnia, quæ Deo reposita sunt; ut & ipsi sicut ego, sint sanctificati, & tibi Deo consecrati, non sicuti, quæ secundum legem sacrificantur in figura, sed in veritate. Sacrificia enim vetera typica erant, & omnia sancta in figura fuerunt sacrata Deo, aliud quiddam spirituale adumbrantia, ut agnus, columbæ, turtures, &c. Animæ autem eorum, qui Deo consecrati sunt, in veritate sunt sanctificatæ, & separatæ, & DEo consecratæ.*

b. *Ita Deus diem septimum sanctificavit,* Exodi XX. 11: id est, sibi consecravit, & dedicavit. Hinc Theodoretus, Quæstione XXI. in Genesin, Mosis verba de septimo die, ἡγίασεν αὐτὴν, interpretatur per ἀφώρισε, *separavit,* id est, à communi usu separavit, & ad singularem usum destinavit.

c. *Ita DEus sanctificavit omne primogenitum*, Numer. III. 13. Cyrillus Alex. lib. XI. in Joh. Cap. X. pag. 989: DEus πρὸς τ̃ ἄριστον ἔφη Μωσέα, Ἁγίασόν μοι πᾶν πρωτότοκον διανοῖγον μήτραν, τουτέστιν, ἀνάθες, καὶ ἀπόνειμε, καὶ κατάγραψον ὡς ἱερὸν, *ad optimum dixit Mosen*, sanctifica mihi omne primogenitum aperiens vulvam, *id est consecra, & attribue, & adscribe tanquam sanctum.* Et Jobius, Monachus, in Biblioth. Photii, Cod. CXXII. pag. 608: Πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται, τουτέστιν, ἀφωρισμένον. Omnis masculus adaperiens vulvam, sanctus Domino vocabitur, *hoc est, separatus, selectus.*

d. *Ita sanctificatur locus, panis, vinum, &c.* Jobius, Monachus, in Biblioth. Photii, Cod. CXXII. pag. 608: Οὕτω ἁγιάζεσθαι τ̃ τόπον, ἢ τ̃ ἄρτον, ἢ τὸν οἶνον, ἃ τῷ Θεῷ φαμὲν ἀφορίζεσθαι, καὶ πρὸς μηδεμίαν κοινὴν ἀποφέρεσθαι χρῆσιν. *Sic sanctificari locum, vel panem, vel vinum dicimus, quæ Deo secernuntur, & ad nullum usum communem referuntur.*

4. Christus dicitur se ipsum sanctificâsse, id est, obtulisse.

IV. Observanda tandem hujus verbi ἁγιάζειν significatio, quâ Christus se ipsum *sanctificavit*, id est, consecravit se morti, seu, ut se offerret Deo in sacrificium, vel in victimam sanctam. Illustris est locus Johannis XVII. 19: Ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν. Sensus est: Ego me sanctifico, id est, segrego me ex toto genere humano, ut fiam hostia Deo dicata; & me præbeo mactandum, & tibi, ô Deus, cœlestis Pater, me offero, id est, propter tuam voluntatem sustineo hanc mactationem, tibi obedientiam meam declaro. *Sanctifico* igitur hoc loco, sine ulla dubitatione, à sacerdotibus & victimis sumtum est. Nam de utrisque dicebatur. At tota præparatio, mactatio & oblatio victimæ, vocabatur *sanctificatio*. Hanc explicationem Veteres magno sequuntur consensu. Chrysost. Homil. LXXXII. in Joh. tom. II. pag. 898: Τί ἐστιν, Ἁγιάζω ἐμαυτόν; Προσφέρω σοι θυσίαν· αἱ δὲ θυσίαι πᾶσαι ἅγιαι λέγονται, καὶ κυρίως ἅγια τὰ τῷ Θεῷ ἀνακείμενα. *Quid est*, sanctifico me ipsum? *Offero tibi sacrificium: omnia verò sacrificia sancta dicuntur: & propriè* sancta *sunt, quæ Deo destinantur.* Idem Homiliâ XVII. in Epist. ad Hebræos, tom. IV. pag. 522: Ὑπὲρ αὐτῶν ἁγιάζω ἐμαυτόν. Ἰδοὺ ἀνήνεγκε τὰ ἁμαρτήματα· ἦρεν αὐτὰ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων,

καὶ ἀνήνεγκε τῷ πατρὶ, οὐχ' ἵνα τι ὁρίσῃ κατ' αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα αὐτὰ ἀφῇ. Et eorum caussâ sanctifico me ipsum. *Ecce obtulit peccata: sustulit ea ab hominibus, & obtulit Patri, non ut aliquid contra ea definiret, sed ut ea remitteret.* Cyrillus Alex. lib. X. de Adoratione, pag. 350: Ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν. Τὸ ἁγιάζω λέγων, ἀντὶ τοῦ προσάγω, καὶ ἀνατίθημι προσφορὰν ἀμώμητον τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἁγιάζεσθαι γὰρ λέγεται, τὸ ἀνατιθέμενον τῷ Θεῷ. Eorum caussâ sanctifico me ipsum: sanctifico *dicens, pro offero ac devoveo me ipsum oblationem immaculatam Deo & Patri:* sanctificari *enim dicitur, quod DEo dicatur.* Idem Cyrillus, lib. IV. in Johannem, Cap. II. pag. 354. ad eundem locum: Τὸ ἁγιάζω φησὶν ἐν τούτοις, ἀντὶ τοῦ ἀνατίθημι καὶ προσάγω καθάπερ ἄμωμον ἱερεῖον εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· ἡγιάζετο γὰρ, ἤτοι κατὰ νόμον ἐκαλεῖτο ἅγιον τὸ τῷ θυσιαστηρίῳ προσκομιζόμενον. Ἁγιάζω *in his dicit, pro consecro, & offero tanquam immaculatam victimam in odorem bonæ fragrantiæ.* Sanctificabatur *enim, id est juxta Legem* sanctum *vocabatur, quod altari offerebatur.* Idem, lib. V. Cap. I. in Joh. pag. 452. iisdem ferè verbis: Ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν. Τὸ δὲ ἁγιάζω φησὶν ἐν τούτοις, ἀντὶ προσάγω καὶ ἀνατίθημι· ἅγιον γὰρ τὸ προσαγόμενον εἰς θυσίαν τῷ Θεῷ. Eorum caussâ sanctifico me ipsum. Ἁγιάζω *autem in his dicit, pro offero & dico seu consecro:* Sanctum *enim, quod in sacrificium Deo offertur.* Et Ammonius, Catenâ in Cap. X. Johannis, pag. 274. ad verba v. 36: Ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε. Quem Pater significavit: Ἁγιασθεὶς λέγεται ὁ υἱὸς, ἐπειδὴ ἐπέμφθη σφαγῆναι ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας. Ἅγια γάρ ἐστι τὰ ἀφοριζόμενα τῷ Θεῷ εἰς θυσίαν. *Filius dicitur* sanctificatus, *quia missus fuit, ut pro mundi salute occideretur.* Sancta *enim nominantur, quæ DEo in sacrificium segregata sunt.*

ΤΟ ΟΝΟΜΑ ΣΟΥ. Deus, propriè loquendo, nullum habet nomen. Id nos docet Justinus M. Apol. ad Senatum Roman. pag. 130: Ὄνομα τῷ πάντων πατρὶ θετὸν, ἀγεννήτῳ ὄντι, οὐκ ἔστιν· ᾧ γὰρ ἂν καὶ ὄνομά τι προσαγορεύηται, πρεσβύτερον ἔχει τὸν θέμενον τὸ ὄνομα. *Universarum rerum Patri, quia ingenitus est, nomen impositum non est. Quocunque namque demum ille vocetur nomine, vetustiorem se habet eum, qui nomen imposuit.* Clemens Alex. Strom. V. pag. 587: Ἀσχημάτιστον (τὸ θεῖον) καὶ ἀνωνόμαστον· κἂν ὀνομάζωμεν αὐτό ποτε, οὐ κυρίως. *DEus est figura expers, & nominari non*

Nomen. Deus propriè nomen non habet.

poteſt: etſi aliquando eum nominemus, non ſit propriè. Iterum Juſtinus M. Cohortat. ad Græcos, pag. 20: Οὐδὲν ὄνομα ἐπὶ θεοῦ κυριολογεῖσθαι δυνατόν· τὰ γὰρ ὀνόματα εἰς δήλωσιν καὶ διάγνωσιν τῶν ὑποκειμένων κεῖται πραγμάτων, πολλῶν καὶ διαφόρων ὄντων· θεῷ δὲ οὔτε ὁ τιθεὶς ὄνομα προϋπῆρχεν, οὔτε αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζειν ᾠήθη δεῖν, εἷς καὶ μόνος ὑπάρχων. *Fieri omnino non poteſt, ut proprium aliquod Deo nomen attribuatur: propterea quòd nomina ad deſignationem & diſcretionem ſubjectarum rerum imponantur, quæ varia ſunt & multa: DEo autem qui nomen inderet, nemo ante eum exſtitit: neque ipſe ſe ipſum nomine aliquo deſignare opus eſſe duxit, unus & ſolus exiſtens.* Greg. Nazianz. Orat. XXXVI. quæſt. II. de Filio, pag. 589: Τὸ θεῖον, ἀκατονόμαστον. *DEus nullo nomine exprimi poteſt.* Gregorius Nyſſenus, Homil. XII. in Canticum, tom. I. pag. 650: Ὁ παντὸς γνωριστικοῦ χαρακτῆρος ἐξώτερος ἀεὶ εὑρισκόμενος, πῶς ἂν διά τινος ὀνομαστικῆς σημασίας περιληφθείη; *Qui ſemper reperitur omni nota, quâ poſſit agnoſci, carere, quo pacto queat is per aliquam vocum indicationem comprehendi?* Interim ex Scriptura ſacra notiſſimum eſt, Deo varia tribui nomina: imò, eo ipſo, quòd *Deum* nominamus, eidem nomen tribuimus. Sed non eſt difficilis ad hoc ἐναντιοφανὲς reſponſio. Κυρίως, *propriè* Deus nullum habet nomen, quod αὐτῆς τῆς φύσεως σημασίαν, *ipſius naturæ ſignificationem* contineat: habet tamen nomina κατ' ἀναλογίαν, quæ τῶν περὶ τὴν θείαν φύσιν νοουμένων ἑρμηνευτικά εἰσι, *ea, quæ circa divinam naturam eſſe intelliguntur, interpretantur & explicant.* Ita hanc difficultatem nobis dat expeditam Greg. Nyſſenus, in tractatu, *Quòd non ſint tres dii*, tom. III. pag. 18. Docet ibi Nyſſenus, fuiſſe, qui exiſtimarent, ἰδιαζόντως κατὰ τῆς φύσεως τὴν φωνὴν τῆς θεότητος κεῖσθαι, *vocem* Deitatis *naturæ peculiariter inditam eſſe*: ac, quemadmodum vel cœlum, vel ſal, vel aliud quidpiam ex mundi elementis ἰδίαις φωναῖς ταῖς τῶν ὑποκειμένων σημαντικαῖς, *peculiaribus vocibus ſubjectorum ſignificatricibus*, denotetur: οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω καὶ θείας φύσεως, ὥσπερ κύριον ὄνομα προσφυῶς ἐφηρμόσθαι τῷ δηλουμένῳ τὴν φωνὴν τῆς θεότητος, *ita in ſuprema quoque atque divina natura, tanquam proprium quoddam nomen vocem Deitatis aptè accommodatam eſſe ei, quod per eam declaretur.* Hanc iſtorum opinionem ita refutat Nyſſenus: Ἡμεῖς δὲ ταῖς

Quomodo ei Nomen tribuatur.

ταῖς

τῆς γραφῆς ὑποθήκαις ἑπόμενοι, ἀκατονόμαστόν τε καὶ ἄφραστον αὐτὴν μεμαθήκαμεν· καὶ πᾶν ὄνομα, εἴτε παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ἐξεύρηται, εἴτε παρὰ τῶν γραφῶν παραδέδοται, τῶν ἢ περὶ τὴν θείαν φύσιν νοουμένων ἑρμηνευτικὸν εἶναι λέγομεν, οὐκ αὐτῆς δὲ τῆς φύσεως περιέχειν τὴν σημασίαν. *Nos verò, Scripturæ documenta sequentes, innominabilem & inexplicabilem eam esse didicimus: & omne nomen, sive ab humana consuetudine* (ita Laurentius Sifanus interpretatur. In Græco est vox οὐσίας. Ego συνηθείας legere malim. Vel, siquidem placeat retinere, παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας, simpliciter interpretabor, *ab homine) adinventum, sive à Scripturis traditum fuerit, aliquid denotandi vim habere dicimus eorum, quæ circa divinam naturam esse intelliguntur, ipsius verò naturæ non continere significationem.* Quemadmodum verò illi, qui Deum proprium aliquod ac peculiare nomen, quo ejus explicaretur natura, habere somniârunt, in excessu peccârunt: ita Celsus in defectu: dixit enim, Deum nullo prorsus modo ὀνομαστὸν esse. Sed ad hoc Origenes, lib. VI. adv. eum, p. 320. adhibita distinctione respondet. Nimirum, si Celsus dicat, τὸν θεὸν οὐκ εἶναι ὀνομαστὸν, quoniam οὐδὲν τῶν ἐν λέξεσι καὶ σημαινομένοις δύναται παραστῆσαι τὰς ἰδιότητας τοῦ θεοῦ, *in verborum significatis nihil possit Dei proprietates exprimere*, à vero ejus sententiam non esse alienam. Origenes hoc ita confirmat: Εἴγε καὶ πολλαὶ ποιότητες οὐκ εἰσὶν ὀνομασταὶ, *quandoquidem multæ qualitates nominibus designari non possunt.* Exempli loco affert *dulcedinem palmulæ & dulcedinem caricæ*, quæ distingui non possint. Sin ὀνομαστὸν à Celso accipiatur καθὸ οἷόν τέ ἐστιν ὀνόμασι παραστῆσαί τι τῶν περὶ αὐτοῦ εἰς τὸ χειραγωγῆσαι τὸν ἀκροατὴν, καὶ ποιῆσαι νοῆσαι περὶ θεοῦ, κατὰ τὸ ἐφικτὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τινὰ τῶν περὶ αὐτοῦ, *quatenus auditorem potest nominibus ad aliquam cognitionem Dei manuducere, quantum humanæ naturæ licet comprehendere*, οὐδὲν ἄτοπον λέγειν αὐτὸν ὀνομαστὸν, *nihil absurdi fuerit, eum dicere* ὀνομαστὸν, *nominabilem.* Ex his jam satis patere arbitror, quomodo Deo nomen tribuatur; &, quomodo eidem nullum tribui possit.

Illud autem non est prætereuudum, Veteres τῶν θείων ὀνομάτων τὴν σημασίαν, *divinorum nominum significationem*, διχῇ διειλέσθαι, *bifariam distinxisse.* Etenim alia, ut Greg. Nyssenus Orat. III. contra Eunom. tom. II. pag. 526. monet, τῆς ὑψηλῆς *Nomina Dei duplicia.*

τε καὶ ἀφράστου δόξης τὴν ἔνδειξιν ἔχειν· τὰ δὲ τὸ ποικίλον τῆς προνοητικῆς οἰκονομίας ἐνδείκνυσθαι, *excelsæ atque ineffabilis gloriæ indicationem habere: alia verò providæ dispensationis varietatem demonstrare.* Ita Filius Dei, ut idem ibidem docet, prioris significationis respectu, vocatur υἱός, καὶ δεξιὰ, καὶ μονογενὴς, καὶ λόγος, καὶ σοφία, καὶ δύναμις: respectu verò posterioris, appellatur ἄμπελος, ποιμὴν, ἰατρὸς, &c. Similiter Gregorius Nazianzenus, Orat. XXXVI. pag. 590. nomina Dei duplicia facit, alia ἐξουσίας, alia οἰκονομίας. Ἐξουσίας, seu *potestatis* nomina esse dicit, cùm Deus vocatur παντοκράτωρ, βασιλεὺς ἢ τῆς δόξης, ἢ τῶν αἰώνων, ἢ τῶν δυνάμεων, κλ. *omnipotens, & rex vel gloriæ, vel seculorum, vel virtutum,* &c. Οἰκονομίαν facit duplicem; aliam ὑπὲρ τὸ σῶμα, *supra corpus positam*, id est, interprete Elia Cretensi, eam, quâ gubernabantur res humanæ, antequam Christus carnem assumeret: aliam ἐν τῷ σώματι, *in corpore*, seu *cum corpore conjunctam*, id est, rerum humanarum administrationem post Christi incarnationem. Talia nomina esse dicit, θεὸς ἢ τοῦ σώζειν, ἢ ἐκδικήσεων, ἢ εἰρήνης, ἢ δικαιοσύνης, ἢ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ παντὸς Ἰσραὴλ τοῦ πνευματικοῦ, καὶ ὁρῶντος θεόν. *Deus, vel salvos faciendi, vel ultionum, vel pacis, vel justitiæ, vel Abrahami, & Isaaci, & Jacobi, universique spiritualis Israëlis, ac Deum videntis.* Generalissima & commodissima nominum divinorum distinctio est, juxta quam alia ἀποφατικῶς, *per modum negationis*; alia καταφατικῶς *per modum affirmationis*, de DEO dicuntur. Ἀποφατικῶς, seu *negativè* ea de DEO enunciantur, quibus negatur DEUS aliquid eorum, quæ sunt, esse, non tanquam ipse sit non ens, sed ens ab omnibus cæteris entibus distinctum, longissimóque intervallo ea superans, & excedens: unde Damascenus, Orthod. Fidei lib. I. Cap. XV. dicit ἀποφατικῶς λέγεσθαι, δηλοῦντα τὸ ὑπερούσιον, *negativè ea dici, quæ supersubstantiale*, id est, Deum supra omnia esse, *significent.* Talia ibidem esse docet, ἀνούσιος, ἄναρχος, ἄχρονος, ἀόρατος, *substantiâ carens, sine principio, sine tempore, invisibilis.* Hæc, ut loquitur Gregorius Nyssenus, Orat. XII. contra Eunom. tom. II. pag. 754. τῶν ἀποπεφυκότων ἔχει τὴν ἔμφασιν, *eorum, quæ à Deo absunt, notationem habent.* Καταφατικῶς, seu *affirmativè*, enunciantur, quæ

quæ, ut Gregor. Nyssenus, loco allato habet, τῶν προσόντων τῷ θεῷ τὴν ἔμφασιν ἔχει, *ea notant, quæ Deo insunt:* vel, ut Damascenus, quæ ὡς αἰτίου τῶν πάντων κατηγορεῖται, *veluti de rerum omnium caussa prædicantur.* Ita ὡς αἴτιος πάντων τῶν ὄντων καὶ πάσης οὐσίας, καὶ ὢν λέγεται, καὶ οὐσία, καὶ ὡς αἴτιος λόγου παντὸς καὶ σοφίας, λογικοῦ τε καὶ σοφοῦ, λέγεται λόγος καὶ λογικὸς, σοφία καὶ σοφὸς, *tanquam caussa omnium entium & omnis substantiæ, & ens & substantia dicitur: & tanquam caussa omnis rationis & sapientiæ, nec non rationalis & sapientis, dicitur & ratio & rationalis, sapientia & sapiens:* Damasc. ibidem. Rem maximè perspicuè & nervosè, pro more, explicat Theodoretus Therapeut. Sermone II. tom. IV. pag. 502. 503. his verbis: Τὴν θείαν φύσιν οὐ μόνον ἀπὸ τῶν προσόντων ὀνομάζομεν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν μὴ προσόντων προσαγορεύομεν. Ἄναρχον γὰρ, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀθάνατον, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀνώλεθρον, ἀόρατόν τε καὶ ἀνείδεον καὶ ἀσχημάτιστον, ἀπερίγραπτόν τε καὶ ἀπερίληπτον, καὶ ἀνέφικτον καλοῦμεν, ἀπό γε τῶν μὴ προσόντων τὰς προσηγορίας τιθέντες. Ἐπειδὰν γὰρ ὁρατὸς οὗτος οὐκ ἔστιν, ἀόρατος ὀνομάζεται καὶ ἀθέατος· καὶ ὡς ὑπερβαίνων τοῦ νοῦ τὴν φαντασίαν, ἀνέφικτος δὴ καλεῖται. Καὶ αὖ πάλιν ἄπειρος, ὡς οὔτε ἀρχὴν οὔτε τέλος ἔχων· καὶ ὡς φθορᾶς καὶ θανάτου κρείττων, ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος. καὶ τἄλλα δὲ, ὅσα τούτοις ἔοικεν, ὧν ἡ θεία φύσις οὐκ ἔχει, τυγχάνει δηλωτικά. Τὸ δέ γε ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, καὶ φῶς καὶ ζωὴ, καὶ τῶν ὅλων δημιουργὸς, καὶ πρύτανίς τε καὶ κυβερνήτης, καὶ τὰ τούτοις προσόμοια, ὧν ἔχει τε καὶ ἐνεργεῖ, τῇ κτίσιν ἰθύνων, καὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν εὐεργετῶν, ὑπάρχει σημαντικά. *Naturam divinam non ab iis solùm rebus, quæ illi insunt, sed ab iis etiam, quæ non insunt, nominamus. Nam & principio carentem, incorruptibilem, immortalem, infinitam, impossibilem, invisibilem, forma & figura expertem, incircumscriptam, incomprehensibilem, & inaccessam vocamus, nomenclaturas hujusmodi ab iis rebus imponentes, quibus divina caret natura. Quia enim videri non potest, invisibilis appellatur, & qui non spectatur, & quòd animi phantasiam transcendat, inaccessus vocatur: & infinitus, ut qui neque finem habet, neque principium: & quòd omni corruptione atque interitu sit superior, incorruptibilis & immortalis. Cætera item hoc genus nomina, ea nobis significant, quibus natura divina caret. At bonus, justus, lux, vita, universorum opifex, rector & gubernator, & quæ sunt generis ejusdem, ea significant,*

quæ

qua habet & operatur, quibúsque creaturas gubernat, & humano generi bona distribuit. Eodem modo Basil. M. lib. I. contra Eunom. docet, ἐν τοῖς περὶ θεοῦ λεγομένοις ὀνόμασι τὰ μὲν τῶν προσόντων τῷ θεῷ δηλωτικὰ εἶναι. Τὰ δὲ τὸ ἐναντίον, τῶν μὴ προσόντων. Postmodùm subjicit exempla utriusque significationis, ut Theodoretus. Ita autem Scriptura de Deo loquitur, ut sese ad captum nostrum demittat, eáque nobis de Deo hac ratione revelet, quæ & capere possimus, & quorum cognitio ad salutem sufficiens esse queat. Hoc docet Clemens Alex. Strom. II. pag. 391. Ὡς ἡμεῖς ἀκοῦσαι δυνατοὶ, οὕτως ἔχειν ἐπὶ τοῦ παντοκράτορος ὑπολαμβάνοντες, ἀθέως πλανώμεθα· οὐ γὰρ ὡς ἔχει τὸ θεῖον, οὕτως οἷόν τε ἦν λέγεσθαι· ἀλλ' ὡς οἷόν τε ἦν ἐπαΐειν ἡμᾶς σαρκὶ πεπεδημένους, οὕτως ἡμῖν ἐλάλησαν οἱ προφῆται, συμπεριφερομένου σωτηρίως τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀσθενείᾳ τοῦ Κυρίου. *Vt nos audire possumus, ita in Omnipotente habere existimantes, impiè aberramus: sed ut nos audire poteramus, qui carne eramus illigati, ita nobis sunt locuti Prophetæ, Domino se salubriter accommodante ac demittente ad hominum imbecillitatem.*

Quid ὄνομα hoc loco significet. 1. Ipsum Deum.

His, veluti προθεωρίας loco præmissis, paulò propiùs ad rem accedimus, & consideramus, *quid nomen Dei in prima hac Petitione significet.* Duobus maximè modis NOMEN Domini, vel Dei hìc sumi posse existimamus. I. Sumi potest *pro ipso DEO*, prout se in Verbo & operibus suis patefecit. Ita, quando Genes. IV. 26. dicitur, *Tunc cœptum est invocari nomen Jehovæ*, intelligitur per *nomen Jehovæ* ipse Jehova. Vide etiam Deut. XXVIII. 58. Psalm. VII. 18. IX. 3. & alibi passim. Est igitur pleonasmus, de quo audire juvat Clarissimum, doctissimúmque Virum, DN. Joannem Vorstium, Serenissimi Electoris Brandeburgici Bibliothecarium dignissimum, Amicum singularem, in elaboratissima ejus Philologia sacra, cujus alteram partem omnes Philologi meritò avidè exspectant, & votis omnibus expetunt. Sic igitur ille, Cap. XIII: *Competit quoque in hanc classem*; nimirùm quintam Hebraismorum N. Testam. tributam Nominibus παρέλκουσι, sive redundantibus; *quòd vox ὄνομα sæpe addita reperitur aliis nominibus, aut horum vice fungentibus pronominibus, ubi ea prorsus abesse poterat. Primò quidem in phrasi καλεῖν ὄνομά τινος, pro καλεῖν τινα. ut Matth. I. 12. sic Lucæ I. 31. Luc. I. 13.*

I. 13: Καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωάννην. *Græci dicerent*, Καλέσεις αὐτόν. *Deinde & verbo passivo* καλεῖσθαι *additur. ut Luc. II. 21. & Apocalyp. XIX. 13. Porrò redundat quoq; vox* ὄνομα *in phrasi* ἐπικαλεῖσθαι ὄνομά τινος, *pro* ἐπικαλεῖσθαί τινα. *ut Act. IX. 14. item I. Cor. I. 21. Rom. X. 13. Sed & in aliis ῥήσεσιν ejusdem vocabuli pleonasmus observatur. Ad Hebr. XIII. 15.* χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, *pro* ὁμολογούντων αὐτῷ, ipsum laudantium. *In phrasi* πιστεύειν εἰς ὄνομα Χριστοῦ, *Joh. I. 12. II. 23. III. 18. I. Joh. V. 13. est itidem vocis* ὄνομα *pleonasmus: uti & in illa phrasi, quæ I. Joh. III. 23. legitur,* πιστεύειν τῷ ὀνόματι Χριστοῦ. *Aliàs & citra istiusmodi pleonasmum dicitur,* πιστεύειν εἰς Χριστόν. *Est porrò pleonasmus in phrasi* φοβεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου, *quæ Apoc. XI. 18. legitur, item in phrasi* βλασφημῆσαι τὸ ὄνομα Κυρίου, *quæ Apoc. XIII. 6. XVI. 9. & in phrasi* ἁγιάζειν τὸ ὄνομα Κυρίου, *quæ Matth. VI. 9. Luca XI. 2. Legitur.* Hactenus magni Philologi & Theologi verba. Hic non audiendi illi ex Veteribus, qui per ὄνομα intelligi volunt nomen Χριστὸς, à quo nos vocemur Χριστιανοί. Hæc est sententia Severiani, Orat. I. εἰς Κοσμοποιΐαν. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, οὐχ ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ θεοῦ εὐχόμεθα, (τὸ γὰρ ὄνομα αὐτοῦ ἁγιάζει πάντα) ἀλλ' ἐπειδὰν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικέκληται ἡμῖν, (Χριστιανοὶ γὰρ ἀπὸ Χριστοῦ καλούμεθα) λέγει· Τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμῖν ἁγιασθήτω. Sanctificetur nomen tuum, *non quòd pro nomine Dei oremus, (nomen enim ipsius omnia sanctificat) sed quoniam nomen ejus nobis invocatur, (Christiani enim à Christo vocamur) dicit: Nomen tuum in nobis sanctificetur.* Eadem in suam Theoriam Ecclesi. transtulit Germanus, Archiepiscopus Constantinop. apud quem, pag. 174. hæc leguntur: Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Ὄνομά ἐστι τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ἡμᾶς· Χριστὸς γὰρ, καὶ ἡμεῖς Χριστιανοὶ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπικέκληται ἡμῖν. Sanctificetur nomen tuum. *Nomen est Filii DEi, quod invocatum est super nos. Christus enim est, & nos Christiani, & nomen ejus nobis invocatur.* Pia quidem hæc meditatio est, sed ἀπόκοτος καὶ ἄτοπος. Cùm enim Christus hanc discipulis suis precum formulam præscripsisset, in eum credentes nondum appellabantur Christiani: id successu demum temporis factum esse, ex Cap. XI. Actorum Apostol. notissimum est.

2. Attributa & opera DEI.

II. Potest NOMEN sumi pro *attributis & operibus DEi*, quæ ostendunt, eum esse maximè gloriosum. Hoc significatu accipitur etiam Exodi XXXIII. 19. XXXIV. 5. Psal. VIII. 2. 10. Psal. CXI. 9. Joh. XII. 28: & aliis in locis pluribus. Atque hæc est certissima cognoscendi Dei ratio, ex attributis & operibbus ejus petita. Eunomius, ejúsque sectatores, satis protervè, imò impiè pronunciârunt, sese αὐτὴν τοῦ θεοῦ τὴν οὐσίαν ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, καὶ τὴν αὐτὴν περὶ τοῦ θεοῦ ἔχειν γνῶσιν, ἣν αὐτὸς ἔχει περὶ ἑαυτοῦ ὁ θεός, *ipsam Dei essentiam accuratè nosse, & eandem de Deo notitiam habere, quam ipse de se habet Deus*, ut loquitur Theodoretus, Hæret. fab. lib. IV. Cap. III. Hoc pernegabant Orthodoxi, & contrà docebant, Deum ex proprietatibus & operibus cognosci. Multa in hanc rem apud Basilium M. Epist. CCCC. occurrunt. Ex iis excerpimus: Ἐκ τῶν ἐνεργειῶν γνωρίζειν λέγομεν τὸν θεὸν ἡμῶν, τῇ δὲ οὐσίᾳ αὐτῇ προσεγγίζειν οὐχ ὑπισχνούμεθα· αἱ μὲν γὰρ ἐνέργειαι αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς καταβαίνουσιν, ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ μένει ἀπρόσιτος. *Nos Deum cognoscendum ex operibus suis pronunciamus, nequaquam profitemur, ad essentiam ejus appropinquari posse. Ipsius siquidem operationes ad nos descendunt: manet autem essentia ejus inaccessa.* Et mox: Γινώσκομεν ἐκ τῆς δυνάμεως τὸν θεόν, *Deum ex potentia cognoscimus.* Huc facit illud Chrysost. Homil. LXII. tom. VI: Ἐξουσία θεοῦ, ὄνομα θεοῦ. *Potestas Dei, est nomen Dei*, id est, ipse DEus. Eleganter S. Maximus, Cent. I. de Charitate, Cap. XCVI: Οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸν θεὸν γινώσκομεν, ἀλλ' ἐκ τῆς μεγαλουργίας αὐτοῦ καὶ προνοίας τῶν ὄντων· διὰ τούτων γὰρ ὡς δι' ἐσόπτρων τὴν ἄπειρον ἀγαθότητα, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν κατανοοῦμεν. *Nequaquam Deum in essentia sua cognoscimus, sed potiùs ex rerum ab illo factarum magnitudine, & eorum quæ sunt providentia. Per hæc enim, tanquam per specula, immensam ejus bonitatem & sapientiam, & potentiam cognoscimus.* Justinus M. Apol. I. Τὸ Πατὴρ, καὶ θεὸς, καὶ κτίστης, καὶ Κύριος, καὶ Δεσπότης, οὐκ ὀνόματά ἐστιν, ἀλλ' ἐκ τῶν εὐποιϊῶν καὶ τῶν ἔργων προσρήσεις. *Pater, & DEus, & Creator, & Dominus, & Herus, non nomina sunt, sed à beneficiis & operibus ejus petitæ appellationes.*

CAPUT

CAPUT IX.

DE SECUNDA PETITIONE ORATIONIS DOMINICÆ.

Aliud DEi, aliud Diaboli regnum. Κόσμος aliquando impios *notat. Regnum DEi triplex. 1. Regnum potentiæ. Συγκεςτεια malè pro συγκεςτίω ponitur. 2. Regnum gratiæ. Hoc regnum vocatur βασιλεία οἰκειώσεως. 3. Regnum gloriæ. Hujus regni adventus petendus, a. propter vitæ præsentis miserias.* b. *Propter vitæ futuræ felicitatem. Illa erit æterna, beatissima.* c. *Quia cœlum patria nostra est. Regnum, quod fideles exspectant, est cœleste: non terrenum, quale somniavit Cerinthus. Nyssenus notatus.*

AD secundam pergimus Petionem, his verbis conceptam: ΕΛΘΕΤΩ Η ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΣΟΥ. *Adveniat regnum tuum.* Ἀντωνυμία ΣΟΥ, Tuum, commonefacit nos, duo esse regna, unum Dei; alterum Diaboli. Hoc verò non intelligendum, ut impia intellexit & statuit Ebionitarum hæresis, qui, teste Epiphanio, lib. I. contra Hæreses, tom. II. Hæresi XXX. pag. 65. asserere non erubuerunt, *duos Dominos*, seu *Reges* ἐκ θεοῦ τεταγμένους, ἕνα μὲν τὸν Χριστὸν, ἕνα δὲ τὸν διάβολον· καὶ τὸν μὲν Χριστὸν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἰληφέναι τὸν κλῆρον, τὸν δὲ διάβολον τοῦτον πεπιστεῦσθαι τὸν αἰῶνα, *à Deo ordinatos & constitutos esse, alterum quidem Christum, alterum verò Diabolum: & Christo quidem futurum obtigisse seculum, Diabolo verò præsens seculum esse commissum.* Sed per Diaboli regnum, intelligimus ἐξουσίαν τοῦ σκότους, ad Coloss. I. 13: quæ *tenebrarum potestas* nihil aliud est, quàm *regnum tenebrarum*, in quo Diabolus, tanquam rex, imperium in filios iræ obtinet, regnique sui sceptrum in eorum animis gerit. Ita explicat Theodoretus, qui ἐξουσίαν σκότους, τοῦ διαβόλου τὴν δυναστείαν, *Diaboli dominatum*, ab Apostolo vocari dicit. Et Theophylactus ex Chrysostomo ita ad hunc commentatur locum: Τοὺς ὄντας ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ σκότους, τουτέστι τῆς πλάνης, καὶ τῆς τυραννίδος διαβόλου. Καὶ οὐκ εἶπε σκότους ἁπλῶς, ἀλλ', ἐξουσίας. Π[...]ὴν γὰρ ἡμῶν εἶχε

Adveniat regnum tuum.

Aliud DEi, aliud Diaboli regnū.

ἀρχε τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἐκράτει. Χαλεπὸν μὲν γὰρ καὶ τὸ ἁπλῶς εἶναι ὑπὸ τῷ διαβόλῳ· τὸ δὲ μετ' ἐξουσίας, τοῦτο χαλεπώτερον. Οὐκ εἶπε δὲ, ἐξέβαλεν, ἀλλ', ἐῤῥύσατο, δεικνὺς ὅπως αἰχμάλωτοι ἐταλαιπωρούμεθα. *Qui sub potestate tenebrarum erant, hoc est, erroris & tyrannidis diaboli. Nec dixit à* tenebris *simpliciter: sed à* potestate: *multam enim in nos potestatem habebat, ac dominabatur. Nam grave quidem est simpliciter sub diabolo esse: verùm potenter ei subjici, hoc longè est gravius. Non autem dixit,* ejecit, *sed,* eripuit, *ostendens, quòd tanquam captivi in ærumnis detinebamur.* Ob hunc dominatum, diabolus ad Ephes. II. 2. vocatur ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, *princeps, cui potestas est aëris*, & πνεῦμα ἐνεργοῦν ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, *spiritus, qui agit in hominibus contumacibus.* Si Chrysostomum roges, cur Apostolus diabolum vocet ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου; respondebit tibi Homil. IV. in Epist. ad Ephesios, pag. 780: Ἐπειδὰν πᾶσα σχεδὸν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐκείνῳ δέδωκεν ἑαυτὴν, καὶ πάντες αὐτῷ δουλεύουσιν ἑκόντες, καὶ προαιρούμενοι. Καὶ τῷ μὲν Χριστῷ μυρία ἐπαγγελλομένῳ ἀγαθὰ οὐδὲ προσέχει τις· ἐκείνῳ δὲ οὐδὲν ὑπισχνουμένῳ τοιοῦτον, ἀλλ' εἰς γέενναν παραπέμποντι, πάντες ὑπείκουσι. *Quoniam universa penè natura humana seipsam illi tradidit, omnésque illi sponte serviunt & voluntariè. Et Christo quidem infinita promittenti bona nemo attendit: illi verò nihil tali pollicenti, sed ad inferos detrudenti, omnes obtemperant.* Et Theophylactus, pag. 511: Ἄρχοντα vocat Apostolus, διότι αὐτοὶ ἑαυτοὺς οἱ ἄνθρωποι ὑπέθηκαν αὐτῷ, καὶ πλείονες αὐτῷ δουλεύουσιν ἢ τῷ Θεῷ, *quoniam homines ipsi seipsos ei subjecerunt, ac plures ipsi serviunt, quàm Deo.* Oecumenius etiam in hoc Caput, pag. 620: Ἄρχοντά φησιν ἐξουσίας τὸν σατανᾶν, διὰ τὸ τοὺς πολλοὺς ἡμῶν ἑκόντας ἐκδεδωκέναι ἑαυτοὺς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν· οὐ γὰρ ἐκ Θεοῦ, ἀλλ' ἐξ ἡμῶν ἄρχειν κεχειροτόνηται. Principem *vocat* potestatis *Satanam, quoniam multi nostrûm sese potestati ejus sponte tradiderunt: neque enim à Deo, sed à nobis princeps est constitutus.* Hinc idem Oecumenius, in Cap. VI. ad Ephesios, pag. 648. dicit, nos δαίμονας ἑαυτῶν πεποιηκέναι ἄρχοντας, ἑκόντας αὐτοῖς ὑποκλινομένους, *dæmones nostros constituisse principes, quoniam sponte nos illis subjecerimus.* Ob eundem dominatum à Servatore nostro, Joh. XIV. 30. appellatur ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, *princeps hujus mundi:* ubi per κόσμον, ut Anonymus in Catena in Johannem,

pag.

pag. 374. monet, πονηροὶ ἄνθρωποι, *mali homines*, intelliguntur. Οὐ γὰρ, addit idem, οὐρανοῦ ἄρχει καὶ γῆς, ἐπεὶ ἀνέστρεψε (lego, ἀνέτρεψε) πάντα καὶ κατέβαλεν· ἄρχει δὲ τῶν ἑαυτοὺς παραδιδόντων αὐτῷ. *Non enim cœli terræque principatum obtinet, ex quo omnia dejecit atque subvertit: sed imperium tenet in omnes eos, qui se ipsi tradiderunt.* Sic Interpres Corderius, Jesuita: at contra linguæ Græcæ genium, *ex quo omnia*, &c. Cum reddendum sit: *Alioqui enim omnia subvertisset*, &c. Sensus: Siquidem Diabolus cœli terræque Dominus esset, jam olim omnia subvertisset, rerum omnium ordinem pervertisset. Jam demum video, locum ex Theophylacto in Cap. XIV. in Johannem correctiorem sic dari: Ἄρχοντα τοῦτον νόει μοι τοῦ κόσμου, μὴ τοῦ κτίσεως, ἀλλὰ τοῦ χυδαίου λαοῦ, καὶ τὰ τοῦ κόσμου φρονοῦντος· οὐ γὰρ οὐρανοῦ ἄρχει καὶ γῆς, ἐπεὶ τὰ πάντα ἂν ἀνέτρεψε, καὶ συνετάραξεν· ἀλλὰ τῶν ἑαυτοὺς παραδιδόντων αὐτῷ. Cyrillus Alexandr. in eadem Catena, ad Joh. XVI. 11: Ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου κέκληκεν ὁ θεὸς, οὐχ ὡς ὄντα τὸ κατ' ἀλήθειαν, ἀλλ' ὡς ἐξ ἀπάτης καὶ πλεονεξίας τὴν ἐπὶ τούτῳ δόξαν κερδαίνοντα, διὰ τὴν μοχθηροτάτην ταύτην προαίρεσιν τῶν αὐτὸν δεχομένων. *Principem hujus seculi vocavit DEus* diabolum, *non quod revera sit, sed quia per deceptionem atque rapinam hanc gloriam acquisivit, propter sceleratissimam eorum vitam, qui eum receperunt.* Optimè proinde Augustinus, tract. LII. in Johannem: *Absit autem, ut diabolum* mundi principem *ita dictum existimemus, ut eum cælo & terræ dominari posse credamus, sed* mundus *appellatur in malis hominibus, qui toto terrarum orbe diffusi sunt — Sic ergo dictus est* princeps hujus mundi, *id est, malorum omnium, qui habitant in mundo. Mundi* vocabulo in Scriptura sacra satis frequenter *homines reprobos, non regeneratos & infideles* designari, certum est. Vide Joh. I. 10. VII. 7. XII. 31. & alibi. Augustinus. Tract. II. in Joh. *Amando mundum, dicti sunt* mundus; *ipsi enim corde habitant in mundo: nam qui non diligunt mundum, carne versantur in mundo, sed corde inhabitant cælum. Sic, per malam domum,* inhabitantes malos; *per bonam domum,* inhabitantes bonos *intelligimus.* Ita Chrysost. Hom. VIII. in Joh. ad Joh. I. 10: Ἐνταῦθα τὸν κόσμον τὸ πλῆθός φησι τὸ διεφθαρμένον, καὶ τοῖς γηΐνοις προσλετηκὸς πράγμασι, τὸν χυδαῖον καὶ ταραχώδη, καὶ ἀνόητον λαόν. *Hoc loco* mundum *appellat corruptam multitudinem,*

Κόσμος *aliquando impios notat.*

& re-

& rebus terrenis addictam, confusum, tumultuosum & stultum populum. Et paulò pòst: Ὁ κόσμος, τουτέστιν, οἱ τῷ κοσμικῷ μόνῳ προσηλωμένοι, καὶ τὰ τοῦ κόσμου φρονοῦντες ἄνθρωποι. Mundus, *id est, qui soli mundo affixi sunt, & ea, quæ mundi sunt, sapiunt.* Ammonius, Catenâ in Cap. I. Joh. pag. 25: Ὧδε κόσμον λέγει τοὺς τὰ τοῦ κόσμου φρονοῦντας, καὶ αὐτῷ προσηλωμένους. Mundum *hic vocat eos, qui ea quæ mundi sunt sapiunt, illique affixi sunt.* Cyrillus Alex. lib. IV. Cap. V. in Joh. pag. 401. ad Joh. XV. 19: Κόσμον ἐν τούτοις οὐ τὴν ὁρωμένην κτίσιν ἀποκαλεῖ, μᾶλλον δὲ τοὺς φρονοῦντας τὰ ἐν κόσμῳ. Mundum *hîc non visibilem vocat creaturam, sed potiùs mundana sapientes* homines. Idem, lib. X. in Joh. ad v. 8. Cap. XVI. pag. 921: Σημαίνει ἡ τοῦ κόσμου προσηγορία τὸν ταῖς φιληδονίαις ἀκαταλήκτως ἐγκαλινδούμενον, καὶ τῆς διαβολικῆς βδελυρίας οὐκ ἐξιστάμενον. *Vocabulum* mundi *denotat eum, qui in voluptatibus indesinenter volutatur, nec unquam à diabolicis abominationibus recedit.* Princeps ille mundi, de cujus hîc regno agimus; ut eò revertamur; ob illum ipsum dominatum, ob potestatem, quam in filios tenebrarum, τοὺς οὐκ εἰδότας φρονεῖν τὰ δοκοῦντα θεῷ, προσηλωθέντας δὲ κοσμικαῖς ἡδοναῖς, *qui nesciunt ea sapere, quæ Deo placent, sed terrenis voluptatibus toti sunt dediti*, ut loquitur Cyrillus Alex. ad v. 20. Cap. XVI. Joh. pag. 934. exercet, varia sortitus est nomina. Vocatur à Greg. Nysseno, tr. II. in Psalm. Cap. XVI. t. I. p. 363. πατὴρ τοῦ θανάτου, καὶ βασιλεὺς τῆς κακίας, *Pater, seu auctor mortis, & rex malitiæ:* ab eodem, Orat. in Stephanum, tom. III. pag. 354. πονηρὸς ἀντίπαλος τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, *improbus humanæ vitæ adversarius:* à Greg. Nazianzeno, Orat. IX. τύραννος, πικρὸς τῶν ψυχῶν διώκτης, ἀόρατος ἐχθρὸς καὶ πολέμιος, *tyrannus, truculentus animarum persecutor, invisibilis adversarius & hostis:* & Orat. XVI. τῶν ψυχῶν λῃστὴς καὶ τύραννος, *animarum latro & tyrannus.*

Regnum Dei triplex. Ad *regnum Dei*, de quo præsens agit Petitio, properamus. Triplex *regnum* Deo tribuitur, *Potentiæ, Gratiæ, & Gloriæ.* Atque de his speciebus hanc Petionem commodè accipi posse existimamus. Ordine omnes ponderemus.

1. Regnum potentiæ. I. *Regnum potentiæ*, aliâs *Providentiæ* & *universale regnum*, quo DEus omnes omnino creaturas in cœlo, in terra, apud

inferos

inferos etiam sibi subjectas habet. Jam quidem advenit hoc regnum, si in se consideretur: nihilominus oramus, ut adveniat, quatenus petimus, ut Deus magis ac magis operibus suis manifestet, se revera imperium in res universas obtinere; quomodo etiam Apocal. XIX. 6. Deus dicitur *βασιλεῦσαι, inivisse regnum, damnata meretrice*, id est, ut observat Beza, sese regem esse, re ipsa declarâsse, cùm antea videretur quodammodo latere ejus potentia. Hoc regnum Chrysost. in Ps. XLVII. vocat βασιλείαν κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον. Quid verò sit, explicat idem Homil. XXXIX. in I. Epist. ad Corinthios: Βασιλεύει ὁ Θεὸς πάντων, καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ἰουδαίων καὶ δαιμόνων, καὶ τῶν ἀντιτασσομένων, κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον. *Deus imperium exercet in omnes, & Græcos, & Judæos, & dæmones, & eos, qui sese opponunt, respectu creationis.* Eadem ex Chrysostomo adducit Theophylactus ad v. 24. Cap. XV. Epist. I. ad Corinth. De hoc Dei regnò ad omnia sese extendente etiam Clemens Alex. Strom. I. pag. 296: Ἡ ἀκόλουθος Χριστῷ διδασκαλία, καὶ τὸν δημιουργὸν ἐκθειάζει, καὶ τὴν πρόνοιαν μέχρι τῶν κατὰ μέρος ἄγει. *Christo consentanea doctrina, & opificem Deum esse asserit, & providentiam ad singularia usque deducit.* Greg. Nazianzenus Orat. XV. pag. 227: Ὥσπερ ὑπέστη τὸ πᾶν, καὶ ἐπάγη καὶ συνεδέθη καὶ ἐκινήθη κοσμίως, ὡς μόνῳ τῷ κινήσαντι γνώριμον· οὕτω καὶ μεταπίπτει καὶ μεταπίθεται, προνοίας χαλινοῖς ὁδηγούμενον. *Ut universa hæc rerum moles ratione atque ordine primùm creata, atque concinnè & ornatè temperata, & colligata & mota est, velut is solus novit, qui motum attulit: sic etiam providentiæ freno eam ducente, in diversum movetur, & collocatur.* Didymus, Catenâ in Jobum, Cap. VI. pag. 200: Πᾶν, κἂν μικρὸν, κἂν μέγα ᾖ, τὸ ἐν τῷ βίῳ, ὑπὸ πρόνοιάν ἐστιν. *Omnia, sive parva, sive magna sint, in hac vita providentiæ sunt subjecta.* Eusebius, Præparat. Evang. lib. VII. Cap. XIII. pag. 187. dicit, Hebræorum docere Theologiam, τὸν σύμπαντα κόσμον ὑπὸ τοῦ συστησαμένου πατρὸς οὐχ ὡς ὀρφανὸν καταλελεῖφθαι, ἀλλ' εἰς τὸ ἀεὶ ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας αὐτὸν διοικεῖσθαι, ὡς μὴ μόνον δημιουργὸν εἶναι τῶν ὅλων καὶ ποιητὴν τὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ σωτῆρα, καὶ διοικητὴν καὶ βασιλέα, καὶ ἡγεμόνα, ἡλίῳ αὐτῷ, καὶ σελήνῃ, καὶ ἄστροις, καὶ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ τε καὶ κόσμῳ δι' αἰῶνος ἐπιστατοῦντα, μεγάλῳ τε ὀφθαλμῷ, καὶ ἐνθέῳ δυνάμει πάντα ἐφορῶντα, καὶ τοῖς πᾶσιν οὐρανίοις τε καὶ ἐπιγείοις ἐπιπαρόντα

ῥόντα, καὶ τὰ πάντα ἐν κόσμῳ διατάττοντά τε καὶ διοικοῦντα, *universum mundum à Patre, qui eum creavit, non orphani instar fuisse derelictum, sed eum à providentia divina semper regi & gubernari, ita ut Deus universorum non tantùm sit creator & factor, sed etiam conservator, & gubernator, & rex, & rector, qui ipsi soli, & lunæ, & astris, & universo cœlo atque terræ semper præsit, magnóque oculo, & divinâ potentiâ omnia observet, omnibúsque & cælestibus & terrenis adsit, omnia etiam in mundo ordinet atque administret.* Chrysostomus tandem, ut infinita alia transeamus, Hom. XL. tom V. p. 270: Θεὸς οὐ μόνον παρήγαγε τὴν κτίσιν, ἀλλὰ καὶ παραχθεῖσαν αὐτὴν συγκροτεῖ, κἂν ἀγγέλους εἴπῃς, κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν τὰς ἄνω δυνάμεις, κἂν πάντα ἁπλῶς τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, τῆς προνοίας ἀπολαύει τῆς ἐκείνου. *Deus res creatas non tantùm produxit, sed etiam productas continet: sive Angelos dicas, sive Archangelos, sive supernas potestates, sive omnia omnino visibilia & invisibilia, providentia ejus fruuntur.* Συγκροτεῖ reddimus *continet*, non quòd eam habeat significationem, sed quia legendum συγκρατεῖ. Patet ex ejusdem Chrysostomi loco prorsus simili, qui Cap. II. πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας ita habet: Αὐτὸς (Θεὸς) δημιουργὸς, αὐτὰ οὐκ ὄντα παρήγαγε, καὶ αὐτὸς παραχθέντα διακρατεῖ καὶ διατηρεῖ ὡς βούλεται — Αὐτὸς καὶ δημιουργὸς καὶ διακρατῶν καὶ συνέχων τὰ πάντα. *Ipse (Deus) creator, ea, cum non essent, produxit, & producta continet & conservat ut vult — Ipse creator est, & omnia conservat atque continet.* Συγκρατέω & διακρατέω eandem habent significationem. Novum non est, συγκροτέω pro συγκρατέω poni. Error in editis Chrysostomi libris satis frequens, ac proinde observandus. Videamus unum & alterum exemplum, ne Lector rem vocare possit in dubium. Homil. II. de statuis, pag. 469. rogat. Chrysost. *Cur Deus quidem* τὰ μείζονα καὶ ἀναγκαιότερα, καὶ τὴν ζωὴν ἡμῶν συνέχοντα, *majora & magis necessaria, vitámque nostram continentia,* κοινὰ, *communia fecerit,* τὰ δὲ ἐλάττονα καὶ εὐτελέστερα, τὰ χρήματα, *minora verò, & quæ viliora sunt, opes nempe, non fecerit* κοινὰ, *communes?* & respondet, id propterea factum esse, ἵνα συγκρατῆται ἡμῶν ἡ ζωὴ, *ut nostra conservetur vita.* Legendum esse συγκρατῆται, ex præcedenti συνέχοντα manifestissimum est. Idem, in Psal. L. tom. I. pag. 680: Ἅπαντα ταῦτα καὶ τὰ σώματα τρέφει καὶ συγκρατεῖ. *Hæc omnia corpora nutriunt & con-*

Συγκροτέω *malè pro* συγκρατέω *ponitur.*

conservant, συγκρατεῖ. Idem Homil. XLV. tom. V. pag. 299. dicit *charitatem* συγκροτεῖν (συγκρατεῖν) καὶ συσφίγγειν τὴν ζωὴν τὴν ἡμετέραν, *conservare & continere vitam nostram*. Et Catenâ in Cap. 1. Johannis, pag. 17: Κἂν μυρίους δέῃ γενέσθαι κόσμους τοιούτους, κἂν ἀπείρους, ὁ αὐτὸς μένει, πᾶσιν ἀρκῶν, οὐ πρὸς τὸ παραγαγεῖν αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ συγκροτῆσαι μετὰ τὴν δημιουργίαν αὐτούς. Interpres: *Tametsi mille, imò infinitos hujusmodi mundos creare oporteret, idem*, np. DEus, *maneret, omnibus sufficeret, non solùm iis producendis, verùm etiam post creationem adornandis ac gubernandis* Imò verò συγκρατῆσαι, & Latinè, *conservandis*. Etiam apud Synesium hoc σφάλμα deprehendas. Dicit περὶ Βασιλείας, p. 11: Ταῖς αὐτῶν παρασκευαῖς ἕκαστον αὔξεται καὶ συγκροτεῖται. *Iisdem rationibus unum quodque augetur & conservatur*. Συγκρατεῖται, quemadmodum ad marginem exemplaris mei alios etiam legisse testatur manu sua Nicolaus quidam Valla, qui anno XCIX. superioris seculi Synesium studiosè legit, & ad eundem varia notavit. Sed de hoc errore videatur Cl. Rittershusius, Lect. sacr. lib. III. cap. XIV.

Hujus *potentiæ*, seu *universalis regni* respectu, Deus vocatur I. ad Tim. VI. 15. ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, *Rex regum*; βασιλεὺς μέγας, *Rex magnus*, Matth. V. 35. Vide etiam II. Maccab. XIII. 4. In Græco Psal. CIII. 19: Ἡ βασιλεία αὐτοῦ πάντων δεσπόζει, *regnum ejus omnibus dominatur*. Philo de Deo loquens, in Decalogi expositione, Βασιλεὺς τῶν βασιλέων, καὶ Θεὸς Θεῶν. *Rex regum, & DEus deorum*. Vocatur Κύριος κυρίων, *Dominus dominorum*, Apocal. XIX. 16. Theophilus lib. I. ad Autolycum, pag. 245: Θεὸς Κύριός ἐστι, διὰ τὸ κυριεύειν αὐτὸν τῶν ὅλων. *DEus Dominus est, quia omnibus dominatur*. In Appendice ad Typicum Sabæ, pag. 139: Κύριος λέγεται, ὅτι κυριεύει πάσης τῆς γῆς, καὶ πάσης ἀναπνοῆς, ἤγουν πάσης τῆς κτίσεως, οὗ ἡ κυρεία ἀπέραντος. Dominus *dicitur, quia universa terra dominatur, & omni respiranti, sive omni creatura, cujus potestas infinita est*.

Impii ergo sunt, qui hoc DEi regnum negant, atque cum impuris ex Epicuri grege porcis, eò proruunt audaciæ, ut ἀθυρόστομον στόμα ad blasphemas has voces solvere non vereantur, DEum περιορᾶν τὴν κτίσιν, οἱονεί τι σκάφος ἀνερμάτιστόν τι καὶ ἀκυβέρνητον

Ee ὑπὸ

ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀνέμων τῇδε κἀκεῖσε περιπόμενον, καὶ σκοπέλοις καὶ βράχεσι περιρρηγνύμενον, *creaturam negligere, velut cymbam aliquam sine clavo & gubernatore à contrariis ventis huc illuc impulsam, scopulisque & rupibus illisam*; ut de hominibus atheis scribit Theodoretus in Epit. div. Decret. Cap. X. quod est de Providentia. Non est κίνησίς τις τοῦ παντὸς ἄτακτος καὶ ἀνώμαλος, καὶ ἀκυβέρνητος φορά τε καὶ ἀλογία, ὡς οὐδενὸς τοῦ ὄντος ἐπιστατοῦντος, *inordinatus quidam & praeposterus, ac gubernationis omnis expers Universitatis motus, quasi videlicet nemo sit, qui rebus moderandis praesit*, ut Greg. Nazianzenus, Orat. XV. pag. 227. placere dicit τοῖς ἀσόφως σοφοῖς, καὶ τοῖς εἰκῇ φερομένοις ὑπὸ τοῦ ἀπορίας καὶ σκότους πνεύματος. *stultè sapientibus, & iis, qui à praecipiti & tenebroso spiritu feruntur.*

2. *Regnum gratiae.* II. *Regnum gratiae.* Hoc regnum, est regimen Christi super Ecclesiam suam, quo per Verbum & Spiritum suum homines ad verbi sui obsequium flectit. Jam quidem ex parte venit hoc regnum, quatenus DEus regeneravit nos per Spiritum suum, ut inchoëmus obedientiam. Sed nondum plenè advenit, quatenus nimirum reliquiae peccati nobis adhuc inhaerent; atque adeò, quatenus nondum perfecta est regeneratio nostra, in qua majores in dies progressus facere debemus, donec tandem perfectionem ejus adipiscamur in coelis, ut ex Bernhardo docet Cl. Ravanellus. Dicit nimirum, lib. de grat. & lib. arbitrio: *Et hoc est, quod quotidie petimus in oratione, cùm dicimus Deo:* Adveniat regnum tuum, *regnum hoc necdum ex toto pervenit in nos, quotidie tamen paulatim adventat sensimque in dies magis ac magis dilatat terminos suos*, &c. Legantur, quae ibidem sequuntur. Merentur: doctrinam enim orthodoxam de Regenerationis in hac vita imperfectione confirmant, illustrant. Nos autem regenerationis incrementum, adeòque ab hostibus spiritualibus, & à peccatis liberationem petere, clarè & eleganter docet Chrys. Hom. CIX. tom. V. p. 707: Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Τί γάρ; Οὐκ ἔστι βασιλεὺς ὁ θεός, ἀλλὰ μέλλει ἔρχεσθαι ἡ βασιλεία αὐτοῦ; Ναὶ βασιλεύς ἐστι πάντων· ἀλλ' ὥσπερ πόλις κυκλωθεῖσα ὑπὸ ἐχθρῶν, ζητεῖ ἐλθεῖν τὴν δύναμιν τοῦ βασιλέως, καὶ ἐξελέσθαι αὐτήν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς κυκλωθέντες ὑπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων, καὶ ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ πονηρῶν λογισμῶν, ζητοῦμεν ἐλθεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἐξελέ-

σθαι

σῃ ἡμᾶς. Adveniat regnum tuum. *Quid? An ergo DEus non est rex, quia regnum ejus adveniet? Omnino rex est omnium: verùm, quemadmodum urbs ab hostibus obsessa, adventum regiarum desiderat copiarum, ut liberetur: ita etiam nos circumdati à potestatibus contrariis, à peccatis & pravis cogitationibus nostris, petimus, ut Dei regnum veniat, atque nos liberet.* Iisdem ferè verbis rem explicat Germanus, Archiep. Constant. in Theoria Eccles. pag. 174. Ἀληθῶς βασιλεὺς γῆς, ὁρατῶν καὶ ἀοράτων· ἀλλ᾽ ὥσπερ πόλις κυκλωθεῖσα ὑπὸ ἐχθρῶν, ζητεῖ τὴν βασιλέως βοήθειαν· οὕτω καὶ ἡμεῖς κυκλωθέντες ὑπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων καὶ τῶν ἁμαρτιῶν, ζητοῦμεν παρ᾽ αὐτοῦ βοήθειαν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς. Deus *verè Rex terræ, visibilium & invisibilium: sed quemadmodum civitas circumdata ab hostibus, requirit à rege auxilium: ita & nos circumdati ab adversariis potestatibus & peccatis, petimus ab eo auxilium, ut nos liberet.* In eandem sententiam scribit idem Chrysost. Homil. XXX. tom. V. pag. 186: Ἐδιδάχθημεν λέγειν· Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Τυραννούμενοι γὰρ ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος παθημάτων, καὶ μυρίας πειρασμῶν δεχόμενοι προσβολὰς, τῆς τοῦ Θεοῦ χρήζομεν βασιλείας, ἵνα μὴ βασιλεύσῃ ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ σώματι ἡμῶν εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ· μηδὲ παριστάνωμεν τὰ μέλη ἡμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλ᾽ ἵνα παριστάνωμεν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ, καὶ στρατευώμεθα τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων. *Docti sumus dicere,* Adveniat regnum tuum: *ab affectibus enim corporis vexati, & varios tentationum impetus experti, regno Dei egemus, ne regnet peccatum in mortali corpore nostro, ut auscultemus ei in cupiditatibus ejus: neque sistamus membra nostra arma injustitiæ peccato, sed ut sistamus arma justitiæ Deo, & sub rege seculorum militemus.* De hoc regno etiam intelligenda verba Chrysostomi, Hom. XXIII. in Genesin: Ἡ ἀληθινὴ βασιλεία αὕτη ἐστὶ, τὸ δυνηθῆναι ἡμᾶς διὰ τῆς ἀρίστης πολιτείας εὐμενῆ καὶ ἵλεω καταστῆσαι ἑαυτοῖς τὸν Δεσπότην. *Hoc verum est regnum, si possimus optimâ vivendi ratione propitium atque benignum nobis reddere Dominum.* Eodem sensu Theophylactus ad Matth. III. 2. dicit Johannem Baptistam βασιλείαν οὐρανῶν vocare, præter alia, τὴν ἐνάρετον ζωὴν, *vitam virtutibus præditam:* & subjicit rationem, ὅταν γὰρ ἐπὶ γῆς βαδίζοντες, ὡς ἐν οὐρανῷ πολιτευώμεθα, μὴ ἐμπαθῶς ζῶντες, βασιλείαν ἔχομεν οὐρανῶν: *quando enim in terra ambulamus, quasi in cælo degentes absque affectionibus, regnum*

habemus cœlorum. Nec minùs eleganter idem in Cap.I. Marci, ad verba Christi v.15. Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, scribit: Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἡ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτεία πάρεστι, *regnum Dei, vita evangelica adest.* Interroganti, cur *regnum Dei* vocetur *vita Evangelio digna?* respondet: Ἡ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτεία εἰκότως παρεικάζεται τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. *Vita evangelica meritò regno cœlorum confertur.* Ratio: Ὅταν γὰρ ἴδῃς ὡς ἄσαρκον μικροῦ πολιτευόμενον τινὰ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον βιοῦντα, ἆρα οὐκ ἂν εἴποις ὅτι οὗτος τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν (ὅτι οὐκ ἔστι βρῶσις ἢ πόσις) ἤδη ἔχει, κἂν μακρὰν εἶναι δοκῇ. *Nam si quempiam videris quasi absque carne vivere vitam Evangelicam, ánnon diceres, eum regnum cœlorum jam habere, eò quòd non sit in illo cibus & potus, etiamsi longè abesse videatur?*

Hoc regnū dicitur οἰκειώσεως βασιλεία, *& cur.*

Jam, cùm vita sancta, vel, ut loquitur Nyssenus, Homil. XIII. in Canticum, tom.I. pag. 660, ὁ καθαρὸς λογισμὸς, ὁ πᾶσαν ἐμπαθῆ διάθεσιν τῆς ψυχῆς ἐξορίζων, τῷ Θεῷ οἰκειοῦν, *ratiocinatio pura, quæ omnem vitiosam animi affectionem velut eliminat, cum Deo conjungere* soleat: cum πάντες μὲν ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ, κυρίως δὲ οἱ δίκαιοι, οὐ κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς οἰκειώσεως, *omnes quidem* homines Dei *sint, propriè verò justi, non solùm creationis ratione, sed etiam familiaritatis, vel conjunctionis respectu*, ut scribit Chrysost. Homil. XVII. in I. ad Timoth. ad v.11. Cap. VI. & ex eo Theophylactus ad eundem locum, pag. 791: hoc regnum convenientissimè à Chrysostomo in Psal. XLVII. ἡ τῆς οἰκειώσεως βασιλεία, *regnum conjunctionis* sc. cum Deo, vocatur: nimirum, quia Deus, ut explicat idem Chrysost. Hom. XXXIX. in I. ad Corinthios, βασιλεύει τῶν πιστῶν, καὶ ἑκόντων καὶ ὑποτεταγμένων, κατὰ τὸν τῆς οἰκειώσεως λόγον, *omnibus fidelibus dominatur, qui sua sponte subjecti sunt, ratione conjunctionis.* Quanta verò ex hac οἰκειώσει ad omnes eos redundent bona, qui in hoc regno vivunt, quis fando exprimat? Sunt υἱοὶ Ἀδὰμ τοῦ ἐπουρανίου, τέκνα πνεύματος ἁγίου, ἀδελφοὶ Χριστοῦ φωτεινοὶ, ὅμοιοι τῷ πατρὶ αὐτῶν Ἀδὰμ τῷ πνευματικῷ καὶ φωτεινῷ ἐκείνης τῆς πόλεως, *filii cœlestis Adami, liberi Spiritus sancti, fratres Christi splendidi, similes Patri suo Adam spirituali & lucido illius civitatis:* verba sunt Macarii, Homil. XVI. pag. 248. Sunt μέγας κλῆρος, τὸ πατρῷον καλλώπισμα, οἱ ἐπώνυμοι τοῦ Χριστοῦ, τὸ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκλάμψαν ἔθνος, τὸ βασίλειον ἱεράτευμα, *magna illa hæreditas ac*

patrium

patrium decus & ornamentum, qui à Christo nomen habent, gens illa toto passim orbe lucens, regale sacerdotium: Greg. Nazianz. Orat III. pag. 63.

Eorum respectu Christus vocatur ἄμπελος: nempe, ut Greg. Nyssenus, Orat. III. contra Eunom. tom. II. pag. 526. habet, οὐκ ἂν ἄμπελος ὠνομάσθη ὁ Κύριος, εἰ μὴ τῆς φυτείας χάριν τῶν ἐν αὐτῷ ῥιζουμένων, *nunquam vitis nominatus esset Dominus, nisi plantationis caussâ eorum, qui in ipso radicantur.* Est ὁ παράδεισος ὁ πνευματικός, εἰς ὃν καταφυτευόμεθα, μεταπεθέντες καὶ μεταμορφωθέντες εἰς τὴν γῆν ἀγαθήν, ἐκ τοῦ βίου παλαιοῦ, *hortus spiritalis, in quem implantamur, transpositi & transformati in terram bonam ex vita veteri*: Clem. Alex. Strom. VI. pag. 617. Est subditorum in hoc regno φῶς, ὅτι ἐξαφανίζει τῆς ἀγνοίας τὸν ζόφον· ζωή, ὅτι τὴν ἀθανασίαν χαρίζεται· ὁδός, ὅτι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀπὸ τῆς πλάνης χειραγωγεῖ, *lux, quia ignorantiæ caliginem discutit: vita, quia immortalitatem largitur: via, quia ab errore ad veritatem quasi manu ducit*, juxta Greg. Nyssenum, Orat. X. contra Eunom. tom. II. pag. 673. Est eorum Ἰατρός, ἐπειδὴ οὐράνιον καὶ θεϊκὸν φάρμακον δίδωσι, καὶ ἰᾶται τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, *medicus, quia cœlestem & divinam medicinam præbet, animæque affectiones sanat*: Macarius Homil. XXVI. pag. 360. Infinita alia, quæ vel maximè huc facerent, possent afferri, sed nolumus nimiâ verborum copiâ Lectoris animum fatigare. Interim à nobis nequaquam impetrare possumus, ut χρυσορρήμονος Johannis Constantinop. verè aurea omittamus verba, quibus immensa illa beneficia, quæ ex οἰκειώσει nostra cum Christo, capite & cœlesti rege nostro, in nos, tanquam membra & subditos ejus, torrentis instar, redundant. Ita ergo ille Hom. VIII. in I. ad Corinthios, p. 294: Αὐτὸς ἡ κεφαλή, ἡμεῖς τὸ σῶμα· μὴ δύναται μέσον τι εἶναι κεφαλῆς καὶ σώματος διάστημα; Αὐτὸς θεμέλιος, ἡμεῖς οἰκοδομή· αὐτὸς ἄμπελος, ἡμεῖς κλήματα· αὐτὸς ὁ νυμφίος, ἡμεῖς ἡ νύμφη· αὐτὸς ὁ ποιμήν, ἡμεῖς τὰ πρόβατα· ὁδὸς ἐκεῖνος, ἡμεῖς οἱ βαδίζοντες· ναὸς πάλιν ἡμεῖς, αὐτὸς ἔνοικος· αὐτὸς ὁ πρωτότοκος, ἡμεῖς οἱ ἀδελφοί· αὐτὸς ὁ κληρονόμος, ἡμεῖς οἱ συγκληρονόμοι· αὐτὸς ἡ ζωή, ἡμεῖς οἱ ζῶντες· αὐτὸς ἡ ἀνάστασις, ἡμεῖς οἱ ἀνιστάμενοι· αὐτὸς τὸ φῶς, ἡμεῖς οἱ φωτιζόμενοι. Ταῦτα πάντα ἕνωσιν ἐμφαίνει, καὶ οὐδὲν μέσον κενὸν ἀφίησιν εἶναι, οὐδὲ τὸ μικρότατον. *Ipse*, np. Christus, *est caput, nos cor-*

 pus:

pus: num inter caput & corpus aliquod interjectum esse potest intervallum? Ipse fundamentum est, nos ædificium: ipse vitis est, nos palmites: ipse sponsus est, nos sponsa: ipse pastor est, nos oves: ipse via est, nos viatores: iterum nos templum sumus, ipse incola: ipse primogenitus, nos fratres: ipse hæres, nos cohæredes: ipse vita est, nos viventes: ipse resurrectio est, nos resurgentes: ipse lumen, nos illuminati. Hæc omnia unionem denotant, nec quidquam interjectum seu medium esse sinunt, ne minimum quidem. En commoda, quæ ab hoc Rege ad te derivantur. Id interim nunquam neque ex animo, neque ex memoria tua excidat, quod Germanus Constantinopol. in Theor. Eccles. pag. 174. paucis quidem, sed gravibus tibi verbis inculcat: Τὸν βασιλέα καλεῖς; γένε ὡς πνευματικὸς στρατιώτης, ἵνα ἀρέσῃς τῷ βασιλεῖ τῷ στρατολογήσαντί σε. *Regem vocas*, sc. Deum? *Esto ut spiritualis miles, ut ei placeas, à quo delectus es miles:* illud etiam Theophylacti in Cap. XV. Marci, pag. 283: Χριστιανοὶ λεγόμεθα, τουτέστι, κεχρισμένοι καὶ αὐτοὶ ὥσπερ τότε οἱ βασιλεῖς ἐλέγοντο χριστοί. Ἔστω οὖν ὁ βίος ἡμῶν μὴ δουλικὸς καὶ ἀγενὴς, ἀλλὰ βασιλικὸς καὶ ἐλεύθερος. *Christiani dicimur, hoc est, uncti & ipsi, sicut tunc reges dicebantur uncti. Sit igitur vita nostra non servilis & illiberalis, sed regalis ac libera.*

3. Regnum gloriæ.

III. *Regnum gloriæ*, quod notat gloriosum ac beatum electorum post hanc vitam statum, cùm Deus erit omnia in omnibus; atque adeò vitam æternam, quâ electi in cœlis fruentur. Præcipit ergo nobis Christus, ut petamus cœlestem gloriam citò advenire: quod II. Petri III. 12. dicitur σπεύδειν τὴν παρουσίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἡμέρας: Paulus II. Tim. IV. 8. dicit τὴν τοῦ Κυρίου ἐπιφάνειαν ἀγαπᾶν: & Rom. VIII. 19. Τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ μετὰ ἀποκαραδοκίας ἀπεκδέχεσθαι. Atque ita multi ex veteribus hanc petitionem interpretati sunt. Chrysost. Homil. XXX. Tom. V. pag. 186: Διδασκόμεθα, μὴ σφόδρα τῷ παρόντι βίῳ προσεληλυθέναι, ἀλλὰ καταφρονεῖν μὲν τῶν παρόντων, ἐπιθυμεῖν δὲ τῶν μελλόντων ὡς μενόντων, καὶ τὴν βασιλείαν ἐκείνην ζητεῖν, τὴν οὐράνιον καὶ αἰώνιον, καὶ τοῖς ἐνταῦθα τερπνοῖς μὴ κατέχεσθαι — ἀλλὰ πᾶσι τούτοις ἐρρῶσθαι φράσαντες, τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀδιαλείπτως ὀρέγεσθαι. *Docemur*, nempe petitione hac secundâ, *præsenti vitæ non nimiùm adhærere, sed præsentia quidem despicere, ventura verò, tanquam manentia, appetere, atque illud regnum*

qua-

quærere, cœleste & æternum, nec hujus vitæ delectamentis teneri—sed his omnibus valedicere, Deique regnum sine intermissione appetere. Eodem modo vitam æternam intelligit Homil. XIX. in Matth. ad hanc ipsam petitionem, pag. 138. Et Theophylactus in Cap. VI. Matth. pag. 35: Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Τουτέστιν, ἡ δευτέρα παρουσία· ὁ γὰρ συνειδὸς ἔχων πεπαῤῥησιασμένον, εὔχεται ἐλθεῖν τὴν ἀνάστασιν καὶ τὴν κρίσιν. Adveniat regnum tuum. *Id est, secundus adventus: nam bonâ fretus conscientiâ, precatur ut veniat resurrectio & judicium.* Et in Cap. XI. Lucæ pag. 390: Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· ὁ μὲν ἁμαρτωλὸς ἀπεύχεται τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, μὴ βουλόμενος ταύτην ἐλθεῖν, διὰ τὰ ἐκεῖ δικαιωτήρια· ὁ δὲ δίκαιος τοὐναντίον τάχιον αὐτὴν ἐλθεῖν εὔχεται, ὡς ἂν ἀπαλλαγεὶς τῶν ἐνταῦθα πειρατηρίων, ἀναπαύσηται. Adveniat regnum tuum. *Malus deprecatur regnum Dei, nolens illud venire propter judicia quæ illic erunt: justus vero orat, ut citò veniat, quò à tentationibus, quæ hîc sunt, liberatus, quiescat.* Ita Chrysostomus, Homil. X. in Matthæum, docet Matth. III. 2. per βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, *Christi* παρουσίαν τήν τε προτέραν, καὶ τὴν ἐσχάτην, *adventum & priorem & ultimum* intelligi: & Homil. XIX. in Matt. dicit Matth. VI. 33. notari ζωὴν αἰώνιον. Theophylactus, τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν, *fruitionem bonorum.* Nec hîc omittenda illa D. Augustini in Psal. XIX: *Facis tribulationes, ad inflammandos animos nostros desiderio adventûs tui.* Nec illa ejusdem in Psal. LV: *Cùm apparuerit Filius hominis in cœlo, tunc securi erunt omnes sancti: illud enim veniet, quod sperabant, quod desiderabant, quod ut veniret orabant.* Hujus etiam sunt loci ista Tertull. Apolog. Cap. XLI. de Christianis loquentis, *Nihil nostra refert in hoc ævo, nisi de eo quàm celeriter excedere.*

Meritò autem hujus regni, regni gloriæ adventum omnibus votis expetimus, urgemus, summopere desideramus. Quid enim præsens vita? Est πολυστένακτός τις καὶ ἔμφθαρτος ζωή, *gemebunda, gemitibus & suspiriis plena, & corruptioni obnoxia vita.* Ita vocatur in Quæst. & Resp. ad Græcos, apud Justinum M. Est παροικία, ἐν αὐτῇ γὰρ παροικοῦμεν, οὐ κατοικοῦμεν, *commoratio, in ea enim commoramur, non habitamus,* inquit Theodoret. in Psal. LV. Vide I. Petri II. 11. & Cap. I. 17. Optimè hoc nomine venit. Παροικία enim; ut docet Basil. M. in Psal. XIV. pag. 149; ἐστὶ διαγωγὴ πρόσκαι-

Hujus regni adventus petendus: 1. Propter vitæ præsentis miserias.

πρόσκαι-

πρόσκαιρος, οὐχ ἱδρυμένην ζωὴν, ἀλλὰ παροδικὴν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταστάσεως ἀποφαίνουσα, *est habitatio temporaria, vitam nobis re ipsa subindicans non stabilitam, non constantem, sed transitoriam, ob spem hinc ad alteram tantò meliorem emigrandi.* Præsens vita est δεσμωτήριον, στάδιον, προχάραγμα, καὶ σκίασμα, *carcer, stadium, præsignatio & adumbratio:* Greg. Nazianz. Orat. XVII. p. 271. Notabis, eleganter hanc vitam futuræ vitæ προχάραγμα & σκίασμα vocari, quòd non plena & perfecta sit, sed veluti rudis & imperfecta. Προχαράττειν dicuntur sculptores, quemadmodum & σκιαγραφεῖν pictores, quando primum operi manum admovent, & lineari pictura umbratilique aliquid fingunt. Est instar umbræ εὐμετάστατος ἡ ζωὴ ἡμῶν, καὶ εὐπεριάγωγος, *facilè de statu suo movetur vita nostra, & huc illuc inflectitur:* Olympiod. in Cap. VI. Jobi pag. 198. Ὕπνος ὁ παρὼν βίος, καὶ ὀνειράτων οὐδὲν τὰ ἐν αὐτῷ διενήνοχε. *Somnus præsens vita est, & quæ in ea sunt à somniis nihil differunt:* Chrysost. Homil. XXIV. in Epist. ad Romanos. Idem Homil. XV. in I. ad Timotheum: Σκηνή τις ὁ βίος, καὶ ὄναρ. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς σκηνῆς τῆς σκηνῆς παρενεχθείσης αἱ ποικιλίαι διαλύονται, καὶ τὰ ὀνείρατα, τῆς ἀκτῖνος φανείσης, πάντα ἀφίπταται· οὕτω καὶ νῦν τῆς συντελείας γινομένης, καὶ τῆς κοινῆς, καὶ τῆς ἑνὸς ἑκάστου, πάντα λύεται καὶ ἀφανίζεται. *Scena quædam præsens vita est, ac somnium. Quemadmodum enim in scena sublato velamine, varietates istæ solvuntur, & somnia, ubi solis illuxit radius, avolant omnia: ita etiam nunc consummatione propinqua, & omnium, & singulorum, omnia solvuntur atque evanescunt.* Nec inconstans tantùm & momentanea præsens vita, sed etiam, Euripi instar, infinitas perturbationes, innumerabiles æstus habet. Audi Chrysost. Homil. III. in I. ad Thessal. p. 176: Πολέμου καιρὸς πᾶς ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐστι χρόνος. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ὁ διάβολος ἐφέστηκεν ἀεί. Ἄκουσον τί περὶ αὐτοῦ φησι· Περιέρχεται ὠρυόμενος, ὡς λέων ἁρπάσαι θέλων. *Belli tempus præsentis vitæ nostræ tempus est. Quomodo & qua ratione? Diabolus semper imminet. Audi, quid de eo dicat* Petrus: *Obambulat rugiens, ut Deo rapere cupiens.* Ἀγών ἐστι καὶ πάλη πᾶς ὁ παρὼν βίος. *Universa præsens vita certamen & lucta est,* inquit idem Homil. LXXXV. tom. V. pag. 591. Idem, Homil. πρὸς τοὺς Σκανδαλισθέντας, Cap. XXI. tom. VII. pag. 32: Παλαίστρα ὁ παρὼν βίος ἐστὶ, καὶ γυμνάσιον, καὶ ἀγών. *Præsens vita palæstra est,*

est, & gymnasium, & certamen. Est mare omnium tempestatum. Ita namque unumquemque nostrum alloquitur Chrys. Hom. IX. tom. V. pag. 33. Καὶ σὺ θάλατταν πλέεις μεγάλην καὶ εὐρύχωρον, τὸ μῆκος τοῦ παρόντος βίου, θάλατταν θηρία ἔχουσαν καὶ πειρατὰς, θάλατταν σκοπέλους ἔχουσαν καὶ σπιλάδας, θάλατταν ὑπὸ κυμάτων ταραττομένην πολλῶν καὶ χειμώνων. *Tu quoque magnum & latum navigas mare, quod est præsentis vitæ spatium, mare feras habens & piratas, mare scopulos habens & saxa, mare à multis fluctibus & tempestatibus agitatum.*

b. Propter vitæ futuræ felicitatem.

Qui hæc paulò accuratiùs secum perpendit, quidni *regnum gloriæ advenire* optet, cum vita in eo futura sit & æterna & beatissima? *Æterna* erit: hinc usitatissimè nominatur αἰώνιος ζωή. Johannes Damascenus lib. II. Orthod. fidei Cap. I: Αἰώνιος ζωὴ τὸ ἀτελεύτητον τοῦ μέλλοντος αἰῶνος δηλοῖ· οὐδὲ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἡμέραις καὶ νυξὶν ὁ χρόνος ἀριθμηθήσεται· ἔσται δὲ μᾶλλον μία ἡμέρα ἀνέσπερος, τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης τοῖς δικαίοις φαιδρῶς ἐπιλάμποντος. Æterna vita, *futurum seculum finis fore expers, declarat; neque enim post resurrectionem, tempus per dies & noctes numerabitur: sed erit potiùs una dies sine vespera, sole justitiæ justis splendidè lucente.* Ob eandem caussam, quia semper duratura, nec unquam finem habitura, Græcis etiam vocatur ἀνεκλιπὴς ζωὴ, *nunquam deficiens vita:* βίος ἀγήρως, *vita senectutem non sentiens,* seu *æterna:* αἰώνιος μακαριότης, *æterna beatitas:* αἰώνια ἀγαθὰ, *æterna bona:* αἰώνιος τρυφὴ, *æternæ deliciæ:* αἰώνιος βασιλεία, *æternum regnum;* αἰώνιος ἀντίδοσις, *æterna retributio:* αἰώνιαι σκηναὶ, *æterna tabernacula:* αἰώνιος τιμὴ, *æternus honor:* αἰώνιος κατάπαυσις, *æterna requies:* αἰωνίζουσα δόξα, *æterna gloria:* αἰώνιος χαρὰ, *æternum gaudium:* διαιωνίζον φῶς, *æternum lumen:* ἀΐδιος εὐφροσύνη, *æterna lætitia:* ἀτελεύτητος ζωὴ, *vita fine carens, &c.*

Æterna erit.

Beatissima erit.

Beatissima erit vita ista. Erit βίος ἄλυπος καὶ φροντίδων ἐλεύθερος, *vita tristitia omni & curis vacua,* ut loquitur Theodoret. de curandis Græc. affectibus, Serm. XI. Ab illa vita omnia exulant mala. Optimè de hoc Bas. M. in Ps. CXV: Ζώντων ἐκείνη χώρα, ἐν ᾗ οὐκ ἔστι νὺξ, οὐκ ἔνι ὕπνος τὸ τοῦ θανάτου μίμημα, ἐν ᾗ οὐκ ἔνι βρῶσις, οὐκ ἔνι πόσις, τὰ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ὑπερείσματα, οὐκ ἔνι νόσος, οὐκ ἔνι ἀλγήματα, οὐκ ἰατρεῖα, οὐ δικαστήρια, οὐκ ἐμπορίαι, οὐ τέχναι, οὐ χρήματα, τῶν κακῶν ἡ ἀρχὴ, ἡ τῶν πολέμων ὑπόθεσις, ἡ ῥίζα τῆς ἔχθρας, ἀλλὰ

χώρα ζώντων, οὐκ ἀποθνησκόντων διὰ τ̃ ἁμαρτίας, ἀλλὰ ζώντων τὴν ἀληθῆ ζωὴν τὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. *Viventium illa regio, in qua non est nox, non somnus mortis imitatio quædam, non cibus aut potus humanæ infirmitatis præsidia, non præterea morbus, non dolor, aut medicina, vel judicia, seu mercatus: non artes, non pecunia malorum origo, bellorum materia, inimicitiæ radix: sed regio viventium: non morientium propter peccatum, sed veram vitam in Christo Jesu viventium.* Et Chryſ. Homil. XXXIX. in Joh, p. 719: Εἰ ἡ παροῦσα ζωὴ οὕτω ποθεινὴ, τί ἄν εἴποι τις περὶ ἐκείνης; Ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός. Ἐκεῖ δεῖσαι θάνατον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ πέρας ἐκείνων ὑποπτεῦσαι τ̃ ἀγαθῶν. μακάριοι καὶ τρισμακάριοι, καὶ πολλάκις τοῦτο οἱ τ̃ μακαρίας ἐκείνης ἀπολαύοντες λήξεως. *Si præsens vita usque adeò desiderabilis est, quid, quæso, dicat quis de illa,* ſcil. futura: *Ubi nullus amplius dolor, nulla tristitia, nulli gemitus. Ibi non metuenda mors, neque timendus bonorum istorum finis. Ter quatérque beati, qui beata ista fruuntur conditione.* Quidni beatiſſima ſit vita, ἔνθα πολλὴ ἡ χαρὰ καὶ ἡ εἰρήνη καὶ ἡ ἀγάπη, καὶ ἡ εὐφροσύνη καὶ ἡ τρυφή. Ἔνθα ζωὴ αἰώνιος, καὶ δόξα ἄρρητος, καὶ κάλλος ἄφρασον· ἔνθα αἰώνιοι σκηναὶ, καὶ ἡ δόξα τ̃ βασιλέως ἡ ἀπόῤῥητος, καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐκεῖνα, ἃ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, κλ. ἔνθα ὁ νυμφὼν ὁ πνευματικὸς, καὶ οἱ παστάδες τ̃ οὐρανῶν, καὶ αἱ παρθένοι αἱ τὰς φαιδρὰς ἔχουσαι λαμπάδας, καὶ οἱ τὸ ἔνδυμα τ̃ γάμου ἔχοντες· ἔνθα πολλὰ τὰ ὑπάρχοντα τ̃ δεσπότου, ὃ τὰ ταμιεῖα τὰ βασιλικά; *Ubi magnũ gaudium, & pax, & charitas, lætitia & deliciæ: ubi vita æterna & gloria ineffabilis, & pulchritudo inenarrabilis: ubi æterna tabernacula, & gloria regis inexplicabilis, vel secreta, & bona ista, quæ oculus non vidit, &c. Ubi thalamus ille spiritualis, & vela cœlorum, & virgines splendidas lampades habentes, ubi veste nuptiali induti: ubi multa domini bona, & æraria regia?* Sunt verba Chryſoſt. Homil. LIV. in Matth. pag. 349. Cur non beatiſſima ſit illa vita, βίος ἀπαθής τε καὶ ἀνενόχλητος, ὃς οὔτε πληγῶν ὀδύνας προσίεται, οὐ πυρὸς δέδοικεν ἀπειλὴν, οὐ τὰ διὰ σιδήρου τραύματα, οὐκ ἀπὸ σεισμῶν καὶ ναυαγίων ἢ αἰχμαλωσιῶν συμφορὰς, οὐ τὰς τ̃ ὠμοβόρων θηρίων προσβολὰς, οὐ τὰ τ̃ ἑρπυστικῶν τε καὶ ἰοβόλων κέντρα καὶ δήγματα. Ἐν ᾧ οὐδεὶς οὔτε ἐξογκοῦται τῷ τύφῳ, οὐ πιέζεται ἐν ταπεινότητι, οὔτε ὑπὸ θράσους ἐκθηλύνεται, οὔτε ὑπὸ δειλίας καταπλήττεται, οὔτε τῇ ὀργῇ προσλοιδορεῖ, ζέων τῷ θυμῷ καὶ μαινόμενος, οὔτε κλονεῖται ὑπὸ τ̃ φόβου, ἀντισχεῖν πρὸς τὴν τ̃ κρείττονος ὁρμὴν οὐ δυνάμενος.

μενος. Ἐν ᾧ φροντὶς οὐκ ἔστιν, οἷα τῶν βασιλέων τὰ ἤθη· τίνες αἱ νομοθεσίαι, οἷοι τῶν τρόπων (ego legendum censeo, τὸν τρόπον, vel τοὺς τρόπους) οἱ ἐπὶ τῶν ἀρχῶν τεταγμένοι, οἷα τὰ διαγράμματα, πόσος ὁ ἐτήσιος φόρος· οὔτε εἰ πολλὴ γέγονεν ἐπομβρία, καταλύζουσα τῇ ἀμετρίᾳ τὸ γεωργούμενον, οὔτε εἰ χάλαζα τὰς ἐλπίδας τῶν γεωπόνων ἠχρείωσεν, οὔτε εἰ αὐχμὸς ἐπικρατήσας ἀποξηραίνει πᾶν τὸ φυόμενον· ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ βίου κακῶν πᾶσαν ἄδειαν ἔχει· ὀρφανίας γὰρ τὸ σκυθρωπὸν οὐ λυπεῖ τὴν ζωὴν ἐκείνην, τὰ ἐκ χηρείας κακὰ χώραν οὐκ ἔχει· ἀπέχουσι δὲ καὶ αἱ πολύτροποι τοῦ σώματος ἀρρωστίαι, οἵ τε κατὰ τῶν εὐημερούντων φθόνοι, καὶ αἱ κατὰ τῶν δυσπραγούντων ὑπεροψίαι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῆς ζωῆς ἐκείνης ἐξώρισται· ἰσηγορία δέ τις καὶ ἰσονομία διὰ πάσης ἐλευθερίας εἰρηνικῆς, τῷ τῶν ψυχῶν δήμῳ συμπολιτεύεται· ἐκεῖνο ἑκάστου ἔχοντος, ὅπερ ἂν ἑαυτῷ ἑτοιμάσῃ ἐκ προαιρέσεως, *vita perturbationum ac miseriarum expers, quæ neque plagarum dolores admittit, ignis minas non metuit, non ferri vulnera, non terræ motuum, naufragiorum, aut captivitatum calamitates, non immanium ferarum impetus, non venenatos ac pestiferos serpentum aculeos morsusque reformidat. In qua nemo inflatur superbiâ, nemo humilitate deprimitur, nemo efferatur audaciâ, nemo timore concutitur, nemo nec iracundiâ æstuans & insaniens excandescit, nec superantis impetum sustinere non valens metu contremiscit. In qua nulla solicitudo est, quales sint regum mores, quales sint leges, quales sint eorum mores, quibus magistratus committitur: quæ decreta fiant, quæ quotannis imponantur tributa, aut ne immoderata imbrium copia sata deprimat, grandóve laborum susceptorum spem auferat, aut siccitate, quæ nata sunt, exarescant. Aliorum item malorum, quæ hic sunt, nullus est ibi timor. Neque aut orbitatis tristitiâ, aut viduitatis molestiâ vita illa perturbatur. Illic ex tam multis morborum generibus, quibus corpora nostra vexantur, nullus adest. Illic nec felicibus invidetur, nec despiciuntur calamitosi: omnes hæ denique, & id genus aliæ miseriæ absunt ab illa vita quàm longissimè. Contrà verò juris & legum æquabilitas cum summa libertate & pace, in eo animarum populo versatur: cùm illud quisque habeat, quod cujusque voluntas exoptat:* ita futuram vitam vivis quasi coloribus nobis depictam proponit Gregor. Nyssenus, Orat. de Mortuis, tom. III. pag. 622.

Quoniam, ut canit Ovidius — *Amor patriæ ratione valentior omni*, cur non & nos cœlum, utpote Patria nostra, omnésque *nostra est.* C. *Quia cœlum Patria*

que cogitationes nostras ad se traheret? Pamphilus martyr, à Firmiliano tyranno, *quænam ejus sit patria?* interrogatus, semel atque iterum respondit, Ἱερουσαλὴμ εἶναι τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, *Ierosolymam esse patriam suam:* Ἐκείνην δηλαδὴ νοῶν περὶ ἧς εἴρηται τῷ Παύλῳ· Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἐλευθέρα ἐστίν. *Illam nempe intelligens, de qua Paulus dixit: Illa verò, quæ sursum est Ierosolyma, libera est:* referente Eusebio, Hist. Eccles. lib. VIII. in Additam. pag. 97. b. Ita Cyprianus apud Nazianzenum, Orat. XVIII. pag. 283. fertur dixisse, μίαν εἶναι πατρίδα τοῖς ὑψηλοῖς, τὴν νοουμένην Ἱερουσαλὴμ, οὐ τὰς μικροῖς ὅροις ἐνταῦθα διειλημμένας, καὶ πολλοὺς ἀμείβουσας οἰκήτορας. *unicam magnis & excelsis viris patriam esse, nempe Ierosolymam illam, quæ mente percipitur, non eas, quas hic angustis finibus circumscriptas esse, atque ab aliis aliisq; hominibus subinde incoli videmus.* Et Basilius M. teste Greg. Nysseno, Orat. de Basilio, tom. III. pag. 484. dicere solebat: Μία πατρὶς ἀνθρώπων, ὁ παράδεισος, πᾶσα δὲ γῆ, ὡς κοινὴ τῆς φύσεως ἐξορία. *Una patria hominum, Paradisus: omnis verò terra, quasi commune naturæ exsilium.* Eadem sententia ipsius etiam Nysseni in vita Greg. Thaumaturgi, tom. III. pag. 535: Τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ μία τετίμηται πατρὶς, ὁ παράδεισος, ἡ πρώτη τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ἑστία. *Nostro judicio una in precio & honore patria est, Paradisus, prima generis humani sedes.* Omnino cœlum Christianorum patria est, ipsi enim sunt τῆς πόλεως τῆς ἀνωτάτης πολῖται· ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, *civitatis supremæ cives: nostra enim civitas in cœlis est,* ad Philipp. III. 20. Oecumenius ad hunc Apostoli locum: Ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· ἐκεῖ γὰρ στρατευόμεθα, ἐκεῖ πολιτευόμεθα. *Nostra civitas in cœlis est: ibi enim militamus, ibi versamur.* Huc etiam facit illud Justini ad Diognet. Ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν· ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. *In terris degunt: sed in cœlo versantur.* Chrysost. Homil. LXXIX. in Johannem: Πολῖται τῶν οὐρανῶν ἐσμεν, καὶ εἰς τὴν ἄνω ἀπογεγραμμένοι πατρίδα. *Cœlorum cives sumus, in supernam inscripti sumus patriam.* Idem, Homil. LXXXII. in Joh. pag. 897. ad Joh. XVII. 16: Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσί. Πρὸς ἕτερον ὁρῶσιν, οὐδὲν κοινὸν πρὸς τὴν γῆν ἐστιν αὐτοῖς, ἀλλὰ τῶν οὐρανῶν γεγόνασι πολῖται. *Non sunt ex mundo. Ad aliud respiciunt, nihil cum terra commune habent, sed cœlorum facti sunt cives.* Nempe, ut Oecumen. in Cap. IX. ad Hebræos, pag. 843: Οὐρανο-

πολῖται εἰσὶν οἱ πιστοὶ, εἰ καὶ ἐπὶ γῆς τέως πολιτεύονται), *fideles sunt cœli cives, etiamsi in terra adhuc versentur.* Cives sunt τῆς ἄνω καὶ ἐπουρανίου Ἱερουσαλήμ, quæ est fidelium sanctorúmque universorum metropolis, ut Apostolus ad Gal. IV. 26. & ad Hebr. XII. 22. Hoc ipso ab omnibus aliis hominibus differunt, quòd, tanquam cœli cives, cœlestia quærunt. Macarius, Homil. V. ad locum Phil. III. 20. Ἐν τούτῳ διαφέρουσιν οἱ ἀληθεῖς χριστιανοὶ παντὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ πολλὴ διάστασις μεταξὺ ἀμφοτέρων τυγχάνει ἐν τῷ τὸν νοῦν καὶ τὴν διάνοιαν πάντοτε ἐν τῷ οὐρανίῳ φρονήματι τυγχάνειν, καὶ τὰ αἰώνια ἀγαθὰ ἐνοπτρίζεσθαι διὰ τὴν μετουσίαν καὶ μετοχὴν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, κτλ. *Hoc veri Christiani differunt ab universo hominum genere, magnúmque discrimen inter utrosque est, dum mentem & cogitationem semper in cœlesti defixam habent prudentia, dum semper cœlestia sapiunt, & æterna bona contemplantur per præsentiam & communicationem Spiritus sancti, &c.* Proinde etiam regnum, quod fideles petunt & exspectant, non est terrenum & humanum, sed cœleste & divinum. Huc facit illud Justini Martyris, Apol. II. ad Ethnicos: Ὑμεῖς, ἀκούσαντες βασιλείαν προσδοκῶντας ἡμᾶς, ἀκρίτως ἀνθρώπινον λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ Θεοῦ λεγόντων, ὡς καὶ ἐκ τοῦ ἀνεταζομένους ὑφ' ὑμῶν ὁμολογεῖν εἶναι χριστιανοὺς, γινώσκοντας τῷ ὁμολογοῦντι θάνατον τὴν ζημίαν κεῖσθαι, φαίνεται. Εἰ γὰρ ἀνθρώπινον βασιλείαν προσεδοκῶμεν, κἂν ἠρνούμεθα ὅπως μὴ ἀναιρώμεθα, καὶ λανθάνειν ἐπειρώμεθα, ὅπως τῶν προσδοκωμένων τύχωμεν. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐκ εἰς τὸ νῦν τὰς ἐλπίδας ἔχομεν, ἀναιρούντων οὐ πεφροντίκαμεν, τοῦ καὶ πάντως ἀποθανεῖν ὀφειλομένου. *Vos regnum à nobis exspectari audientes, citra judicium, humanum designari opinamini, cùm Dei regnum, in quo cum eo regnaturi simus, dicamus. Id quod ex eo quoque, quòd ad inquisitionem vestram, Christianos nos esse profitemur, cùm quidem mortis supplicium professis propositum sciamus, patet. Si enim humanum exspectaremus regnum, inficiaremur utique, ne occideremur, ac latere contenderemus, ut exspectationis compotes fieremus. Sed quia spes nostras non in rebus præsentibus fixas habemus, percussores nihil moramur; præsertim cùm moriendum nobis esse sciamus.* Pium carmen, quo Coel. Sedulius, sub finem lib. II. operis Paschalis, hanc petitionem expressit, & hujus loci:

Regnū, quod fideles exspectant, est cæleste.

Adveniat regnum jamjámque scilicet, illud
Morte vacans, & fine carens, cui nulla per ævum
Tempora succedent: quia nescit tempus habere
Continuus sine nocte dies, ubi principe Christo
Nobile perpetuâ caput amplectente coronâ,
Victor opima ferens gaudebit præmia miles.

Non terrenum, quale somniavit Cerinthus.

Valeat ergo cum regno suo Cerinthus, qui asseruit, regnum Domini terrenum fore post resurrectionem, hominésque per mille annos in carnis voluptatúmque deliciis victuros. Hæc fanatica opinio, ex Judaicis desumta somniis, jam sub Apostolorum tempora cœpit urgeri etiam inter Christianos, teste Eusebio, Hist. Eccles. lib. VII. Cap. XXV. pag. 78. a. *Cerinthus, hæresis illius, quam Cerinthianam vocant, conditor, docuit,* ἐπίγειον ἔσεσθαι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν, καὶ ὧν αὐτὸς ὠρέγετο φιλοσώματος ὢν καὶ πάνυ σαρκικὸς, ἐν τούτοις ὀνειροπολεῖν ἔσεσθαι γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα πλησμοναῖς, τουτέστι σιτίοις καὶ ποτοῖς καὶ γάμοις, καὶ δι' ὧν ἐυθυμότερον ταῦτα ᾠήθη ποριεῖσθαι, ἑορταῖς καὶ θυσίαις καὶ ἱερείων σφαγαῖς, *regnum Christi fore terrenum, & quæ ipse, tanquam corporis sui studiosus & vehementer carnalis, concupiverat, in illis se futurum somniavit, ventris scilicet, & eorum quæ ventri subsunt saturationibus, cibis, potibus ac nuptiis, item diebus festis, victimis, ac sacrificiorum mactationibus.* Vide etiam apud eundem, lib. III. Cap. XXVIII. pag. 29. a. Theodoretus, Hæret. Fabul. lib. II. Cap. III. Cerinthus τοῦ Κυρίου τὴν βασιλείαν ἔφησεν ἐπίγειον ἔσεσθαι· καὶ βρῶσιν καὶ πόσιν ὀνειροπολήσας, καὶ φιληδονίας ἐφαντάσθη, καὶ γάμους, καὶ θυσίας, καὶ ἑορτὰς ἐν Ἱερουσαλὴμ πληρουμένας, καὶ ταῦτα ἐπὶ χιλίοις ἔτεσι πληρωθήσεσθαι· τοσοῦτον γὰρ ᾤετο καθέξειν τοῦ Κυρίου τὴν βασιλείαν, *regnum Domini terrenum fore dixit, esúmque & potum somniavit, & voluptates sibi finxit, & nuptias, & sacrificia, & dies festos, qui Ierosolymis celebrentur, atque hæc mille annorum spatio complenda: tamdiu enim duraturum Domini regnum putabat.*

His ergo ad hanc petitionem in hásce chartas relatis, antequam ulterius progrediamur, meritò miramur, quid Gregorio Nysseno in mentem venerit, qui Hom. III. in Orat. Dom. tom. I. pag. 737, 738. pro eo, quod Matthæus habet, Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, apud Lucam, aliud exstare affirmat, nimirum hoc: Ἐλθέτω τὸ ἅγιον πνεῦμά σου ἐφ' ἡμᾶς. Verba ejus sunt: Ἡ καθὼς

ἡμῖν

ἡμῖν ἀπὸ τοῦ Λουκᾶ τὸ αὐτὸ νόημα σαφέστερον ἑρμηνεύεται, ὁ τὴν βασιλείαν ἐλθεῖν ἀξιῶν, τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος συμμαχίαν ἐπιβοᾶται; οὕτω γὰρ ἐν ἐκείνῳ εὐαγγελίῳ φησὶν, ἀντὶ τοῦ, Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. Ἐλθέτω, φησὶ, τὸ ἅγιον πνεῦμά σου ἐφ' ἡμᾶς, καὶ καθαρισάτω ἡμᾶς. *An forsitan, ut à Luca nobis idem intellectus planiùs explicatur, is qui orat, ut regnum adveniat, auxilium sancti Spiritus implorat?* Nam bis (ita Interpres; unde vero illud *bis* irrepserit, divinare non possum) *in illo Evangelio, pro eo, quod est*, Adveniat regnum tuum: *Adveniat: inquit, sanctus Spiritus tuus super nos, & purificet nos.* An Nyssenus hæc olim verba apud Lucam legerit, incertum: certum tamen, non alium hanc afferre ex veteribus observationem, nec variis etiam insertam reperiri lectionibus. Hoc negari non potest, Patres aliquando Hæreticorum secutos esse lectionem, ut doctissimus monet Crojus, Observat. in Nov. Test. Cap. XXVI.



CAPUT X.
DE TERTIA ET QUARTA PETITIONE ORATIONIS DOMINICÆ.

Voluntas Dei, est voluntas in Scriptura patefacta. Παράδοσις *sæpe notat doctrinam* ἄγραφον. *Scriptura est regula fidei & morum. Proinde diligenter legenda. Fiat voluntas tua, non nostra. Quæ sit Dei voluntas erga nos. Meritò voluntatem Dei fieri petimus, quia nostra depravata est, & quia Deus omnes actiones nostras novit. Voluntas Dei in terra fieri debet, ut in cœlo. Quomodo Angeli voluntatem Dei faciant. Angelos imitemur. Quid sit* ἄρτος ἐπιούσιος. *Varia sententia. 1. Juxta quosdam notat omnia ad vitam hanc necessaria. 2. Panem supersubstantialem interpretatur Hieronymus. 3. Alii intelligunt panem subsequentis diei. 4. Alii ipsum Christum, panem illum* ζωοποιόν. *Cur Christus* ἄρτος *dicatur. 5. Alii tandem intelligunt verbum Dei.*

Succe-

SUccedat nunc tertia Petitio: ΓΕΝΗΘΗΤΩ ΤΟ ΘΕΛΗΜΑ ΣΟΥ, ΩΣ ΕΝ ΟΥΡΑΝΩ, ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΗΣ ΓΗΣ.

Voluntas Dei, est voluntas in Scriptura patefacta.

Voluntas notat hoc loco *voluntatem Dei* nobis in veteri & novo Testamento *revelatam*. Adeò namque benignus erga nos cœlestis Pater, ut nobis omnia ad salutem scitu necessaria revelaverit. Non excurremus in hunc campum, qui latissimus est: sed, unico contenti testimonio, in viam redibimus. Præclara sunt Joh. Damasceni verba, quibus in ipso limine operum suorum, nempe Orthod. fidei lib. I. Cap. I. usus est. Πάντα τὰ παραδεδομένα ἡμῖν, φησι, διά τε νόμου, καὶ προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ εὐαγγελιστῶν δεχόμεθα, καὶ γινώσκομεν, καὶ σέβομεν, οὐδὲν περαιτέρω τούτων ἐπιζητοῦντες. Ἀγαθὸς γὰρ ὢν ὁ Θεὸς, παντὸς ἀγαθοῦ παρεκτικός ἐστιν, οὐ φθόνῳ, οὐδὲ πάθει τινὶ ὑποκείμενος· μακρὰν γὰρ τῆς θείας φύσεως φθόνος, τῆς γε ἀπαθοῦς, καὶ μόνης ἀγαθῆς. Ὡς οὖν πάντα εἰδὼς, καὶ τὸ συμφέρον ἑκάστῳ προμηθούμενος, ὅπερ συνέφερεν ἡμῖν γνῶναι, ἀπεκάλυψεν· ὅπερ δὲ οὐκ ἐδυνάμεθα φέρειν, ἀπεσιώπησε. Ταῦτα ἡμεῖς στέρξωμεν, ἐν αὐτοῖς μένωμεν, μὴ μεταίροντες ὅρια αἰώνια, μηδὲ ὑπερβαίνοντες τὴν θείαν παράδοσιν. *Cuncta nobis per Legem, & per Prophetas, per Apostolos & Evangelistas tradita suscipimus, cognoscimus, & veneramur, nihil ultra ista perquirentes. Nam bonus cum sit Deus, omnis boni largitor est, non invidia, nec ullis affectibus obnoxius. Procul enim à divina natura; quæ affectionibus caret, & sola bona est; abest invidia: ut igitur omniscius, & quidquid conducibile est providens, quæcunque nostrâ scire refert, ipse revelavit. Quæ verò ferre non potuimus, illa tacuit. In iis ergo acquiescamus, in iis maneamus, neque limites ab æterna voluntate definitos transcendentes, neque divinam traditionem transgredientes.*

Παράδοσις *sæpe notat doctrinam* ἔγγραφον.

Observabit veritatis studiosus Lector, veteris & novi Testamenti doctrinam vocari παράδοσιν, ac proinde non ubique, quando vel παραδόσεως, vel *traditionis* apud Veteres est mentio, ad παράδοσιν ἄγραφον, quam multi mordicus tenent & defendunt, esse confugiendum. Si illud hoc loco ageretur, variis autoritatibus hæc corroborari posset assertio. Ne tamen nullo suffulta putetur fundamento, en tibi aliquot ex plurimis. Illustre est dictum Greg. Nysseni, Cap. XI. de Virginitate, tom. III. p. 147: Μεσταὶ μὲν οὖν αἱ θεῖαι βίβλοι τῆς τοιαύτης εἰσὶν ὑφηγήσεως, nempe, quæ sit ratio ac via ad Deum nos ducens, πολλοὶ δὲ τῶν ἁγίων καθ-

καθάπερ τινὰ λύχνον τὸν ἑαυτῶν βίον τοῖς κατὰ Θεὸν πορευομένοις προφαίνουσιν· ἀλλὰ τὰς μὲν ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς εἰς τὸν προκείμενον σκοπὸν ὑποθήκας ἔξεστιν ἑκάστῳ πλουσίως ἐξ ἀμφοτέρων τῶν διαθηκῶν ἀναλέξασθαι· πολλὰ μὲν γὰρ ἐν προφήταις καὶ νόμῳ· πολλὰ δὲ ἐν εὐαγγελικαῖς τε καὶ ἀποστολικαῖς παραδόσεσι πάρεστιν ἀφθόνως λαβεῖν. *Plena igitur hujusce narrationis divina litera, compluresque sancti vitam suam, quasi lumen aliquod, illis ostendunt, qui secundum Deum ambulant. Verùm præcepta quidem multa, quæ ad hoc propositum pertinent, ex divinitus inspirata utriusq; Testamenti scriptura copiosè satis colligere licet: multa namque in Prophetis & Lege: multa etiam in Evangelicis & Apostolicis traditionibus abundè percipi possunt.* Quod priùs vocaverat ἀμφοτέρας διαθήκας, id postea appellat προφήτας καὶ νόμον, item εὐαγγελικάς τε καὶ ἀποστολικὰς παραδόσεις, unde vel cæco pateat, verbum ἔγγραφον à Nysseno παράδοσιν nominari. Idem Nyssenus de Anima & Resurrect. to. III. pag. 212. Πεπίστευται ἔκ τε τῆς κοινῆς ὑπολήψεως, καὶ ἐκ τῆς τῶν γραφῶν παραδόσεως, *persuasum est tam ex communi opinione, quàm* ex scripturarum traditione, nimirum *impuros esse spiritus.* Παράδοσις notat ἔγγραφον doctrinam Evangelii apud Cyrillum Alexand. in Cap. LXVI. Jesaiæ, ad v. 5. pag. 909. Πρᾴους αὐτοὺς βούλεται, καὶ ἀνεξικάκους εἶναι, κατά γε τὰς εὐαγγελικὰς παραδόσεις. *Vult eos mites & malos tolerantes esse, juxta* traditiones Evangelicas. Ubi παραδόσεις istæ? Vide Matth. XI. 29. Cap. V. 5. I. Thessal. V. 15. I. Petri III. 9. *Traditionis* vox hoc ipso sensu non semel occurrit apud Cyprianum ad Pompeium contra Epist. Stephani, ut à Theologis sæpe observatum.

Scriptura est regula fidei & morum.

Redimus ad propositum. Et quia nobis in Scriptura revelata DEI voluntas, hinc ipsa est *regula fidei & morum.* Disertè hoc docet Basilius M. Epist. I. tom. II. pag. 784. Μεγίστη ὁδὸς πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος εὕρεσιν ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων γραφῶν. ἐν ταύταις γὰρ καὶ αἱ τῶν πράξεων ὑποθῆκαι εὑρίσκονται, καὶ οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀνάγραπτοι παραδεδομένοι, οἷον εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας, τῷ μιμήματι ἀγαθῶν ἔργων πρόκεινται, κλ. *Maxima viarum ad officii investigationem meditatio est Scripturarum divinitus inspiratarum: in his enim cùm rerum agendarum præcepta repetiuntur, tum beatorum hominum vita memoria prodita ac scripta, tan-*

quam simulacra quædam animata proposita sunt vitæ ad normam divinam instituta, iis qui bonorum operum exemplaria imitari cupiunt, &c. Chrysost. Homil. IV. de Sacerdotio, tom. VI. pag. 38. de Epistolis Pauli scribit: Οὐ πρὸς δογμάτων δὲ μόνον νόθων μὲν ἀνατροπὴν, γνησίων δὲ ἀσφάλειαν ἐπιτήδεια ἡμῖν αὐτοῦ τὰ γράμματα· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ βιοῦν δὲ οὐκ ἐλάχιστον ἡμῖν συντελεῖ μέρος. *Non ad dogmatum tantùm adulterinorum destructionem, genuinorum autem securitatem & confirmationem literæ ejus nobis utiles sunt: verùm etiam ad honestam vitam plurimùm conferunt.* Non negligendus Greg. Nyssenus. Is disertè scribit Tr. de Anima & Resurrect. tom. III. p. 200. 201. Ἡμεῖς τῆς ἐξουσίας ἄμοιροι ταύτης ἐσμὲν, τῆς λέγειν φημὶ ἅπερ βουλόμεθα, κανόνι παντὸς δόγματος καὶ νόμῳ κεχρημένοι τῇ ἁγίᾳ γραφῇ· ἀναγκαίως πρὸς ταύτην βλέποντες, τοῦτο δεχόμεθα μόνον, ὅπερ ἂν ᾖ συμφωνοῦν τῷ τῶν γεγραμμένων σκοπῷ. *Nos hujus licentiæ expertes sumus, dicendi inquam, quæ volumus: quippe qui regula prorsus divinæ doctrinæ & pro lege utimur sancta Scriptura: atque ad hanc necessariò respicimus: hoc solùm recipimus & approbamus, quod cum scopo eorum, quæ scripta sunt, consentit.* Idem *de iis, qui Ierosolyma adeunt*, statim post initium, to. eod. pag. 651. Ἐγὼ τοὺς ἅπαξ ἀνατεθεικότας ἑαυτοὺς τῇ ὑψηλῇ πολιτείᾳ, καλῶς ἔχειν φημὶ πρὸς τὰς τοῦ εὐαγγελίου διὰ παντὸς ἀποβλέπειν φωνάς. Καὶ ὥσπερ οἱ τῷ κανόνι τὸ ὑποκείμενον ἀπευθύνοντες, κατὰ τὴν ἐπὶ τοῦ κανόνος εὐθεῖαν τὰ σκολιὰ τὰ ἐν χερσὶν εἰς εὐθύτητα μεταβάλλουσιν· οὕτως προσήκειν ἡγοῦμαι οἷόν τινα κανόνα ὀρθὸν καὶ ἀδιάστροφον, τὴν εὐαγγελικὴν λέγω δὴ πολιτείαν, τούτοις ἐπιβάλλοντας, κατ' ἐκείνην πρὸς τὸν θεὸν ἀπευθύνεσθαι. *Qui semel se altiori vivendi rationi dedicârunt, cum eis præclarè agi censeo, si perpetuò ad Evangelii voces respiciant: ac tanquam qui regulâ quidquid propositum est, dirigunt, ejus rectitudine, tortuosa quæ sese offerunt, ad rectitudinem adducunt: ita convenire arbitror, ut veluti quandam regulam rectam & immutabilem, Evangelicam dico vivendi rationem, his admoventes, juxta illam ad DEUM dirigamur.* Alia non addimus, ne actum agamus. Ex his autem, quæ obiter tantùm indicata sunt, manifestum est, sacram Scripturam, utpote regulam fidei & morum, summa cum attentione ab omnibus legendam esse, ut inde voluntatem DEI discant. Chrysostomus Homil. II. in Matth. pag. 12 13. postquam in-

Diligenter ergo legenda.

vectus

vectus fuisset in auditores suos, qui ne Psalmum quidem memoriæ impresserant, cùm tamen spurcas satis accuratè tenerent cantilenas, séque excusarent, quòd non essent ex numero Monachorum, sed uxorem & liberos alerent, rémque curarent familiarem, eosdem deinceps ita alloquitur: Τοῦτό ἐστιν, ὃ πάντα ἐλυμήνατο, ὅτι ἐκείνοις μόνοις νομίζετε προσήκειν τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων γραφῶν, πολλῷ πλέον ἐκείνων ὑμεῖς δεόμενοι· τοῖς γὰρ ἐν μέσῳ στρεφομένοις, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τραύματα δεχομένοις, τούτοις μάλιστα δεῖ φαρμάκων. Ὥστε τοῦ μὴ ἀναγινώσκειν, πολλῷ χεῖρον τὸ καὶ περιττὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα νομίζειν. Ταῦτα γὰρ σατανικῆς μελέτης τὰ ῥήματα. *Illud ipsum est, quod omnia perdidit, quia illis solis convenire existimatis divinarum Scripturarum lectionem, cùm vos eâ multò magis egeatis quàm illi. Qui enim in medio versantur foro, & quotidie vulnerantur, illis medicina maximè est opus: hinc longè deterius est, existimare, rem hanc supervacuam esse, quàm non legere. Hæc enim diabolica meditationis verba sunt.* Vide eundem Chrysostomum Homil. XI. in Joh. pag. 597. Homil. XXI. in Joh. pag. 637. Homil. XXI. in Epist. ad Ephesios, pag. 875. Homil. IX. in Epist. ad Coloss. pag. 136. 137. etiam alibi passim. Chrysostomi æmulus, Theophylactus in Cap. VI. ad Ephesios, pag. 562. Μὴ εἴπῃς, ὅτι μοναζόντων ἐστὶ τὸ ἀναγινώσκειν τὰς γραφάς. παντὸς γὰρ χριστιανοῦ τοῦτό ἐστι, καὶ μάλιστα τῶν κοσμικῶν, ὅσῳ καὶ πλείονος βοηθείας δέονται, ὡς ἐν ζάλῃ ὄντες. *Ne dicas, Monachorum esse Scripturas legere: cujuslibet enim Christiani hoc est, & maximè eorum, qui in mundo versantur, quantò majore ipsi auxilio indigent, ceu in tempestate agentes.* Alia, maximè illustria Veterum dicta suppeditat tibi Polani Symphonia Cathol. Cap. I. Thesis XX. Confessio Cyrilli in Analectis Cl. D. Hottingeri, Append. Dissertat. VIII. pag. 474. Autores alii.

Fiat voluntas tua.

Oramus autem, *Fiat voluntas tua*, non *nostra*. DEI voluntatem fieri petimus. Ut hoc faciamus, monet Theophylactus in Cap. VI. ad Hebræos, pag. 922. Διδάσκει ἡμᾶς, (Apostolus nimirum ad Hebr. VI. 3.) τὸ πᾶν τῆς τοῦ θεοῦ ἐξαρτᾷν θελήσεως, καὶ μηδὲ ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένως καλῶν τῇ οἰκείᾳ θαῤῥεῖν καὶ κρίσει καὶ δυνάμει. *Docet nos in omnibus ex Dei voluntate pendere, neque etiam in iis, quæ omnium confessione bona sunt, proprio fidere judicio atque potentia.*

Quæ sit Dei voluntas nos.

Est autem voluntas DEI, *ut credamus in Christum*, Joh. VI. 40. quia extra eum nulla datur salus. Id Macarius elegantissimo simili; delectatur autem sanctus iste Vir similibus, unde ultra CCLXVI. eáque apposita in ejus à nobis observata Homiliis; Homil. III. pag. 34. explicat: Ὡς οὐκ ἔστι τὸν ὀφθαλμὸν ἄνευ φωτὸς βλέπειν, ἢ λαλεῖν ἄνευ γλώττης, ἢ ἀκούειν ἄνευ ὤτων, ἢ περιπατεῖν ἄνευ ποδῶν, ἢ ἐργάζεσθαι ἄνευ χειρῶν· οὕτως οὐ δύνασαι ἄνευ τοῦ Ἰησοῦ σωθῆναι, ἢ εἰσελθεῖν εἰς βασιλείαν οὐρανῶν. *Quemadmodum oculus sine luce non potest videre, nec quis potest loqui sine lingua, vel audire sine auribus, vel ambulare sine pedibus, vel operari sine manibus: ita etiam non potes sine Jesu servari, aut in regnum cœlorum ingredi.* Idem Homil. XXX. pag. 417. Μόνῳ τῷ Κυρίῳ δυνατὸν θεραπεῦσαι τὸ τραῦμα ἡμῶν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δι' ἑαυτοῦ ἦλθεν, ἐπεὶ μηδεὶς τῶν ἀρχαίων, οὔτε ὁ νόμος αὐτὸς, οὔτε οἱ προφῆται τοῦτο ἠδυνήθησαν θεραπεῦσαι. Οὗτος δὲ μόνος ἐλθὼν ἐθεράπευσε τὴν πληγὴν ἐκείνην τῆς ψυχῆς τὴν ἀνίατον. *Solus Dominus nostrum sanare potest vulnus: hanc enim ob caussam etiam per se ipsum venit, quia nullus veterum, imò ne ipsa quidem Lex neque Propheta hoc sanare poterant. Cùm verò hic solus venisset, sanavit plagam istam animæ insanabilem.* Est voluntas DEI, sanctificatio animi & corporis I. ad Thessal. IV. 3. Is voluntatem Dei facit, ὃς τῆς ἀρετῆς ἀντιποιεῖται, *qui virtutem amplectitur*, ut docet Theophylactus in cap. VII. Joh. pag. 664. θέλημα τοῦ θεοῦ ποιεῖ, καὶ ὁ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς προφήτας ἐρευνῶν. *Voluntatem DEI facit, qui Scripturas & Prophetas scrutatur*; ut idem Theophylactus eodem in loco monet. Voluntas DEI est, ut in hac vita afflictiones & persecutiones perferamus, teste Apostolo ad Roman. VIII. 29. ad Philipp. III. 10. Imò διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum DEI*, Actor. XIV. 22. Nempe, *Noluit DEUS hominem ad immortalem beatitudinem delicato itinere pervenire*, ut docet Lactantius de Opif. DEI, Cap. XX. Vita præsens ἀγών est, *bellum* & *pugna* est. Chrysost. homil. XV. in Acta, pag. 696. Ἀγών ἐστιν ὁ παρὼν καιρός· οὐκοῦν τοῦ πυκτεύειν χρεία. πόλεμός ἐστι καὶ μάχη· οὐδεὶς ἐν πολέμῳ ζητεῖ ἄνεσιν, οὐδεὶς ἐν πολέμῳ ζητεῖ τρυφήν, οὐδεὶς ὑπὲρ χρημάτων μεριμνᾷ, ὑπὲρ γυναικὸς οὐδεὶς φροντίζει· ἀλλ' εἰς ἓν

ὁρᾷ

ὁρῶ μόνον, ὅπως περιγένοιτο τῶν ἐχθρῶν· οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν. *Præsens tempus certamen est: pugnandum itaque: bellum & pugna est: nullus in bello requiē quærit, nullus in bello delicias quærit, nullus de opibus solicitus est, nullus uxoris curam gerit: sed ad id unum tantùm quilibet respicit, qua ratione hostes superare possit. Id etiam nos faciamus.* Idem Homil. LXXXV. tom. V. pag. 591. Ἀγὼν ἐστι καὶ πάλη πᾶς ὁ παρὼν βίος, καὶ τοὺς ἐν τῷ σταδίῳ τούτῳ τῆς ἀρετῆς ἅπαξ εἰσελθόντας προσήκει πάντα ἐγκρατεύεσθαι. *Universa præsens vita certamen & lucta est, atque eos, qui semel in hoc virtutis stadium sunt ingressi, in omnibus continentes esse oportet.* Iterum, tr. πρὸς τοὺς σκανδαλισθέντας, Cap XXI. tom. VII. pag. 32. Παλαίστρα ὁ παρὼν βίος ἐστὶ, καὶ γυμνάσιον, καὶ ἀγὼν, χωνευτήριον, βαφεῖον ἀρετῆς. *Præsens vita palæstra est, & gymnasium, & certamen, conflatorium & tinctura virtutis.* Sed de his pluribus alibi, siquidem DEUS voluerit, agetur. Prædictæ omnibus piis persecutiones II. Timoth. III. 12. Πάντες οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, διωχθήσονται. Macarius, Hom. XII. pag. 158. id ipsum nobis inculcat. Εἰ ἀγαπᾷς δόξαν ἀνθρώπων, καὶ προσκυνεῖσθαι θέλεις, καὶ ἀνάπαυσιν ζητεῖς, ἐξετράπης τῆς ὁδοῦ· χρὴ γάρ σε συσταυρωθῆναι τῷ σταυρωθέντι, συμπαθεῖν τῷ παθόντι, ἵνα οὕτως συνδοξασθῇς τῷ δοξασθέντι· καὶ οὕτω γενέσθαι κοινωνὸν καὶ συγκληρονόμον Χριστοῦ· οὐκ ἐγχωρεῖ γὰρ ἄνευ παθημάτων, καὶ τῆς τραχείας καὶ στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ εἰσελθεῖν τινα εἰς τὴν πόλιν τῶν ἁγίων, καὶ ἀναπαῆναι καὶ συμβασιλεῦσαι τῷ βασιλεῖ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. *Si gloriam hominum amas, atque adorari cupis, & requiem quæris, à via aberras: oportet enim tecum crucifixo crucifigi, cum eo, qui passus est, pati, ut ita glorificeris cum glorificato. Necesse enim est, ut sponsa cum sponso patiatur, atque ita consors & cohæres fiat Christi: fieri enim nequit, ut quis sine passionibus, & sine aspera, angusta & arcta via in sanctorum urbem ingrediatur, saturetur & cum Rege in infinita secula regnet.* In eandem sententiam scribit idem Homil. XXVII. pag. 365. Quis ergo afflictiones, quis persecutiones, quis alias hujus vitæ calamitates iniquo ferat animo, cùm sciat, sibi per eas aditum patere ad gaudium cœleste? Cùm sciat, δοκιμωτέρους ποιεῖν τοὺς θλιβομένους τὴν θλῖψιν, *afflictionem afflictos reddere probatos*, ut Chrysost. Hom. I. ad populum

Antiochenum, tom. VI. pag. 457. testatur. Cùm sciat, τὴν ἐπὶ χρυσαῖς ψυχαῖς ἐπιοῦσαν θλίψιν, καθαρωτέρας αὐτὰς ἐργάζεσθαι καὶ δοκιμωτέρας, *aureas animas invadentem afflictionem, puriores & probatiores eas reddere*, juxta eundem, Epist. XVII. ad Olympiod. Cùm sciat, τὰς θλίψεις οὐκ ἀργῶς τοῖς δούλοις τοῦ θεοῦ, παρὰ τοῦ ἐπισκοποῦντος ἡμᾶς Κυρίου γίνεσθαι· ἀλλ' ἐπὶ δοκιμασίᾳ τῆς ἀληθινῆς πρὸς τὸν κτίσαντα ἡμᾶς θεὸν ἀγάπης, *tribulationes non otiosè servis DEI inferri à Domino, qui nos invisit: sed ad probandum verum erga DEUM creatorem nostrum amorem*, ut scribit Basilius M. Epist. CCII. pag. 989. Cùm sciat, φάρμακον ἀγαθὸν εἰς σωτηρίαν εἶναι θλίψιν, *afflictionem commodum esse ad salutem pharmacum*, ex sententia Greg. Nazianzeni, Orat. XII. pag. 201.

Meritò voluntatem DEI fieri petimus, quia nostra depravata est: & quia Deus omnes actiones nostras novit.

Nec sine gravissima caussa, *DEI voluntatem* fieri petimus, non *nostram*. Qualis enim hæc? Depravata, imò inimicitia adversus DEUM est, ad Rom. VIII. 7. Omnes sumus πρόχειροι πρὸς ἁμαρτίαν εὐόλισθον, καὶ πρὸς κακίαν ὀξύρροπον, *proclives ad peccatum, & ad malitiam præcipites*, ut monet Chrysost. Homil. XXIII. tom. V. pag. 140. Eleganter Prosper de Ingratis, p. 676. de voluntate corrupta:

——————Manet ergo voluntas
Semper amans aliquid, quo se ferat, & labyrintho
Fallitur, ambages dubiarum ingressa viarum
Vana cupit, vanis tumet, & timet, omnimodâque
Mobilitate mens, in vulnera vulnere surgit.

Nec existimemus, pravam voluntatem nostram Deum latere posse. Aurea exhortatio sancti Basilii in Psalm. XXXII. tom. 1. pag. 208. Σκόπει θεὸν, τὸ ὑψηλὸν θεατήν· σκόπει τὸν ἄνωθεν ἐγκαλακύπτοντα τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν· ὅπουπερ ἂν βαδίζῃς· ὅ,τιπερ ἂν ἐνεργῇς· κἂν ἐν σκότει, κἂν ἐν ἡμέρᾳ, ἐπισκοποῦντα ἔχεις τὸν τοῦ θεοῦ ὀφθαλμόν. *Considera DEUM, sublimem illum spectatorem: considera supernè humanas actiones accuratè introspicientem: quocunque iveris, quidquid egeris, sive in tenebris, sive in luce, inspectorem habes DEI oculum.* Ignatius in Epistola ad Ephesios: Οὐδὲν λανθάνει τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτῷ ἐστι. Πάντα οὖν ποιῶμεν, ὡς αὐτοῦ ἐν ἡμῖν κατοικοῦντος, ἵνα ὦμεν αὐτοῦ ναοὶ, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν θεός. *Nihil Dominum latet, etiam occulta nostra prope*

sunt

eum sunt. Omnia igitur faciamus, tanquam ipso in nobis habitante, ut ejus templa simus,& ipse in nobis Deus. Sexcenta alia omittimus. Id unum sufficiat, quod DEUM καρδιογνώστην esse sciamus, ὅτι πάντα ἔγνωσαι καὶ ὥρισαι παρ' αὐτῷ, καὶ πρὸ τῶν ἐνθυμήσεων ἡμῶν, *quoniam apud eum omnia nota & decreta sunt, etiam ante cogitationes nostras*, antequam id cogitemus: sunt verba Oecumenii in Cap. I. Actor. pag. 8.

Accedimus nunc ad *conditionem*; quo nimirum pacto voluntatem DEI fieri velimus, ac proinde facere debeamus. Conditionem exprimunt verba: ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Sensus est, *sic in terra fieri oportere voluntatem Dei, quemadmodum fit in cœlo.* Ut ab Angelis cœli, sic, ὅσον ἐφικτὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, quantum hominum non obstat imbecillitas, ab hominibus, terræ incolis, voluntas DEI fieri debet. Τὸ ὡς enim, non gradum, sed speciem denotat: ὁμοιώσεως potiùs, quàm ἰσότητος, nota est. Similem usum habet ὥσπερ Matth. V. 48. Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι. Καθὼς, I. Petri I. 16. I. Joh. III. 3. 17. Lucæ VI. 36. In omnibus istis locis intelligitur similitudo potiùs, quàm æqualitas. DEUM, quantum fieri potest, imitari debemus. Id Gregor. Nyssenus Orat. I. in verba DEI, *Faciamus hominem*, tom. I. pag. 150. optimè explicat. Quærit, Τί ἐστι χριστιανισμός; *Quid est Christianismus?* Respondet. θεοῦ ὁμοίωσις κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀνθρώπου φύσει. *Cum DEO similitudinem habere, quatenus capit humana natura.* Et de Profess. Christiana, tom. III. pag. 271. Χριστιανισμός ἐστι τῆς θείας φύσεως μίμησις. *Christianismus est naturæ divinæ imitatio.* Sed propiùs ad rem. Veterum de hac conditione μελετήματα huc transferri merentur. Chrysost. in Psal. CXIII. ὥσπερ ἄγγελοι τὸν θεὸν ἁγιάζουσι πονηρίας πάσης ἀπηλλαγμένοι, ἀρετὴν δὲ μετιόντες μετὰ ἀκριβείας· οὕτω δὴ καταξιωθείημεν καὶ ἡμεῖς αὐτὸν ἁγιάζειν. *Quemadmodum Angeli, ab omni malitia liberi, Deum sanctificant quidem, virtutem verò magno studio sectantur: ita etiam nos digni habeamur, qui eundem sanctificemus.* Idem, Homil. XIX. in Matthæum: Ὥσπερ ἐκεῖ, in cœlo, πάντα ἀκωλύτως γίνεται, καὶ οὐ τὰ μὲν ὑπακούουσιν οἱ ἄγγελοι, τὰ δὲ παρακούουσιν, ἀλλὰ πάντα εἴκουσι καὶ πείθονται· οὕτω καὶ ἡμᾶς καταξίωσον τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἐξ ἡμι-

Voluntas DEI in terra fieri debet, ut in cœlo.

ἐξ ἡμισείας τὸ θέλημά σου ποιεῖν, ἀλλὰ πάντα, καθάπερ θέλεις, πληροῦν. *Quemadmodum ibi omnia sine ullo fiunt impedimento, nec in his quidem obtemperant Angeli, in aliis verò non obtemperant, sed in omnibus obediunt: ita etiam nos homines dignare, ut voluntatem tuam non ex parte tantùm faciamus, sed ut omnia, prout vis, impleamus.* Iterum Chrysf Homil. XXX. t. V. p. 187. dicit, nos hac petitione petere, & dicere: Δὸς ἡμῖν, δέσποτα, τὴν ἐν οὐρανῷ μιμεῖσθαι πολιτείαν, ἵν' ἃ θέλεις αὐτὸς, καὶ ἡμεῖς θέλωμεν. Ἐπάρκεσον τοίνυν προαιρέσει καμνούσῃ, καὶ ποιεῖν μὲν ἐθυμούσῃ τὰ σὰ, ὑπὸ δὲ τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας κωλυομένοις. Ὄρεξον χεῖρα τοῖς τρέχειν μὲν ἐπειγομένοις, χωλεύειν δὲ ἠναγκασμένοις· ὑπόπτερος ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ βαρύνει ταύτην ἡ σὰρξ· ὀξεῖα ἐκείνη πρὸς τὰ οὐράνια, ἀλλὰ βραδεῖα αὕτη πρὸς τὰ ἐπίγεια· τῆς δὲ σῆς βοηθείας παρούσης, ἔσται δυνατὰ καὶ τὰ λίαν ἀδύνατα. Γενηθήτω τοίνυν τὸ θέλημά σου, κλ. *Largire nobis, Domine, ut cœlestem imitemur politiam, ut quæ ipse vis, etiam nos velimus: succurras ergo voluntati laboranti, & facere quidem cupientibus quæ tua sunt, à corporis autem infirmitate impeditis. Porrige manum iis, qui currere quidem cupiunt, claudicare verò coguntur. Alacris quidem & promta est anima, at caro illam moratur: velox quidem illa ad cœlestia, at tarda ad terrena: tuo verò præsente auxilio, etiam illa, quæ valde videntur difficilia, imò impossibilia, erunt facilia & possibilia.* Fiat igitur voluntas tua, &c. Tandem Homil. CIX. tom. ejusdem, pag. 707. sic hujus petitionis sensum expressit: Κύριε, ὥσπερ ἐγένετο τὸ θέλημά σου ἐν τῷ οὐρανῷ, καί εἰσιν ἄγγελοι ἅπαντες ἐν εἰρήνῃ, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ὁ ὠθῶν καὶ ἀντωθούμενος, οὔτε τύπτων καὶ τυπτόμενος, ἀλλὰ πάντες ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ· οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ἵνα πάντα τὰ ἔθνη ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ δοξάσωμεν τὸν ποιητὴν καὶ σωτῆρα ἡμῶν. *Domine, quemadmodum voluntas tua in cœlo facta est, omnésque Angeli in pace vivunt, nec inter eos est, qui trudat, aut repellat, nec qui verberet & verberetur, sed omnes in profunda pace degunt: ita etiam inter nos, qui in terra vivimus homines, voluntas tua fiat, ut omnes gentes uno ore & uno corde glorificemus Creatorem & Salvatorem nostrum.* Eodem ferè modo explicat Macarius Homil. III. pag. 30. Dicit enim, nos petere ἵνα ὃν τρόπον οἱ ἐν οὐρανοῖς ἄγγελοι σύνεισιν ἀλλήλοις ἐν ὁμονοίᾳ πολλῇ, ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀγάπῃ διάγοντες, καὶ οὐκ ἔστιν ἐκεῖ ἔπαρσις,

παρσις, καὶ φθόνος· ἀλλ' ἐν ἀγάπῃ καὶ εἰλικρινείᾳ μετ' ἀλλήλων εἰσίν· οὕτως, ἵνα καὶ οἱ ἀδελφοὶ ὦσι μετ' ἀλλήλων, κλ. *ut, quemadmodum Angeli in cœlis unâ versantur in magno consensu, in pace & dilectione degentes, nec ibi est elatio vel invidia: sed in charitate & sinceritate inter se versantur: ita etiam fratres inter se vivant, &c.* Cyrillus Jerosol. Catech. Νεοφωτ. V. pag. 220. Ὡς ἐν ἀγγέλοις γίνεταί σου τὸ θέλημα, οὕτω καὶ ἐπὶ γῆς ἐν ἐμοὶ γένοιτο, δέσποτα. *Quemadmodum Angeli tuam faciunt voluntatem: ita da, Domine, ut ego quoque in terra voluntatem tuam faciam.* Isidorus tandem Pelusiota Epist. LXXXV. lib. i. pag. 27. Κελεύει προσεύχεσθαι τὴν τῶν ἄνω δυνάμεων εἰρήνην, τὴν ἀστασίαστον, ἣν καὶ ἡμῖν βραβεῦσαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ἀξίωσον· ἵν' ὥσπερ ἐν αὐτοῖς πάντα κατορθοῦται τὰ θελήματα, οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν τὰ σοι εὐάρεστα γένηται. *Precibus* Christus à *DEO contendere jubet virtutum cœlestium pacem, quæ dissidii omnis expers est: nobis quoque, qui in terra versamur, impertire digneris: ut, quemadmodum in ipsis voluntates tuæ omnes perficiuntur, ita etiam in nobis, quæ tibi grata sunt, fiant.* His omnibus consona leguntur in Germani Theoria Ecclesiastica, pag. 175.

Possemus jam ostendere, *quomodo Angeli voluntatem Dei faciant:* nimirum 1. *DEUM assiduè laudando.* Basilius in Psal. XXVIII. pag. 179. Ἀγγέλοις ἔργον, δοξολογεῖν θεόν· πάσῃ τῇ στρατιᾷ τῶν ἐπουρανίων ἓν τοῦτο ἔργον, δόξαν ἀναπέμπειν τῷ κτίσαντι. *Angelorum opus, laudare DEUM: omnibus cœlestibus exercitibus una hæc cura, gloriam tribuere Creatori.* Theodoretus in Epitome divin. decret. Cap. VII. tom. IV. pag. 267. Λειτουργία τῶν ἀγγέλων ἡ ὑμνῳδία. *Ministerium Angelorum, est hymnorum decantatio.* 2. *Custodiendo fideles*, eorúmque saluti inserviendo. Basilius in Psal. XXXVIII. pag. 221. Ὥσπερ οἱ τῶν πόλεων περίβολοι κύκλῳ πάσαις περικείμενοι, πάντοθεν τὰς πολεμίων προσβολὰς ἀπείργουσιν· οὕτω καὶ ὁ ἄγγελος· καὶ προτειχίζει ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν, καὶ ὀπισθοφυλακεῖ, καὶ οὐδὲ τὰ ἑκατέρωθεν ἀφύλακτα καταλείπει. *Quemadmodum muri civitatis circumducti, omni ex parte arcent & propulsant hostiles insultus: sic etiam Angelus te præmunit à fronte, & à tergo custodit, & nihil utrinque incustoditum relinquit.* Chrysostom. Homil. CLIX. tom. V. pag. 958: Οἱ ἅγιοι ἄγγελοι ὑπηρετοῦσι ταῖς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαις. *Sancti Angeli hominum saluti inserviunt.*

Quomodo Angeli voluntatem Dei faciant.

Insignis locus Apostoli ad Hebr. I. 14. ad quem Theodoret. Θεραπευτ. Serm. III. pag. 52: Κελευόμενοι, διακονοῦσι τῷ θείῳ βουλήματι, τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα σωτηρίας, παρὰ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων στελλόμενοι. *Jussi, imperio divinæ voluntatis obediunt, ab universorum DEO ad humani generis salutem missi.* Ab hac custodia variis insigniuntur nominibus. Vocantur à Gregorio Nysseno, Orat. II. in XL. Martyres, tom. III. pag. 508. θεαταὶ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, *vitæ nostræ spectatores:* à Basilio M. in Cap. VIII. Jesaiæ, tom. I. pag. 1012. ἐπιμεληταὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, *curatores generis humani:* à Chrysostom. in Psalm. XLV. λειτουργικαὶ δυνάμεις, *virtutes ministratoriæ:* à Gregor. Nazianzeno Orat. XXXII. pag. 528. ἔφοροι τῆς ἐκκλησίας, *Ecclesiæ inspectores:* à Theophylacto in Cap. XVIII. Matth. ἔφοροι ἡμῶν, *inspectores nostri:* ab eod. ibid. ἀνθρώπων ἐπιστάται, *hominum præsides.* De his verò omnibus accuratiùs agetur in Thesauro nostro Ecclesiastico, in voce Ἄγγελος.

Angelos imitemur. Cùm ergo Angeli tanta in exequenda voluntate DEI utantur alacritate, quid nostri putamus esse officii? Ut & ipsi omnia membra nostra ad ejus obsequium, ad ejus laudes adhibeamus. Suadet hoc Chrysostom. Homil. II. in Matth. tom. II. pag. 12. Τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ στόμα, καὶ ἀκοὴν διὰ τοῦτο ἡμῖν ἐνέθηκεν ὁ δημιουργὸς, ἵνα αὐτῷ πάντα δουλεύῃ· ἵνα τὰ αὐτοῦ φθεγγώμεθα· ἵνα τὰ αὐτοῦ πράττωμεν· ἵνα ᾄδωμεν αὐτῷ ὕμνους διηνεκεῖς· ἵνα εὐχαριστίας ἀναπέμπωμεν, καὶ διὰ τούτων τὸ συνειδὸς ἑαυτῶν ἐκκαθαίρωμεν. *Oculos, & os, & auditum propterea nobis dedit Creator, ut ipsi omnia serviant: ut, quæ ipsius sunt, loquamur: ut, quæ ipsius sunt, faciamus: ut canamus ei laudes continuas: ut gratiarum actiones offeramus, atque hac ratione conscientiam nostram purgemus.* Cum piis illis Act. XXI. 14. dicamus in omnibus, quæ nobis obveniunt, Τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου γενέσθω. *Vide*; inquit Joh. Gerson Consol. lib. II. Capite primo; *utrum æquius sit, aut te voluntati divinæ conformando subdere, aut ut ipsa tuæ subserviat voluntati.* Respondeat Epictetus Dissertat. lib. IV. Cap. VII. Ἀεὶ μᾶλλον θέλω τὸ γινόμενον· κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι, ὃ ὁ θεὸς θέλει, ἢ ὃ ἐγὼ θέλω. *Semper id quod fit malo: melius enim id esse existimo, quod DEUS vult, quàm quod ego volo.* Nec pejora illa Senecæ, Epist. LXXIV.

Placeat

Placeat homini, quidquid DEO placuit. Sic enim homo ab humanis in divina dirigitur, cùm voluntas humana divina præfertur. Quid ergo? Cum Cæl. Sedulio, ex op. Pasch. lib. II.

Jugibus hoc votis, hoc nocte diéque precemur,
Illius ut fiat cœlo terrâque voluntas,
Quis nusquam vult esse nefas, hostémque nocentem
Utque polo, sic pellat humo, nec corpora nostra
Tanquam vile solum, sævus sibi vendicet hydrus.
Sed qui cuncta fovet plena pietate redundans,
Omnipotens, animas pariter conservet, & artus.
Altera pars etenim cœli sumus, altera terra.

Sed plus ultrà. Quarta Petitio est: ΤΟΝ ΑΡΤΟΝ ΗΜΩΝ ΤΟΝ ΕΠΙΟΥΣΙΟΝ ΔΟΣ ΗΜΙΝ ΣΗΜΕΡΟΝ. Variæ sunt variorum περὶ τοῦ ἐπιουσίου ἄρτου sententiæ. Nos eas ad quinque classes revocabimus.

Quid sit ἄρτος ἐπιούσιος,

variæ sententiæ sunt.

I. Sententia prima eorum est, qui per ἄρτον ἐπιούσιον intelligunt *panem substantiæ nostræ convenientem*: nec cibum solum, sed *omnia alia ad tolerandam & sustentandam hanc vitam necessaria*, nullas tamen delicias. Ita Chrysostom. Homil. XXX. tom. IV. Ἄρτον ἐπιούσιον, τουτέστιν, ἐπὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος διαβαίνοντα, καὶ συγκρατῆσαι ταύτην δυνάμενον. *Ἄρτον ἐπιούσιον, id est, qui ad ipsam corporis essentiam transit, eámque conservare potest.* Vide ibidem plura. Idem in Psalm. CXXVIII. docet, ἄρτον ἐπιούσιον, omnia ad vitam hanc sustentandam necessaria, notare: Διὰ τοῦτο τοιαύτην ἐκελεύσθης εὔχεσθαι εὐχὴν, ἐν ᾗ μόνον ἓν αἴτημα αἰσθητὸν αἰτεῖς, καὶ πλέον οὐδέν. *Propterea talem jussus es precari orationem, in qua unam tantùm petitionem petis terrenam, & nihil ulterius.* Iterum, Homil. LIV. in Genesin, pag. 426. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς τῆς δεσποτικῆς ῥήμασιν ὅρους ἡμῖν καὶ κανόνας ἔθηκεν, μέχρι τίνος δεῖ τὴν περὶ τῶν βιωτικῶν αἴτησιν ποιεῖσθαι, τὰ ῥήματα ἐκεῖνα λέγειν ἡμᾶς ἐκέλευσε, τὰ πάσης φιλοσοφίας γέμοντα, τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, ἀντὶ τοῦ, τὴν τῆς ἡμέρας τροφήν. *Propterea etiam in verbis orationis terminos nobis & cancellos posuit, quatenus mundana sint petenda, dum nos ista verba recitare jussit, omni Philosophia plena*, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, *pro*, diei alimentum. Satis copiosè hanc petitionem examinat Gregor. Nyssenus, Orat.

1. Omnia ad vitam necessaria.

 IV. in

IV. in Orat. Dominicam, tom. I. Præcipua, & quæ hujus maximè sunt loci, huc transferre non pigebit. Pag. 745. scribit: Ζητεῖν προσετάχθημεν τὸ πρὸς τὴν συντήρησιν ἐξαρκοῦν τῆς σωματικῆς οὐσίας. Τὸν ἄρτον δὸς, τῷ θεῷ λέγοντες, οὐ τρυφὴν, οὐδὲ πλοῦτον, οὐκ εὐανθεῖς ἁλουργίδας, οὐ τὸν ἐκ χρυσίου κόσμον—οὐδέ τι τοιοῦτον οὐδὲν, δι᾽ ὧν ἀφέλκεται ἡ ψυχὴ τῆς θείας τε καὶ προτιμοτέρας φροντίδος· ἀλλὰ τὸν ἄρτον. *Quærere jussi sumus id, quod satis sit ad naturam corporis conservandam.* Panem da, *ad DEUM dicentes, non luxum, non divitias, non floridas vestes purpureas, non ornamenta aurea—neque quidquam tale, per quæ anima à divina ac potiori cura abstrahitur: sed* panem. Et p. 746. dicit, Christum hac petitione ita nos mortales alloqui: Παύσασθε οἱ ἄνθρωποι περὶ τὰ μάταια ταῖς ἐπιθυμίαις διαχεόμενοι· παύσασθε τὰς τῶν πόνων ἀφορμὰς καθ᾽ ὑμῶν αὐτῶν πλεονάζοντες· μικρόν ἐστί σοι τὸ τῆς φύσεως ὄφλημα· τροφὴν χρεωστεῖς τῷ σαρκίῳ σου, πρᾶγμα μέτριόν τε καὶ εὐπόριστον, εἰ πρὸς τὴν χρείαν βλέπεις. *Desinite, ò homines, circa res vanas cupiditatibus diffundi ac distineri: desinite laborum adversum vosmetipsos caussas & materias accumulare: exiguum est, quod naturæ debes: cibum debes carunculæ tuæ, rem & modicam & paratu facilem, si usum & necessitatem spectes.* Et paulò pòst: Τὸν ἄρτον αἴτει διὰ τὴν τῆς ζωῆς χρείαν· τούτου σε ὀφειλέτην ἐποίησεν ἡ φύσις τῷ σώματι· τὰ δ᾽ ὅσα παρευρῆται τοῖς τῶν τρυφώντων ἐπινοίαις, ταῦτα τῶν ζιζανίων ἐστὶ παρασπορᾶς. ὁ σπόρος τοῦ οἰκοδεσπότου ὁ σῖτος ἐστὶν, ἐκ δὲ τοῦ σίτου ὁ ἄρτος γίνεται. *Panem pete propter vitæ necessarium usum: hujus se corpori debitorem natura fecit. Cætera, solertiâ deliciis ac luxui deditorum excogitata & inventa, de zizaniorum juxtà satorum semine sunt. Semen patrisfamilias, frumentum est, ex frumento autem panis conficitur.* Et pag. 750. de Christo dicit, Ἄρτον εἰπὼν, πᾶσαν τὴν σωματικὴν περιλαμβάνει χρείαν. *Dum* panem *dicit, omnia ad corpus necessaria complectitur.* Non alia sententia occurrit apud Basilium M. in Regulis brevioribus, Interrog. CCLII. tom. II. pag. 624. τὸν ἐπιούσιον ἄρτον, τουτέστι τὸν πρὸς τὴν ἐφήμερον ζωὴν τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν χρησιμεύοντα. Panem quotidianum, *qui ad quotidianam vitæ sustentationem substantiæ nostræ conducit.* Et Theophylacto in Cap. VI. Matth. Ἄρτος ἐπιούσιος, est ἄρτος ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐτάρκης, *panis qui substantiæ & constitutioni nostræ sufficit.* Et in C. XI. Lucæ

ὁ ἐπὶ

ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν, καὶ συστάσει τῆς ζωῆς συμβαλλόμενος· οὐχ ὁ περιττὸς πάντως, ἀλλ' ὁ ἀναγκαῖος. *Qui substantiæ nostræ, & vitæ conservandæ conducit: non superfluus, sed necessarius.* Damasc. Orth. fidei lib. IV. C. XIV. inter alia dicit intelligi ἄρτον πρὸς συντήρησιν τῆς οὐσίας ἡμῶν λαμβανόμενον, *panem, qui comeditur ad substantiam nostram conservandam.* Et Cyrill. lib. II. Glaph. p. 286. dicit per ἄρτον ἐπιούσιον notari τὰ εἰς ζωὴν ἐπιτήδεια, *ad vitam necessaria.* Tandem Theodoretus ad Philipp. IV. 19. ex hac Orationis Dominicæ petitione ostendit, licuisse à Philippensibus Paulo petere τὴν κατὰ τὸν παρόντα βίον χρείαν, *ad præsentem vitam necessaria.* In eandem sententiam multi etiam ex Latinis scripserunt. August. Serm. CXXVI. de tempore: *Consequenter jam post cælestia etiam terrestria postulamus, sed tamen necessaria.* Tertull. de Jejunio advers. Psychic. ait, Dominum *in ordinaria Oratione panem mandâsse postulare, non Attalicas divitias.* Et quia *hoc pane*, id est, rebus ad hanc vitam necessariis singulis egemus diebus, non pauci ἐπιούσιον ἄρτον interpretantur *panem quotidianum.* Gregor. Nyssenus Orat. IV. in Orat. Dom. vocat ἄρτον τῆς σημερινῆς χρείας, & τὸ ἐφήμερον: Chrysost. Homil. LIV. in Genesin, τὴν τῆς ἡμέρας τροφήν: Homil. XIX. in Matth. ἄρτον ἐφήμερον: Homil. XLIII. in Joh. ἄρτον καθημερινόν: Homil. XXX. ἐφήμερον τροφήν: Græca versio vulgata, τὸ ψωμίμας τὸ καθημερινόν. Qui vocem ἐπιούσιος hac ratione interpretantur, eam conflatam esse volunt ex ἐπὶ & οὐσία. Hanc verò sententiam rejicit magnus Scaliger Epist. CCCCXLIV. his verbis: Ἐπιούσιος ἄρτος *elegantissimè formatum* ἀπὸ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας: *non, ut major pars veterum & recentiorum*, ἀπὸ τῆς οὐσίας, *quod est ineptissimum. Tunc enim dicendum fuisset* ἐπουσίον, *non* ἐπιούσιον. *Miror*, addit idem, *doctissimum Bezam ab* ἐπὶ & οὐσία *deduxisse, & tamen* quotidianum, *ut vetus Interpres, vertisse: quæ sunt pugnantia.* Cl. Salmasius etiam vult, ἐπιούσιον ab alio aliquo verbo, quàm à substantivo εἰμὶ deducendum esse.

II. Secunda sententia eorum est, qui ἐπιούσιον interpretantur *supersubstantialem.* Id facit Hieronymus: ipse enim correcta veteri illa versione Latina, quæ ἄρτον ἐπιούσιον reddiderat, *panem quotidianum*, reposuit, *panem supersubstantialem.* At- *2. Supersubstantialis.*

Hh 3 que

que ita hodie exstat in vulgari. Ἐπιούσιον nimirum, ut Cl. Salmasius observat, accepit quasi ἐπὶ οὐσία, *supra substantiam*, ut ἐπιμέτριον dicitur, quod est *supra mensuram*. Sed Ἐπιούσιον Græci hoc sensu dicerent, non ἐπιούσιον.

3. *Panis subsequentis diei.*

III. Tertia sententia vult, ἄρτον ἐπιούσιον esse ἄρτον ἐπιούσης ἡμέρας, *panem subsequentis diei.* Ita Scaliger; ita etiam alii. Cl. Salmasius eam rejicit. Cùm Christus, inquit, βαττολογίαν Ethnicorum condemnat, manifestè innuit, DEUM scire, quibus indigeamus, & propterea non vult, ut à DEO Patre petamus quorum noster indiget usus. Sequentia etiam illud manifestè probant: *Quærite ante omnia regnum cœlorum, &c.* Hæc omnino probant, panem illum ἐπιούσιον non esse panem crastini diei. Nam qui vetat nos cogitare de crastino, non juberet in ea comprecatione nos postulare, repræsentari nobis à DEO panem crastinum. Nemo ex veteribus ita explicat. Inepta foret petitio, *Da nobis hodie panem nostrum crastini diei.* Et paulò pòst: Neque ἐπιούσιος ἄρτος potest esse panis τῆς ἐπιούσης, diei crastini. Primùm enim ἐπιούσιος ab ἐπιοῦσα vix potest formari, sed esset ἐπιουσιακός. Deinde, etiamsi in usu ἡ ἐπιοῦσα dicatur de postero die, subintelligendo ἡμέρα, non tamen ab eo bene deduceretur ἐπιούσιος, pro *crastino*. Nam ἐπιοῦσα non absolutè est *dies crastinus*, sed futuram & venturam quamcunque rem denotat. Nam ἐπιοῦσα est ἐπερχομένη, ut ἐπιών, ἐπερχόμενος. Etiam ἐπιοῦσα ἑορτὴ dicitur de die festo venturo, etiamsi post plures dies sit adfuturus. Postremò, nihil ineptiùs quàm panem crastini diei quotidie petere.

4. *Ipse Christus, panis vitæ.*

IV. Quarta sententia per ἄρτον ἐπιούσιον ipsum intelligit Christum, panem illum ζωοποιόν. Hanc sententiam jam suprà, Cap. IV. pag. 126. & 127. tum ex Patribus, tum ex Cl. Salmasio proposuimus. Hoc loco eandem ex eodem partim Salmasio, partim ex veteribus probatam dabimus. Observat Cl. Salmasius, in Hebræo Matthæi, teste Hieronymo, fuisse לחם מחר, id est, *panis crastinus*, vel *crastini*: illud autem מחר non tantùm crastinum diem denotare, sed posterum omnino tempus & futurum, quamvis longiùs remotum. Sic Exodi XIII. 14. Ἐὰν δέ ἐρωτήσῃ σε ὁ υἱός μετὰ ταῦτα. *Si in posterum te filius interroget:* si in

ſi in tempore futuro. Quod in Hebræo eſt מחר. Ita ergo in precatione Dominica לחם מחר *panis craſtini*, non *craſtinus* exponendum, ſed *futurus*, ut rectè Hieronymus accipit. Græcus Interpres ad verbum id reddidit, ἐπιούσιος ἄρτος, *panis futurus*, vel *venturus*. Omnia Salmaſius habet. Reliqua ex ſuperioribus petantur. Præter teſtimonia Patrum jam ſuprà allata, ſequẽtia inſuper ſubjicimus. Procopius ad Leviticum, ἄρτον ἐπιούσιον, interpretatur τὸν καταβάντα ἀπ᾽ οὐρανοῦ. Verba ejus ſunt: Ὅτι καὶ τὸ θεῖον ἡμῖν ἐδωρήσατο βάπτισμα· ὅτε καὶ τοῦ ἄρτου, τοῦ καταβάντος ἐξ οὐρανοῦ μετειλήφαμεν. *Quando divinum nobis largitus eſt baptiſma: quando etiam panis, qui è cœlo deſcendit, participes facti ſumus.* Theophylactus in Cap. VI. Matthæi, poſtquam dixiſſet ἄρτον ἐπιούσιον, notare τὸν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐτάρκη, addit: Ἀναιρεῖ δὲ τὴν περὶ τοῦ αὔριον μέριμναν, καὶ τὸ σῶμα δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἄρτος ἐστὶν ἐπιούσιος· οὗ μεταλαμβάνειν ἀκατακρίτως εὐχόμεθα. *Tollit autem*, nempe Chriſtus, *curam de craſtino. Quin & corpus Chriſti panis eſt* ἐπιούσιος: *cujus eſſe participes citra condemnationem precamur.* Tertullianus lib. de Orat. Cap. VI. pag. 181. *Quanquam* panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, *ſpiritualiter potius intelligamus. Chriſtus enim panis noſter eſt, quia vita Chriſtus, & vita panis.—Tum quòd & corpus ejus in pane cenſetur*: Hoc eſt corpus meum. *Itaque petendo* panem quotidianum, *perpetuitatem poſtulamus in Chriſto, & individuitatem à corpore ejus.* Cyrillus etiam Alex. lib. XIII. de Adoratione, pag. 471. de Chriſto, pane ſpirituali intelligit, dum dicit, nos juſſos eſſe petere σαρκικὸν μὲν οὐδὲν, θεῖα δὲ πάντα καὶ πνευματικὰ, *nihil carnale, ſed ſolùm divina & ſpiritualia.*

Nec malè de Chriſto hæc ſumi, etiam inde colligi videtur, quia ipſe ſe frequenter Salvator noſter ἄρτου nomine inſignire ſolet. Et meritò. Panis corpora noſtra ſuſtentat, corroborat. Ita Chriſtus ἄρτος, ἐπειδὴ δι᾽ αὐτοῦ ἰσχυροποιούμεθα, *quia per eum corroboramur*, ut loquitur Epiphanius, Hæreſi LXIX. pag. 324. Baſilius M. lib I. contra Eunom. Chriſtus vocatur ἄρτος, ὡς οἰκειοτάτη τροφὴ λογικοῦ τυγχάνων, τῷ διακρατεῖν τὴν σύστασιν τῆς ψυχῆς, καὶ τὸ ἰδίωμα αὐτῆς διασώζειν, ἀναπληρῶν ἀεὶ παρ᾽ ἑαυτοῦ τὸ ἐνδέον, καὶ πρὸς τὴν ἐξ ἀλογίας ἐγγινομένην ἀῤῥωστίαν οὐκ ἐῶν ἀπο- *Cur Chriſtus ἄρτος dicatur.*

ϕέρε-

φέρεσθαι, *quia convenientissimus rationi cibus est, dum anima statum conservat, ejúsque proprietatem tuetur, semper supplens de suo quicquid illi deest, nec sinens, ut ad infirmitatem, quam altera pars illa hominis rationis expers gignit, delabatur.* Chrysost. Homil. XLVI. in Johannem hanc reddit rationem: οὕτω ζωὴν ἡμῶν συγκροτεῖ καὶ ταύτην, καὶ τὴν μέλλουσαν. *Quia vitam nostram, & præsentem & futuram conservat.* Ammonius in Catena in Cap. VI. Johannis: Ὁ χριστός ἐστι τὸ μάννα, ὡς φύσει ζωὴ ὢν, καὶ τὰ πάντα ζωογονῶν, ὅς ἐστιν ἄρτος ὁ τρέφων ψυχὴν καὶ σῶμα. *Christus manna est, ut qui naturâ suâ vita est omnia vivificans, & panis, qui animam & corpus nutrit.* Ibid. Cyrillus Alexandr. ὅπερ ἄρτος ἡμῖν ἐκ γῆς ἐδέσματα, τὴν ἀσθενῆ φύσιν τῆς σαρκὸς οὐκ ἐῶν καταφθείρεσθαι· τοῦτο καὶ αὐτὸς διὰ τῆς τοῦ πνεύματος ἐνεργείας, τὸ πνεῦμα ζωοποιῶν, καὶ οὐ μέχρι τούτων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα συνέχων εἰς ἀφθαρσίαν. *Ut panis hic terrestris, imbecillitatem carnis nostræ sustentans, eam à corruptione vindicat: ita & ipse per Spiritus operationem spiritum nostrum vivificat; nec hoc tantùm, sed & corpori ipsi communicat incorruptionem.*

5. Verbum DEI. V. Tandem alii per ἄρτον ἐπιούσιον non tam *panem corporalem*, quàm *spiritualem*, nempe verbum DEI, intelligi volunt. Chrysostomus, quamvis in superioribus de *pane corporali* explicet, Homiliâ tamen CIX. tom. V. pag. 707. intelligit *verbum DEI.* Ἐπιούσιον ἄρτον λαβεῖν αἰτοῦμεν. Ἄρτος δὲ ψυχῆς λόγος θεοῦ, καθὼς ἔφη τις τῶν ἁγίων· Ἄνοιγε, τέκνον, σὸν στόμα λόγῳ Θεοῦ. καὶ διὰ τοῦτο συχνοτέρως μνημονεύειν Θεοῦ καλὸν ἢ ἀναπνεῖν. *Petimus accipere* panem ἐπιούσιον: *panis autem animæ verbum DEI, quemadmodum sanctorum quis dixit:* Aperi, fili, os tuum verbo Dei. *Propterea frequentiùs DEI meminisse bonum est, quàm respirare.* Isiodorus Pelusiota Epist. XXIV. lib. IV. pag. 425. per ἄρτον ἐπιούσιον, intelligit ἢ τὸν τῇ ψυχῇ ἁρμόδιον, ἢ τὸν τῇ σαρκὶ αὐτάρκη, *vel animæ convenientem, vel carni sufficientem.* Non tantùm ἄρτον σώματος, sed etiam ἄρτον ψυχῆς, λόγον Θεοῦ interpretatur etiam Germanus in Theoria Ecclesiast. pag. 175. ex allato Chrysostomi loco. De verbo DEI hanc petitionem etiam explicat Sedulius, oper. Pasch. lib. II.

Anno-

Annonam fidei speramus pane diurno,
Ne mens nostra famem doctrinæ sentiat unquam,
A Christo jejuna suo, qui corpore & ore
Nos saturat, simul ipse manens verbúmque cibúsque.
Dulcia nam Domini nostris in faucibus hærent
Eloquia, exsuperántque favos atque omnia mella.

Qui pluribus hanc materiam tractatam videre cupit, adeat Balduinum Walæum ad Matth. VI. 11. Christianum Becmanum de Originib. Latinæ linguæ, pag. 7. Matthiam Martinium in voce *Quotidianus*: Ravanellum in voce *Panis*: alios.

CAPUT XI.
DE DUABUS POSTREMIS PETITIONIBUS ET EPLOGO ORATIONIS DOMINICÆ.

Ὀφείλημα & ὀφειλέτης quid. Ἀφιέναι quid. Sensus petitionis quintæ. Omnes homines sunt peccatores. Pii sua peccata agnoscunt & confitentur. Stultum est, peccata dissimulare. DEO peccata confitenda. Ἐκπομπεύειν quid. Solus DEUS peccata remittere potest. Pelagiani petitionem quintam everterunt. Sexta petitio. Tentatio sumitur I. *Propriè, & notat* 1. *Tentationem probationis, quæ* a. *vel bona & licita est. Cur DEUS pios tentet. Cur Abrahamus tentatus.* b. *vel mala & illicita.* 2. *Tentationem seductionis, cujus autor non est DEUS, sed diabolus, mundus & caro. Omnia fiunt DEO vel permittente, vel efficiente. Sæpe DEUS ea facere dicitur, quæ fieri sinit. Tentatio seductionis duplex:* a. *quâ diabolus homines tentat:* b. *quâ unusquisque tentatur à carne. II. Tentatio sumitur impropriè pro afflictionibus. Quid per πονηρὸν intelligatur. Epilogus. Δύναμις in Scriptura notatur per βραχίονα, χεῖρας, δεξιὰν, χεῖρα, δάκτυλον. Δύναμις notat I. Potentiam DEI, quæ significat* a. *Omnipotentiam. παντοκράτωρ quid. De objecto potentiæ DEI. DEUS plura potest quàm vult. Quidam voluntatem DEI statuerunt mensuram potentiæ divinæ. Objectum potentiæ divinæ est τὸ δυνατόν. Ἀδυνάτου species. Quæ DEUS non possit. In DEUM nullus cadit defectus. Facta non pos-*

sunt infecta reddi. b. *Organum, quo DEUS utitur ad salvandos electos.* II. *Potentiam Angelorum, ob quam vocantur* δυνάμεις, θρόνοι, κυριότητες. Δόξα *notat* 1. *DEI majestatem.* 2. *Filium DEI.* 3. *Spiritum sanctum.* Ἀιὼν *notat* 1. *Hominis vitam.* 2. *Tempus mille annorum.* 3. *Præsentem & futuram vitam.* 4. *Æternitatem, quæ DEO competit: ob hanc æternitatem DEUS vocatur* βασιλεὺς τῶν αἰώνων. πρὸ αἰώνων *&* πρὸ αἰῶνος *eandem DEI æternitatem designant.* 5. *Mundum corruptum, & actiones pravas.* Ἀμὴν *quid. In sacra Cœna* Amen *adhibitum.* Δοξολογία *cur Orationi addita.*

Ὀφείλημα & ὀφειλέτης quid.

EXaminatis prioribus quatuor Orationis Dominicæ petitionibus, ad quintam progredimur, inque ea ante omnia expendimus voces ὀφείλημα & ὀφειλέτης. Vox ὀφείλημα, siquidem propriam ejus spectemus significationem, *debitum* notat. Optimæ Glossæ: *Debitum.* Ὀφείλημα. Χρέος. Hoc sensu usurpatur I. Maccab. XV. 8: Καὶ πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν, καὶ τὰ ἐσόμενα βασιλικὰ, ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀφιέσθω σοι. *Et omne debitum regium, & quæcunque futura sunt regia, ex nunc, & in omne tempus remittantur tibi.* Idem quod ὀφειλή. Hesychius: Ὀφειλὴ, χρέος, δάνειον. *Debitum, mutuum.* Glossæ: Ὀφειλή. *Debitum.* Eandem significationẽ habet Ὄφλημα, ab ὄφλω, quod est, interprete Hesychio, ὀφείλειν, χρεωστεῖν, *debere.* Iterũ Hesychius: Ὄφλημα, χρέος, δῶρον. *Debitũ, donũ.* χρέος, ὄφλημα, χρεώστημα. Et, Ὀφλήμασι, χρεωστήμασιν. Itẽ: Δάνειον, ὄφλημα, χρεία. *Debitum, necessitas.* Ita ὀφειλέτης vulgò *debitorẽ* notat. Hesychius: Ὀφειλέτης, χρεώστης. *Debitor.* Et Glos. eod. modo: *Debitor,* χρεώστης, ὀφειλέτης. Hoc sensu occurrit Matth. XVIII. 24. Deinde verò ὀφείλημα notat *delictum, peccatum,* & ὀφειλέτης *peccatorem.* Satis usitata hæc significatio in novo Testamento. Exempla occurrunt hoc ipso loco, quando precamur, *Et remitte nobis* τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, *peccata nostra, quemadmodum & nos remittimus* τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, *debitoribus nostris,* id est, iis, qui adversus nos peccaverunt. Quæ hoc versu, nempe 12. Cap. VI. Matthæi, dicuntur ὀφειλήματα, ea statim versu 14. vocantur παραπτώματα, *delicta, peccata, lapsus.* Lucas autem Cap. XI. 4. quæ Matthæus ὀφειλήματα vocat, nominat ἁμαρτίας: & Cap. XIII. quos versu 2. ἁμαρτωλοὺς vocavit, eosdem versu 4. vo-

cat

cat ὀφειλέτας. Vide de hoc Cl. Vorſtii Philologiæ ſacræ Cap. III. pag. 78. Illis nos adjungimus conſenſum Veterum, qui ὀφειλήματα ſunt interpretati ἁμαρτίας, & ὀφειλέτας, ἁμαρτάνοντας. Chryſoſt. Homil. CIX. tom. V. Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν. τουτέστιν, ἄφες ἡμῖν τὰ χρέη ἡμῶν, τουτέστι, τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν καὶ τὰ πταίσματα. *Remitte nobis debita noſtra, id eſt, remitte nobis peccata noſtra & lapſus.* Germanus in Theoria Eccleſiaſtica pag. 175. verba, Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, effert, Συγχώρησον ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν. *Remitte, condona nobis peccata noſtra.* Et mox: Ἄφες ἡμῖν τὰ χρέα ἡμῶν, τουτέστι, τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τὰ πταίσματα. *Remitte nobis peccata noſtra, & lapſus.* Rurſus Chryſoſt. verba, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, loco ſuprà laudato, reddit, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν πᾶσι τοῖς πταίουσι καὶ ἁμαρτάνουσιν εἰς ἡμᾶς. *Sicut & nos remittimus omnibus nos offendentibus, in nos peccantibus.* Eodem modo ex Chryſoſtomo Germanus Conſtantinop.

Quemadmodum ὀφείλημα & ὀφειλέτης forenſem propriè habent ſignificationem, ita ἀφιέναι eandem nonnunquam admittit, & de debitis dici ſolet, ut ex Lexicis ſatis notum. Hoc loco idem quod συγχωρεῖν, *remittere, condonare.* Gloſſæ: Ἀφίημι. *Remitto, dimitto, &c.* Ἄφες. *Remitte.* Septuaginta Interpretes verbum סלח, quod eſt *pepercit, propitius fuit, condonavit, ignovit, remiſit debitum, peccatum,* ſæpe per ἀφιέναι reddiderunt. Levit. IV. 20. verba ונסלח להם, *& dimittetur eis,* reddunt, καὶ ἀφεθήσεται αὐτοῖς ἡ ἁμαρτία, *& remittetur eis peccatum.* Eodem modo v. 26. 31. 35. Cap. V. 10. Numer. XIV. 19. XV. 25. & alibi. Hinc ἄφεσις eſt *remiſſio.* Gloſſæ: Ἄφεσις. *Emancipatio, dimiſſio, remiſſio.* Heſychius: Ἄφεσις, ἀπόλαυσις, συγχώρησις. *Dimiſſio, remiſſio.* Legendum ἀπόλυσις. Hinc ἄφεσις ἁμαρτιῶν, *remiſſio peccatorum* in Symbolo. Aliâs συγχώρησις ἁμαρτημάτων vocatur à Chryſ. Hom. XXXVI. in Acta. Ἀσυγχώρητος ἁμαρτία, vel ἀσύγγνωστος, id eſt, πάσης συγγνώμης μείζων, ut loquitur Chryſ. Hom. XIV. in Epiſt. ad Romanos, *omni venia majus peccatum.* Aliâs ἀναπόνιπτος ἁμαρτία, *peccatum nunquam eluendum,* juxta Cyrill. Alex. ad v. 4. Cap. I. Jeſajæ, vel ἀναπόδειπτος ἁμαρτία, *indelebile peccatum,* ibidem. Juſtinus Martyr reſp. ad Quæſt. CXLI. Orthod. *peccatum remiſſibile* vocat συγγνωστὴν ἁμαρτίαν.

Ἀφιέναι *quid.*

Sensus hujus Petitionis.

Vocibus explicatis, in ipsum petitionis hujus sensum meritò inquirimus. Totam petitionem commodè satis expressit Sedulius, Oper. Paschal. lib. II.

Debita laxari qui nobis cuncta rogamus,
Nos quoque laxemus proprii nam cautio verbi
Spondentes manifesta tenet, graviúsque soluti
Nectimur, alterius si solvere vincla negamus.
Incipiét que pius decies millena talenta
Dimittens Dominus, si nos affligere propter
Denarios centum conservum senserit ullum,
Tradere confestim tortoribus, inque feroci
Carcere constrictis non permittemur abire,
Donec cuncta brevem reddamus ad usque quadrantem.

Nec minùs nervosè Chrysostomus Homil. LX. tom. VI. quæ est περὶ μνησικακίας καὶ ὀργῆς, pag. 618. Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Τί τούτου πρᾳότερον; τί δὲ ἡμερώτερον τοῦ προστάγματος; Σὲ κριτὴν ἐποίησε τῆς συγχωρήσεως τῶν σῶν ἁμαρτημάτων. Ἂν ὀλίγα ἀφῇς, ὀλίγα ἀφίεται· ἂν πολλὰ ἀφῇς, πολλὰ ἀφίεται· ἂν ἀπὸ καρδίας ἀφῇς καὶ καθαρῶς, οὕτω σοι καὶ ὁ Θεὸς ἀφίησι. Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. *Quid hoc præcepto mitius? quid suavius? Te judicē remissionis, peccatorū tuorū fecit. Si pauca remiseris, pauca remittūtur: si multa remiseris, multa remittuntur: si ex animo & sincerè remiseris, ita etiā tibi Deus remittit.* Et paulò pòst: Ὅταν εἴπῃς, Ἄφες ἡμῖν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν, εἶτα σὺ μὴ ἀφῇς, οὐδὲν ἕτερον τὸν Θεὸν παρακαλεῖς, ἀλλ' ἢ πάσης ἀπολογίας ἀποστερεῖν σε καὶ συγγνώμης. *Quando dicis*, Remitte nobis, sicut & nos remittimus, *deinde verò non remittas, DEUM nihil aliud rogas, quàm ut omni venia & excusatione te privet.* Idem Homil. XLVI. tom. 5. pag. 314. Ἄφες δουλικὰ ἁμαρτήματα, ἵνα λάβῃς συγχώρησιν δεσποτικῶν ἁμαρτημάτων. Εἰ δὲ μεγάλα ἠδίκησεν, ὅσῳπερ ἂν μείζονα ἀφῇς, τοσούτῳ μείζονα λήψῃ τὴν συγχώρησιν. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐδιδάχθημεν λέγειν· Ἄφες ἡμῖν, καθὼς ἀφίεμεν· ἵνα μάθωμεν, ὅτι τὸ μέτρον τῆς ἀφέσεως παρ' ἡμῶν πρῶτον λαμβάνει τὴν ἀρχήν. *Remitte servo peccata, ut consequaris Dominicam peccatorum remissionem. Quod si magnâ te affecerit injuriâ, quò majora remiseris, eò majorem consequeris remissionem. Propterea namque dicere*

doctisumus: Remitte nobis, sicut nos remittimus: *ut discamus mensuram remissionis à nobis primordia capere.* Nemo tamen existimet, remissionem nostram, caussam esse, cur temporales nobis Deus pœnas dimittat. Nihil minùs. Etenim remissio nostra aliis facta, signũ tantùm est atq; effectum nostræ apud Deum remissionis. Hoc agnovit Chrys. Homil. I. in Epist. ad Philemonem: Ἐννόησον, ὅτι ἐὰν μὴ ἀφῇς, οὐ δυνήσῃ τοῦτο μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν· ἂν δὲ ἀφῇς, ὀφειλὴν τὸ πρᾶγμα ἀπαιτεῖς, οὐ διὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ δεδωκότος φιλανθρωπίαν. *Considera, si non remittas, te illud liberè & cum fiducia dicere non posse: si verò remittas, rem tanquam debitum exigis, non propter rei naturam, sed ob dantis humanitatem.*

Ex hac autem petitione, omnibus sine discrimine discipulis à Christo præscripta, luce meridiana clarius patet, omnes homines, ne fidelibus quidem & electis, quamdiu in hoc versantur mundo, exceptis, peccatores esse. Dicta Scripturæ, quæ hoc evincunt, ubivis obvia. Patrum etiam audire lubet consensum. Theodoretus, Quæst. IX. in Numeros: Τρεπτὴν ἔχουσαν τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, πάντων ἀπηλλάχθαι τῶν ἁμαρτημάτων οὐχ οἷόν τε. *Cùm natura hominum mutabilis sit, fieri nequit, ut ab omnibus peccatis sit libera.* Athanas. de Incarnat. Verbi contra Samosat. tom. I. pag. 592. Τὸ γὰρ, οὐκ ἔστι δίκαιος ἐπὶ τῆς γῆς, ὃς ποιήσει τὸ ἀγαθὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεται, κοινὸν δήπου κατὰ πάντων ἀνθρώπων ἐστίν. *Illud enim,* Non est justus in terra, qui bonum faciat, & non peccet, *ad omnes in genere homines pertinet.* Basil. M. Homil. de Pœnitentia, pag. 242. Ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀναμάρτητος· ἑνὶ γὰρ μαρτυρεῖται, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν. *Nemo mortalium sine peccato est: uni enim hoc testimonium perhibetur, quòd peccatum non fecerit.* Cyrillus Alex. lib. IV. de Adoratione, pag. 129: Νοσεῖ ἡ φύσις, τὸ μὴ δύνασθαι παντελῶς ἀμοιρεῖν ἁμαρτίας. *Eo morbo laborat natura humana, ut à peccato prorsus immunis esse nequeat.* Hoc ipsum sanctus Macarius multis inculcat. Homil. XVI. pag. 250. docet, eos, qui se à peccatis immunes esse dicant, similes esse iis, qui ferè licèt submersi, id tamen non agnoscant. En tibi verba ejus. Οἱ λέγοντες μὴ εἶναι τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, οὕτως εἰσὶν, ὡς ὑπὸ πλημμύρας

Omnes homines sunt peccatores.

μύρεσι ὑδάτων πολλῶν καταπεποντισμένοι, καὶ τοῦτο μὴ ὁμολογοῦντες, ἀλλὰ λέγοντες, ἦχον ὑδάτων ἠκούσαμεν· οὕτω καὶ αὐτοὶ καταπεποντισμένοι ὑπὸ τοῦ βυθοῦ τῶν κυμάτων τῆς κακίας, οὐ λέγουσιν εἶναι ἐν τῷ νῷ καὶ τοῖς λογισμοῖς αὐτῶν ἁμαρτίαν. *Qui dicunt, peccatum non esse in homine, similes sunt illis, qui, etsi aquarum involuti sint undis, illud tamen non agnoscunt, sed dicunt, se aquarum audivisse strepitum: ita etiam illi in profundos malitiæ fluctus demersi, non dicunt in mente & cogitationibus suis peccatum esse.* Nec est, quòd quisquam regerat, hæc de hominibus dici ante regenerationem: nam de sanctis idem Macarii judicium est Homil. XVII. pag. 261. Οἱ διάκρισιν ἔχοντες, καὶ ὄντες φρόνιμοι, οὐ τολμῶσιν ἀρνήσασθαι, ὅτι ἔχοντες τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνεργούμεθα ὑπὸ αἰσχρῶν καὶ ῥυπαρῶν λογισμῶν. *Qui donum discernendi & dijudicandi habent, atque prudentes sunt, non audent affirmare, cùm habeant gratiam DEI, se à turpibus & sordidis non vexari cogitationibus.* Et mox, pagina sequenti: Οὐδεὶς τῶν ἐχεφρόνων τολμᾷ εἰπεῖν, ὅτι συνούσης μοι τῆς χάριτος τὸ ὅλον ἠλευθέρωμαι τῆς ἁμαρτίας, κλ. *Nemo prudens dicere audet, quoniam præsentem habeo gratiam, prorsus à peccato liber sum. &c.* Et Homil. L. pag. 566. 567: Ὁ βοηθούμενος ὑπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ δεξιούμενος ἐν εὐφροσύνῃ πνευματικῇ, καὶ χαρίσμασιν ἐπουρανίοις, ἐὰν νομίσῃ μηκέτι ῥαθυμεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀπατᾶται κλεπτόμενος μὴ διακρίνων τὴν λεπτότητα τῆς κακίας, καὶ μὴ συνιὼν τὴν κατὰ μέρος γενομένην τῆς νηπιότητος αὔξησιν, καὶ τελειότητα ἐν χριστῷ. *Si is, qui Domini experitur auxilium, & gaudio fruitur spirituali donisque cœlestibus, existimat se à peccato non infestari, seducitur, inq; fraudem impellitur, dum non discernit peccati subtilitatem, nec intelligit, quomodo infantia paulatim crescat, & in Christo ad perfectionem emergat.* Quàm accurata hoc loco sit Concilii Carthaginensis definitio, deinceps etiam videbimus.

Pii sua peccata confitentur.

Nec peccatores tantùm sunt homines etiam electi & sancti: sed sua quoque peccata agnoscunt & confitentur. Multa in hanc sententiam leguntur apud Chrysostomum Homil. XXXI. in Epist. ad Hebræos. Præcipua tantùm damus. Pag. 589. dicit, τὸν μετανοοῦντα οὐδέποτε χρὴ λήθῃ παραδοῦναι τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ τὸν μὲν Θεὸν παρακαλεῖν μὴ μνησθῆναι αὐτῆς, κλ. *resipiscentem nunquam oportet peccatum oblivione sepelire, sed DEUM rogare, ne e-*

jus

jus memor sit, &c. Cl. Rittershusius sacrarum Lect. lib. V. Cap. VI. anxiè satis probat, legendum esse τὸ μεταγνοῦντα οὐδέ ποτε χρὴ προδοῦναι, *prodere, edere*, vel *evulgare*, ut conveniat cum verbo ἐκπομπεύειν, quod ibidem occurrit: at cùm exemplar Anglicanum legat λήθη παραδοῦναι, nihil omnino mutandum: sententia namq; magis est perspicua, quàm si προδοῦναι legeremus. Considerentur λήθη παραδοῦναι, & μὴ μνησθῆναι ἁμαρτίας, atque res erit expedita. Ibidem mox sequitur: Ἁμαρτία ὁμολογουμένη, ἐλάττων γίνεται· μὴ ὁμολογουμένη δὲ, χείρων. *Si peccatum confiteamur, minus fit: si verò non confiteamur, pejus.* Item: Μέγα ἀγαθὸν, ἐπιγινώσκειν τὰ ἁμαρτήματα, καὶ μιμνήσκεσθαι αὐτῶν διηνεκῶς· οὐδὲν οὕτω θεραπεύει πλημμέλειαν, ὡς μνήμη διηνεκής· οὐδὲν οὕτως ὀκνηρὸν ἄνθρωπον ποιεῖ πρὸς κακίαν.——πείθωμεν ἑαυτοὺς ὅτι ἡμάρτομεν. Μὴ τῇ γλώττῃ λέγωμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ διανοίᾳ. Μὴ ἁμαρτωλοὺς καλῶμεν ἑαυτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἀναλογιζώμεθα, κατ᾽ εἶδος ἕκαστον ἀναλέγοντες. *Magnum est bonum, peccata agnoscere, eorúmque semper meminisse. Nihil æquè errorem sanat atque perpetua ejus memoria: nihil hominem æquè reddit segnem ad malitiam.——Persuadeamus nobis ipsis, quod peccaverimus: ne linguâ tantùm dicamus, sed etiam mente: ne nos ipsos tantùm appellemus peccatores, sed etiam peccata nobiscum reputemus, ea sigillatim recensentes.*

Et meritò quidem omnes pii sua fatentur peccata, quia quid id non faciunt, parùm sapiunt, sed in stultorum potiùs censum veniunt. Theodoretus in Cap. VIII. Jesaiæ, tom. II. pag. 175. Ἀνοίας ἐσχάτης τὸ τῆς οἰκείας παραφροσύνης αἴσθησιν μὴ λαμβάνειν, μηδὲ παρανομοῦντας εἰδέναι τὴν ἁμαρτίαν. *Extrema dementia est, imprudentiam suam non sentire, & iniquè agentes non agnoscere peccatum.* Et Chrysostom. in Psalm. CXLI. Κακὸν μὲν τὸ ἁμαρτεῖν, χαλεπώτερον δὲ αὐτὸ ποιεῖ, τὸ ἀρνεῖσθαι μετὰ τὸ ἁμαρτεῖν. *Malum quidem est peccare, gravius verò peccatum illud facit, si quis admissum peccatum neget.*

Stultitia est peccata dissimulare.

Nec est, cur quisquam peccatorum confessionem reformidet. DEO illa confitenda, qui, veluti verus medicus, nostra sanat vulnera, non aliis, cum ignominia nostra, detegit. Verè aurea sunt illa Chrysostomi, Homil. XXXI. in Epist. ad Hebræos, pag. 589. ubi, postquam auditores suos pluribus

Deo confitenda peccata.

ad pec-

ad peccatorum confessionem fuisset exhortatus, subjicit: Οὐ λέγω σοι, ἐκπόμπευσον σαυτὸν, οὐδὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις κατηγόρησον, ἀλλὰ πείθεσθαι συμβουλεύω τῷ προφήτῃ λέγοντι, Ἀποκάλυψον πρὸς Κύριον τὴν ὁδόν σου. Ἐπὶ τοῦ Θεοῦ ταῦτα ὁμολόγησον, ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ ὁμολόγει τὰ ἁμαρτήματα, κτλ. *Non jubeo te secreta tua pandere, neque apud alios te ipsum accusare, sed suadeo, ut obtemperes Prophetæ dicenti Psalm. XXXVII. 5.* Revela Domino viam tuã. *Coram Deo hæc confitere, corã judice confitere peccata, &c.* Observandũ, verbũ ἐκπομπεύειν inter alia sæpe idem significare, quod παραδειγματίζειν, *traducere, palam omnibus ostentare*, scil. ignominiæ caussâ. Chrysostom. certè, Homil. III. in Matth. pag. 21. Παραδειγματίζειν explicat per ἐκπομπεύειν, ἀτιμάζειν, *traducere, ignominiâ afficere.* Idem Hom. XIII. in II. ad Corinth. tom. III. pag. 623. in eadem materia, & eodem sensu ἐκπομπεύειν & παραδειγματίζειν usurpat. Integrum locum adscribo. Τὴν κενοδοξίαν πανταχοῦ μὲν φεύγειν δεῖ, πολλῷ δὲ πλέον ἐπὶ ἐλεημοσύνης· ἐπεὶ οὐδ' ἔτ' ἂν εἴη ἐλεημοσύνη, εἰ τοῦτο ἔχει τὸ νόσημα, ἀλλ' ἐπίδειξις καὶ ὠμότης. Ὅταν γὰρ μὴ ἐλεῶν, ἀλλὰ ἐκπομπεύων ποιῇς, οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἐλεημοσύνη τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ ὕβρις· παραδειγματίσας γὰρ τὸν ἀδελφόν. *Inanem gloriam ubique quidem fugere oportet, potissimùm verò in eleemosyna, quandoquidem ne eleemosyna quidem nomen obtinere queat, si hoc morbo laboret: sed ostentatio est & crudelitas. Nam cùm ad largiendum non commiseratione, sed beneficii evulgandi studio duceris, non modò id eleemosyna non est, sed etiam contumelia. Fratrem quippe traduxisti.* Faciunt quidem Lexicographi mentionem hujus significationis, sed nulla ferè afferunt Autorum testimonia. Aliquot ergo apud Chrysostomum observata, in gratiã φιλελλήνων hîc exhibeo. Hom. XXXI. in Epist. ad Hebræos, ex qua jam suprà illustrẽ vidimus locum, pag. 590. Νῦν ἐὰν ἦς αὐτῶν (ἁμαρτιῶν) μεμνημένος, καὶ συνεχῶς αὐτὰς προσφέρῃς τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν δέῃ, ταχέως ἐξαλείψεις αὐτάς· ἐὰν δὲ νῦν ἐπιλάθῃ, τότε αὐτῶν ἀναμνησθήσῃ, καὶ ἄκων ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης εἰς μέσον φερομένων αὐτῶν, καὶ ἐκπομπευομένων ἐπὶ πάντων, καὶ φίλων, καὶ ἐχθρῶν, καὶ ἀγγέλων. *Si nunc eorum,* peccatorum, *memineris, & ea assiduè DEO patefacias, eorúmque remissionem petas, citò ea delebis. Sin autem eorum nunc sis oblitus, tunc vel invitus eorum recordaberis, cùm in medium proferentur, & tanquam in pom-*

Ἐκπομπεύειν sæpe idem quod παραδειγματίζειν.

pompam producentur coram omnibus, & amicis, & inimicis, & Angelis. Et mox: Ὅτι καὶ ἐκείνην τὴν ἡμέραν πάντων ἡμῶν ἐκπομπεύεται τὰ ἁμαρτήματα, ἐὰν μὴ νῦν αὐτὰ συνεχεῖ μνήμῃ ἀφανίσωμεν, ἄκουσον πῶς ἐκπομπεύεται ἡ ὠμότης, καὶ ἡ ἀπανθρωπία τῶν ἐνταῦθα μὴ ἐλεησάντων· Ἐπείνασα, φησι, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν. *Quòd illo die omnium nostrûm peccata tanquam in pompam producentur, nisi nunc ea assidua recordatione deleamus, audi quomodo publicè traducitur crudelitas & inhumanitas:* Esurii, *inquit*, & non dedistis mihi quod comederem. Homil. V. contra Judæos, tom. VI. pag. 359: Δεινὸν τὸ κατηγορεῖν μόνον τῶν ἀδελφῶν, ἀλλὰ μὴ ἐπιμελεῖσθαι· τὸ ἐκπομπεύειν τὰ κακὰ τῶν ἀσθενούντων, ἀλλὰ μὴ θεραπεύειν. *Grave est, fratres tantùm accusare, eos autem non curare: agrorum mala omnibus palàm ostentare, sed non sanare.* Homil. XXIX. in Genesin, pag. 229: Μὴ ἐκπομπεύωμεν τὰ τῶν πλησίον σφάλματα. *Ne proximorum lapsus traducamus, vel in apricum, ad eorum ignominiam, proferamus.* Et Isidorus Pelusiota dicit, Ἐκπομπεύειν τὰς τῶν πασχόντων συμφοράς, quod interpretari possis, *afflictorum calamitatibus insultare.* Nec ab hac significatione recedit Suidas, quando ἐκπομπεύων interpretatur λοιδορῶν, *convicians.* Sed in viam. De peccatis DEO confitendis iterum Chrysostomus, Homil. XXXVIII. tom. V. pag. 259: Τίνος ἕνεκεν αἰσχύνῃ καὶ ἐρυθριᾷς τὰ ἁμαρτήματα εἰπεῖν; μὴ γὰρ ἀνθρώπῳ λέγεις, ἵνα ὀνειδίσῃ σε; μὴ γὰρ τῷ συνδούλῳ ὁμολογεῖς, ἵνα ἐκπομπεύσῃ; τῷ δεσπότῃ, τῷ κηδεμόνι, τῷ φιλανθρώπῳ, τῷ ἰατρῷ τὸ τραῦμα ἐπιδεικνύεις. *Quam ob causam peccata recensere erubescis? Num igitur homini ea recenses, ut probro te afficiat? num conservo confiteris, ut ea evulget? Domino, benefico, humano, medico vulnus ostendis.* Et paulò pòst DEUS ita introducitur loquens: Οὐκ ἀναγκάζω εἰς μέσον ἐλθεῖν σε θέατρον, καὶ μάρτυρας περιστῆσαι πολλούς· ἐμοὶ τὸ ἁμάρτημα εἰπὲ μόνῳ κατ' ἰδίαν, ἵνα θεραπεύσω τὸ ἕλκος καὶ ἀπαλλάξω τῆς ὀδύνης. *Non cogo, ut in medium prodeas theatrum, multósque testes adducas: mihi soli peccatum seorsim narra, ut ulcus sanem, & dolore liberem.* Et tomi ejusd. Homil. sequenti, pag. 263: Παρακαλῶ ἐξομολογεῖσθαι συνεχῶς· οὐδὲ γὰρ εἰς θέατρόν σε ἄγω τῶν συνδούλων τῶν σῶν, οὐδὲ ἐκκαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκάζω τὰ ἁμαρτήματά σου. Τὸ συνειδὸς ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ· αὐτῷ δεῖξον τὰ πράγματα καὶ τὰ τραύματα, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ φάρ-

μακρὰ αἴτησον. Δεῖξον τῷ μὴ ὀνειδίζοντι, ἀλλὰ θεραπεύοντι. *Adhortor, ut frequenter peccata confitearis: neque verò in theatrum conservorum tuorum te deduco, neque, ut hominibus peccata tua detegas, cogo. Conscientiam coram DEO aperias: ei ostendas facta & vulnera, atque ab eo medicinam petas: ostendas ei, qui probro non afficit, sed sanat.* Eadem repetuntur Homil. V. περὶ Ἀκαταλήπτου, tom. VI. pag. 424.

Quia solus Deus peccata remittere potest.

Propterea autem ad solum DEUM confugiunt peccatorum mole onerati, quia ipse solus peccata remittere potest. Id agnoscit B. Macarius Homil. II. pag. 24. Παρακαλέσωμεν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν, ἵνα ἐκδύσῃ ἡμᾶς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, ὅτι αὐτὸς μόνος ἆραι ἀφ' ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν δύναται. *Nos quoque Deum rogemus, ut veteri nos homine exuat, quoniam ipse solus peccatum à nobis auferre potest.* Idem, Homil. XX. pag. 300. Ὥσπερ ἡ αἱμορροοῦσα γυνὴ πιστεύσασα ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἁψαμένη τοῦ κρασπέδου τοῦ Κυρίου εὐθέως ἰάσεως ἔτυχε, καὶ ἐξηράνθη ἡ ῥύσις τῆς ἀκαθάρτου πηγῆς τοῦ αἵματος· οὕτως πᾶσα ψυχὴ ἔχουσα τὸ ἀνίατον τραῦμα τῆς ἁμαρτίας, τὴν πηγὴν τῶν ἀκαθάρτων καὶ πονηρῶν λογισμῶν, ἐὰν προσέλθῃ τῷ Χριστῷ καὶ δεηθῇ πιστεύσασα ἐν ἀληθείᾳ, ἰάσεως σωτηρίου τυγχάνει ἐκ τῆς ἀνιάτου πηγῆς τῶν παθῶν, καὶ ξηραίνεται ἐκλείπουσα ἡ πηγὴ ἐκείνη, ἡ τοὺς ἀκαθάρτους λογισμοὺς βρύουσα διὰ τῆς δυνάμεως Ἰησοῦ μόνου· ἄλλῳ δὲ τινι ἰάσασθαι τὸ τραῦμα τοῦτο ἀδύνατον. *Quemadmodum mulier sanguinis profluvio laborans, cùm verè credidisset, & fimbriam Domini tetigisset, è vestigio sanata fuit, & exaruit fluxio impuri fontis sanguinis: ita quævis anima insanabili vulnere peccati laborans, fontémque impuritatis & malarum cogitationum scaturientem habens, siquidem ad Christum accedat, & vera fide oret, à fonte immedicabili affectuum liberatur, salutarémque obtinet sanationem, atque fons iste, impuras cogitationes emittens, solius Christi potentiâ exarescit & deficit: alius verò vulnus illud sanare neutiquam potest.* Ita autem DEUS peccatum remittit, ut ejus ne vestigium quidem ampliùs appareat. Chrysostom. Homil. IV. de Pœnitentia, tom. VI. pag. 787. Ὁ Θεὸς, ὅταν ἐξαλείφῃ τὰ ἁμαρτήματα, οὕτως ἐξαλείφει αὐτὰ, ὡς μὴ μεῖναι οὐλὴν, ὡς μὴ μεῖναι δεῖγμα, ὡς μὴ μεῖναι ἴχνος· ἀλλὰ μετὰ τῆς ὑγιείας καὶ τὴν εὐμορφίαν χαρίζεται· μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς κολάσεως καὶ δικαιοσύνην δίδωσι, καὶ ποιεῖ τὸν ἡμαρτηκότα

ἴσον

ἴσον εἶναι τῷ μὴ ἡμαρτηκότι. *Quando Deus peccata delet, ita ea delet, ut ne cicatrix quidem remaneat, ut non remaneat indicium, ut non maneat vestigium: verùm cum sanitate etiam formositatem largitur: post liberationem à pœna etiam justitiam dat, eúmque, qui peccavit, ei similem efficit, qui non peccavit.* Et, quod omnem de peccatorum remissione dubitationem meritò nobis eximere potest & debet, nullius peccati atrocitas tanta est, ut misericordiam DEI excedat. En solatii plenissima illa Chrysostomi, Homil. XIX. in Genesin: Οὐδέν ἐστιν ἁμάρτημα, κἂν σφόδρα μέγα ᾖ, νικῶν τῆς Θεοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἐὰν ἡμεῖς ἐν καιρῷ τῷ δέοντι τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξώμεθα, καὶ τὴν συγγνώμην αἰτῶμεν. *Nullum datur peccatum, ucut magnum sit, quod DEI erga homines benignitatem superet, siquidem nos convenienti tempore resipiscamus, veniámque petamus.* Balsamon ad Can. I. Synodi Ancyranæ, pag. 764: Οὐκ ἔστιν ἁμαρτία νικῶσα τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν. *Nullum est peccatum, quod humanitatem DEI superet.*

Pelagiani hanc petitionem evertunt.

Antequam ulteriùs progrediamur, eorum non tacenda audacia, qui docere fuerunt ausi, sanctos hanc petitionem per humilitatem quandam recitare, nec ea indigere: quòd si eam recitent, non pro se eam recitare, sed pro aliis, qui in populo sint peccatores. Hæc fuit sententia Pelagianorum: cui se strenuè opposuit Concilium Carthaginense, Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. anno Christi CCCCXVIII. celebratum. Canone CXV. Codicis Ecclesiæ Africanæ, ita docentes anathemate percutiuntur, adductis aliquot ex Scriptura sanctorum exemplis, qui sese ex peccatorum numero eximere noluerunt. Affertur exemplum Jacobi Apostoli his verbis: *Sanctus enim & justus erat Apostolus Jacobus, cùm dicebat,* In multis enim offendimus omnes. *Nam quare additum est,* omnes, *nisi ut ista sententia conveniret, & Psalmo, ubi legitur:* Ne intres in judicio cum servo tuo, &c. Canon. CXVI. sic de eadem re: *Item placuit, ut quicunque ita verba Dominicæ orationis, ubi dicimus;* Dimitte nobis debita nostra; *ita volunt à sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, debita non habere?*

Videri etiam potest Augustinus Epist. XCII. & XCIV. Omnes verò homines peccatores esse, ac proinde neminem à recitanda hac petitione eximi vel posse, vel debere, jam antè Antiquitatis probatum testimoniis.

Sexta petitio.

Convertimus nos ad petitionem ultimam: Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Hic distinctè considerabimus, quid sit πειρασμὸς, quid εἰς πειρασμὸν εἰσενεγκεῖν; An, & quo sensu DEUS id facere dicatur: quid per πονηρὸν intelligatur; & quid tandem, ῥῦσαι ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Tentatio sumitur propriè, & notat 1. Tentationem probationis: quæ a. vel bona est:

Tentatio sumitur I. *Propriè*: atque ita duplex est:

1. *Tentatio probationis*: quæ iterum

A. Vel *bona* & *licita* est; qualis est tentatio, quâ DEUS homines tentat. Est πειρασμὸς ἀπὸ Θεοῦ, γυμνασίας χάριν καὶ ἀναῤῥήσεως ἐπαγόμενος, *tentatio exercitii & praeconii gratiâ illata*: ut loquitur Oecumenius in Cap. I. Jacobi, pag. 115 Est tentatio, quæ eam γενναίως φέρουσι πολλὰ κομίζει τὰ βραβεῖα καὶ λαμπροὺς τοὺς στεφάνους, *generosè ferentibus multa affert brabea & splendidas coronas*, ut scribit Chrysostom. Epist. CLVII. Caussæ, cur DEUS plerumque homines pios sibique charos variis tentationum procellis in procelloso hujus mundi salo agitari sinat, variæ afferri possent: nos, Chrysostomum, Homil. XIII. in Matthæum, secuti, quinque præcipuas consideramus. Prima est. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐπιόντας κωλύει τοὺς πειρασμοὺς ὁ Θεὸς, πρῶτον μὲν, ἵνα μάθῃς, ὅτι πολλῷ γέγονας ἰσχυρότερος. *Propterea DEUS ingruentes non cohibet tentationes, primùm quidem, ut discas, te longè factum esse fortiorem.* Secunda est, ἵνα μένῃς μετριάζων, καὶ μηδὲ τῷ μεγέθει τῶν δωρεῶν ἐπαρθῇς, τῶν πειρασμῶν συστέλλειν σε δυναμένων. *Ut intra modestiæ cancellos te contineas, neque magnitudine donorum efferaris, quia tentationes te deprimere possunt.* Tertia est, ἵνα ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος, ὁ πῶς ἀμφιβάλλων περὶ τῆς σῆς ἀποστάσεως, ἀπὸ τῆς βασάνου τῶν πειρασμῶν πληροφορηθῇ, ὅτι τέλεον αὐτὸν καταλιπὼν ἀπέστης. *Ut malus ille dæmon, qui de tua adhuc à se discessione dubitat, ex ipsa tentationum tolerantia discat, quòd ab illo prorsus discesseris.* Quarta est, ἵνα ἰσχυρότερος καὶ σιδήρου παντὸς εὐτονώτερος ταύτῃ κατασκευασθῇς. *Ut fortior & omni ferro valentior hac ratione reddaris.* Quinta tandem, ἵνα ἀπόδειξιν λάβῃς σαφῆ τῶν πιστευθέντων σοι

Cur Deus pios tentet.

θησαυ-

ἐμπεπιστευμένων θησαυρῶν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἐπῆλθεν ὁ διάβολος, εἰ μή σε ἐν μείζονι γενόμενον εἶδε τιμῇ. *Ut manifestum capias documentum thesaurorum tibi creditorum: neque enim Diabolus te aggrederetur, nisi in majori te positum consiceret honore.* Has ipsas causas, ut & plures alias ex Chrysostomo etiam recenset Cl. Rittershusius Lect. Sacr. lib. VI. Cap. XV. Possemus nos quoque alias insuper ex Antiquitate afferre, nisi ad alia nobis properandum putaremus. Ad quasdam tamen digitum saltem intendimus. Tentationes animam purgant. Chrysostom. Homil. in II. ad Corinth. IV. 13. quæ est XXV. tom. V. Edit. Paris. pag. 363. Οἱ πειρασμοὶ, καὶ οἱ κίνδυνοι τοῖς μετ' εὐχαριστίας αὐτοὺς φέρουσι, καθάρσιον ψυχῆς εἰσι μέγιστον. *Tentationes & pericula, illis, à quibus cum gratiarum actione feruntur, maxima existunt animæ purgatio.* Tentationes *è somno peccatorum excitant.* Chrysost. Homil. XIV. ad populum Antiochenum: Νυστάζοντας ἡμᾶς καὶ καταπίπτοντας ἀφυπνίζειν εἴωθε τῶν πειρασμῶν ἡ φύσις, καὶ διεγείρειν καὶ εὐλαβεστέρους ποιεῖν. *Dormitantes nos & succumbentes, vel prostratos tentationum natura expergefacere, excitare, atque religiosiores reddere solet.* DEUS nos per tentationes probat. Clemens Alexandr. Strom. IV. pag. 515. ad Hebr. XI. 37. ubi de Martyrum tentationibus; modò, de quo postea, ἐπειράσθησαν mendo careat; ὁ Θεὸς ἐπείρασεν αὐτοὺς πρὸς δοκίμιον καὶ δυσωπίαν τοῦ πειράζοντος, ἐᾶσαι αὐτοὺς πειρασθῆναι· καὶ εὗρεν αὐτοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ, υἱοὺς κληθῆναι δηλονότι· ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτούς. *Deus tentavit eos, hoc est, ad eorum probationem, & ut pudore afficiatur tentator, sivit eos tentari. Et invenit eos se dignos, ut scilicet vocentur filii. Tanquam aurum in fornace probavit eos.* Tentationes immittuntur, ut corda manifestentur. Origenes in Philocalia, Cap. XXVII. pag. 107. Κακοῖ ὁ Θεὸς καὶ πειράζει, ἵνα διαγνωσθῇ τὰ ἐν τῇ ἑκάστου καρδίᾳ, ὡς ὄντα μὲν, ὑποκείμενα δὲ τῷ βάθει, καὶ εἰς φανερὸν διὰ τῶν κακώσεων ἐρχόμενα. *DEUS affligit & tentat, ut dignoscantur quæ in cujusque corde sunt, ut quæ quidem sunt, sed in profundo recondita, quæ per angores & molestias in apertum prorumpunt.* Tentationes homines pios reddunt δοκιμωτέρους, probatiores. Hanc earum utilitatem commendat Theophylactus in Cap. XI. ad Hebr. pag. 996. Συμ-

μένωσα δὲ, ὅτι τοσοῦτον ὠφέλιμοι οἱ πειρασμοὶ, ὥστε οὐ μόνον παρ' ἄλλων συγχωρεῖ Θεὸς ἐπάγεσθαι τούτους τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πειράζει, ἵνα δοκιμωτέρους δείξῃ. *Observa autem, quòd tentationes adeò utiles sunt, ut non tantùm ab aliis DEUS permittat eas fidelibus inferri, verùm ipse etiam tentet, ut probatiores ostendat.* Idem ad Cap. XII. ejusdem Epistolæ versum quintum: Αὐτὸς ὁ πεπηγμένος εὐδοκεῖ ἡμᾶς πειράζεσθαι πρὸς ἀπόθεσιν ἁμαρτιῶν, ἢ παραχωρεῖ πρὸς δοκιμασίαν καὶ στεφάνους πλείους. *Aut ipsi,* DEO, *imprimis placet, ut nos tentemur, quò à peccatis liberemur: aut nos tentari permittit ad probationem, ut plures consequamur coronas.* DEUS per tentationes nostram sanat malitiam. Damascenus contra Manichæos, pag. 310: Ἐνταῦθα οὐ κολάζων ἐπιφέρει τοὺς πειρασμοὺς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ παιδεύων καὶ ἰώμενος τὴν κακίαν, ἵνα ἐπιγνῶμεν αὐτὸν, καὶ ἐπιστρέψωμεν, καὶ τύχωμεν τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. *Hoc in mundo DEUS tentationes immittit, non ut puniat, sed ut castiget & sanet malitiam, ut ipsum agnoscamus, & convertamur, & sanctitatis ejus participes fiamus.* Hujus vel maximè loci est tentatio Abrahami, quâ DEUS ei præcepit, quæ molesta erant carni, absurdáque rationi, ut filium scilicet unicum immolaret: cujus tentationis præcipuam caussam veteres esse dicunt, ut hac ratione DEUS Patriarchæ obedientiam atque fidem toti mundo notam faceret. Sic Chrysostom. Hom. XLVII. in Genesin: Ἐπείραζεν, οὐκ ἀγνοῶν, ἀλλὰ προσῆγεν αὐτῷ τὴν πεῖραν, ἵνα καὶ οἱ τότε παρόντες καὶ οἱ ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ παρόντος παιδεύωνται τὸν αὐτὸν πόθον τοῦ πατριάρχου καὶ ὑπακοὴν ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὰ τοῦ δεσπότου προστάγματα. DEUS *tentavit* Abrahamum, *non tanquam ignarus, sed tentatione eum est aggressus, ut & illo tempore viventes, & deinceps victuri doceantur eodem desiderio & eadem cum Patriarcha obedientia ferri erga præcepta Domini.* Chrysostomi æmulus Theophylactus in Cap. XI. ad Hebr. Λέγεται πειράζεσθαι Ἀβραὰμ, οὐχ ὡς Θεοῦ δεομένου μαθεῖν τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς τῇ πείρᾳ αὐτῇ καὶ τοῖς ἔργοις μάθωμεν τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ. *Abrahamus dicitur tentatus, non quòd DEUS opus haberet experiri ejus virtutem, verùm ut nos experientiâ ipsâ & operibus virtutem ejus discamus.* Theodoretus Quæst. LXXIII. in Genesin: *DEUS tentavit Abrahamum*, οὐχ ἵνα αὐτὸς ἅπερ ἠπίστατο, μάθῃ· ἀλλ' ἵνα τοὺς

Cur Abrahamus tentatus.

ἀγνοοῦν-

ἀγνοοῦντας διδάξῃ, ὡς μάλα δικαίως τὸν πατριάρχην ἠγάπησε, non ut ea, quæ sciebat, disceret: sed ut ignorantes doceret, eum justissimè Patriarcham dilexisse. Præclara imprimis verba Basilii Seleuciensis, Orat. VII. quæ est de Abrahamo, pag. 39: Ὁ Θεὸς ἐπείραζε τὸν Ἀβραάμ. τί γάρ; ἠγνόει τὴν ἀρετὴν, ἵνα πειράσῃ τὸν ἀθλητήν; Θεὸς ἀνέμεινε τὴν πεῖραν, ἵνα μάθῃ τὴν πρόθεσιν; πειράζει τοίνυν οὐκ αὐτὸς ἀγνοῶν, ἀλλ' ἵνα δημοσιεύσῃ τὸν δίκαιον, ἵνα πολλοὺς τῆς τοῦ θεράποντος ἀρετῆς ἐπιστήσῃ τοὺς μάρτυρας. Σμήχει τῷ πειρασμῷ τὸν τῆς ὑπομονῆς ἀνδριάντα, ἵνα δείξας τὸ ἔργον λαμπρότερον, πρὸς θαῦμα καλέσῃ τοὺς βλέποντας. Δονεῖ τὸ σκάφος τοῖς πνεύμασιν, ἵνα τοῦ κυβερνήτου τὴν τέχνην θαυμάσῃς· ἐπεγείρει τῶν κυμάτων τὴν προσβολὴν, ἵν' ἐκπλαγῇς τὸ τῆς πείρας ἀκίνητον· προσάγει τὰ μηχανήματα, τὴν τοῦ τείχους ἐλέγχων στερρότητα· ἐπανίστησι τῷ δικαίῳ τὰ τῆς φύσεως κύματα, ἵνα τῆς φιλοθείας θαυμάσῃς τὸν ἔμπορον. *DEUS tentavit Abrahamum. Quid? Ignoravit virtutem, ut tentaret athletam? DEUS præstolatus est experientiam, ut disceret propositum? Tentat igitur, non ipse ignorans, sed ut justum in publicum producat, ut multo virtutis servi hujus testes sistat. Abstergit & purgat tentatione tolerantiæ statuam, ut opus eò splendidius ostendat, videntésque in admirationem abripiat. Ventis navem agitat, ut artem rectoris navis mireris. Fluctuum excitat impetum, ut immotam obstupescas tentationem: admovet machinas, ut mœnium ostendat firmitatem: excitat contra justum naturæ fluctus, ut mercatorem amoris divini mireris.*

b. Vel *mala* & *illicita*; qualis est tentatio, quâ homines tentant DEUM, ex diffidentia vel præsumtione, quærentes experimentum potentiæ, sapientiæ, veritatis, &c. DEI: atque hæc tentatio prohibetur Deuteron. VI. 16. Matth. IV. 7. Luc. IV. 1. I. Cor. X. 9. De tentatione, quæ fit ex præsumtione, loquitur Theodoretus, quæst. V. in Deuteronom. Πειράζει τὸν Θεὸν, ὁ δίχα λογισμοῦ ῥιψοκινδύνως τι πράττων. *Tentat DEUM, qui sine ratione cum periculo quidpiam agit.* *b. Vel mala.*

2. *Tentatio seductionis*, quâ scilicet homines ad malum solicitantur. Hujus tentationis DEUS non est author, teste Jacobo Cap. I. v. 13. Μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω· Ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι. Interpretes quidam hoc non tantùm de periculis fidei *2. Tentationem seductionis.*

dei caussâ ingruentibus, sed & de tentatione quavis, quâ Satanas homines ad peccatum provocat, intelligendum esse volunt: ut sensus sit: Non esse ad necessitatem, tanquam ad asylum confugiendum, nec prava facinora majori facinore operienda, quasi ea non temeritati nostræ, sed DEO essent adscribenda.

Ejus author non est Deus.

Optimè Theodoretus quæst. XXXI. in I. Regum: Εἰδέναι χρὴ, ὡς οὐ τῆς θείας ἐνεργείας, οὔτε τοῦ Ἀμνὼν ἡ παρανομος συνουσία, οὔτε τοῦ Ἀβεσσαλὼμ ἡ ἀδελφοκτονία, καὶ ἡ κατὰ τοῦ πατρὸς γεγενημένη μανία· ἀλλὰ τῆς θείας προνοίας ἡ οἰκία γυμνωθεῖσα σκάφος ἀκυβέρνητον ἐμιμεῖτο, καὶ τῶν πονηρῶν δαιμόνων τὰς τρικυμίας ἐδέχετο. *Scire oportet, ab operatione DEI non dependere neque Amnonis sceleratum concubitum, neque Absolomi fratricidium aut ejus adversus patrem insaniam: verùm providentiâ divinâ nudata domus, navem rectore destitutam imitabatur, & impiorum dæmonum procellis exposita erat.* Multa in eandem sententiam leguntur apud Basil. M in Oratione, Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός. Ea tantùm huc transferimus, quæ ἀρνησίθεον, & DEO peccata adscribentem, ad eandem referunt classem. Ἄφρων, ὡς ἀληθῶς ἐστερημένος νοῦ καὶ φρονήσεως, ὁ λέγων ὅτι οὐκ ἔστι Θεός. Παραπλήσιος δὲ τούτῳ, καὶ οὐδὲν κατὰ τὴν ἀφροσύνην ἀπολειπόμενος, καὶ ὁ λέγων κακῶν αἴτιον εἶναι τὸν Θεόν· ὁμότιμον γὰρ αὐτῶν εἶναι τίθεμαι τὴν ἁμαρτίαν, διότι ἑκάτεροι ὁμοίως ἀρνοῦνται τὸ ἀγαθόν· ὁ μὲν οὐκ εἶναι τὸ παράπαν λέγων, ὁ δὲ οὐκ ἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι διοριζόμενος. Εἰ γὰρ κακῶν αἴτιος, οὐκ ἀγαθὸς δηλονότι· εἰ δὲ οὐκ ἀγαθὸς, οὔτε Θεός· ὥστε ἀμφοτέρωθεν ἐστὶν ἄρνησις τοῦ Θεοῦ. *Stultus, & verè à sensu alienus est, qui dixerit,* Non est DEUS. *Similis item huic est, nec quicquam in stultitia differt, qui DEUM malorum caussam esse dicit: par enim eorum scelus esse existimo: quoniam ambo bonum DEUM similiter negant. Alter quidem omnino non esse dicit: alter verò non bonum esse affirmat. Si enim malorum est caussa, utique non est bonus. Si non bonus, neque DEUS: itaque utrobique est negatio DEI.* Idem Orat. II. in Hexaëm. pag. 22: Μὴ ἔξωθεν τὸ κακὸν περισκόπει· μηδὲ ἀρχέγονόν τινα φύσιν πονηρίας φαντάζου, ἀλλὰ τῆς ἐν ἑαυτῷ κακίας ἕκαστος ἑαυτὸν ἀρχηγὸν γνωριζέτω. *Noli malum forinsecus circumspicere, atque inquirere: neque quandam naturam malignitatis principem tibi finge: sed malitiæ quisque suæ seipsum autorem agnoscat.* Augustinus Tr. XLIII in Johannem de utraque, & *probationis* & *seductionis*, tentatione

tatione eleganter, *Duæ sunt*, inquit, *tentationes, una, quæ decipit, altera, quæ probat: secundum eam, quæ decipit, DEUS neminem tentat.* Ergo tentatio seductionis est à diabolo, mundo, & carne. De ea igitur, cùm monemur, vigilandum & orandum esse, ne introëamus in tentationem Matth. XXVI. 41. Marci XIV. 38. Lucæ XXII. 46. Digna notatu, quæ Isiod. Pelusiota Epist. CCXXVI. lib. V. pag. 628. ad Marci XIV. 38. notat, dum verba, προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν, interpretatur, προσεύχεσθε, ἵνα μὴ ἡττηθῆτε τῷ πειρασμῷ· οὐ γὰρ εἶπεν, μὴ ἐμπεσεῖν, ἀλλὰ μὴ εἰσελθεῖν, τουτέστι μὴ καταποθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Μὴ ἐμπεσεῖν μὲν γὰρ οὐχ οἷόντε, ἐμπεσόντα δὲ στεφανωθῆναι οἷόντε. *Orate ne à tentatione superemini: non enim dixit,* non incidere, *sed* non ingredi, *id est, ab ea non absorberi. Fieri enim nequit, ut non incidamus, sed fieri potest, ut incidentes coronemur.* De hac ipsa tentatione etiam hæc intelligenda petitio, *Ne nos inducas in tentationem.* Petimus à cœlesti Patre, ne nos in tentationibus à salutis nostræ hoste superari sinat. Unde August. de bono persev. Cap. VI. ait, in pluribus codicibus Latinis legi, *Ne patiaris nos induci in tentationem.* Atque ita etiam legit Cyprianus in Expositione Orat. Dominicæ, pag. 270. Qui ita pronunciandum putant, ideò facere videntur, ne DEUM tentationis malæ & illicitæ authorem statuant. Ad frustrà sunt. An ergo sapientiores Domino? Ejus verba retineamus, & sobriè explicemus. Rectè Theophylactus in Cap. XI. Lucæ: Μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς, τουτέστι, μὴ συγχωρήσῃς ἡμᾶς ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμόν. *Ne inducas nos, id est, ne sinas nos incidere in tentationem.* Et Augustinus de bono perseverantiæ, cap. modò laudato: *Nihil fit, nisi quod DEUS aut ipse facit, aut fieri permittit. Quòd itaque dicimus*, Ne nos inducas in tentationem: *quid dicimus*, Ne nos inferri sinas? Omnia fieri vel permittente, vel efficiente DEO, agnoscit etiam Theodoretus ad initium Cap. XXXVIII. Ezechielis, pag. 509. Οὐδὲν δίχα τοῦ θείου βουλήματος γίνεται, ἀλλ' ἢ οἰκονομοῦντος ἐπ' ἀγαθῷ, ἢ συγχωροῦντος γίνεσθαι τὰ λυπηρὰ, διὰ τὰς προγεγενημένας ἁμαρτίας. *Nihil absque divina fit voluntate, sed vel regit & dispensat ad bonum, vel propter ante commissa peccata permittit calamitates.* Et Chrysostom. Homil. XXIII. in Acta: Προνοίᾳ τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα διοικεῖται·

Sed diabolus, &c.

Omnia vel permittente efficiente Deo fiunt.

τὰ μὲν

τὰ μὲν συγχωρῦντος δι᾽ ὃν οἶδε λόγον, τὰ δὲ ἐνεργῦντος. *Providentiâ DEI omnia reguntur: alia quidem eo permittente ob certas, quas ipse novit, caussas, alia verò efficiente.* Rem pluribus explicat Damascenus lib. II. Orthod. fidei, Cap. XXIX. pag. 159. ubi dicit τῆς προνοίας τὰ μὲν κατ᾽ εὐδοκίαν εἶναι, τὰ δὲ κατὰ συγχώρησιν, *eorum quæ à Providentia reguntur, alia quidem fieri juxta voluntatem, alia verò juxta permissionem, sc.* Dei. Κατ᾽ εὐδοκίαν *fieri*, ὅσα ἀναντιῤῥήτως εἰσὶν ἀγαθὰ, *quæ citra ullam contradictionem sint bona.* Eorum, quæ κατὰ συγχώρησιν fiant aliquot affert species. Συγχωρεῖ πολλάκις καὶ τὸν δίκαιον περιπεσεῖν συμφοραῖς, ἵνα τὴν ἐν αὐτῷ λανθάνουσαν ἀρετὴν δείξῃ τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰωβ. *Sinit sæpe etiam justum in calamitates incidere, ut virtutem in ipso latentem aliis ostendat, ut de Jobo factum.* Ἄλλοτε συγχωρεῖ τῶν ἀτόπων τι πραχθῆναι, ἵνα διὰ τῆς πράξεως τῆς δοκούσης ἀτόπου, μέγα τι καὶ θαυμαστὸν κατορθωθῇ, ὡς διὰ τοῦ σταυροῦ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. *Aliquando sinit absurdum quidpiam fieri, ut per actionem, quæ absurda videtur, rem aliquam magnam & admirabilem præstet, ut per crucem salutem hominum.* Κατ᾽ ἄλλον τρόπον συγχωρεῖ τὸν ὅσιον πάσχειν κακῶς, ἵνα μὴ ἐκ τοῦ ὀρθοῦ συνειδότος ἐκπέσῃ, ἢ καὶ ἐκ τῆς δοθείσης αὐτῷ δυνάμεώς τε καὶ χάριτος εἰς ἀλαζονείαν ἐκπέσῃ, ὡς ἐπὶ τοῦ Παύλου. *Alio etiam modo sinit sanctum malo affici, ne bonam amittat conscientiam, aut ex concessa ei virtute & gratia in arrogantiâ incidat; ut in Paulo.* Πάλιν συγχωρεῖταί τις παθεῖν εἰς ἄλλου ζῆλον, ἵνα τῆς δόξης τοῦ παθόντος μεγαλυνθείσης, ἄοκνον τὸ πάθος τοῖς ἄλλοις γένηται, ἐλπίδι τῆς μελλούσης δόξης, καὶ ἐπιθυμίᾳ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, ὡς ἐπὶ τῶν μαρτύρων. *Rursus permittitur, ut aliquis patiatur ad æmulationem in alio excitandam, ut gloriâ patientis magnificatâ, alii impigrè & alacriter passionem adeant, spe futuræ gloriæ, & desiderio futurorum bonorum excitati: ut in martyribus.* Παραχωρεῖταί τις καὶ εἰς αἰσχρὰν ἐμπεσεῖν πρᾶξιν ἐνίοτε, εἰς διόρθωσιν ἑτέρου χείρονος πάθους. *Permittitur, ut quis quandoque in turpem incidat actionem, ad emendationem deterioris affectus.* Plura vide ibidem. Sæpe DEUS ea facere dicitur, quæ fieri sinit. Cyrillus Alexand. ad Joh. XII. 40. Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, ita scribit pag. 709: Παρεχώρησεν αὐτοὺς παθεῖν τὴν τύφλωσιν ὑπὸ τοῦ διαβόλου, οὐκ ἀγαθοὺς ὄντας τὴν ἕξιν· οὕτω γὰρ παραδίδωσιν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, κτλ. *Sivit eos excæcationem pati à diabolo, qui non erant boni. Ita enim in reprobam tradit mentem, &c.* Ammonius

Sæpe Deus, ea facere dicitur, quæ fieri sinit.

nius Catenâ in Joh. p. 321. ad hujus etiam versus verba, πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, scribit: Οὐχ ὁ Θεὸς ἐπώρωσεν αὐτοὺς, ἀλλὰ συνεχώρησε ποιεῖν ἃ ἤθελον, ἔσχον δὲ τὴν πώρωσιν ἐκ τῆς ἀπιστίας. *Deus eos nō induravit, sed permisit facere quæ vellent; indurati autem sunt incredulitate sua.* Apollinarius ibidem: Πήρωσιν καρδίας καὶ σκληρυσμὸν ἐπαγόμενον ὑπὸ Θεοῦ μὴ τῆς ἁγίας δυνάμεως ἐνέργημα εἶναι νομίσωμεν, ἀλλὰ συγχώρησιν μὲν τῆς θείας κρίσεως, ἐνέργημα δὲ τῆς πονηρᾶς καὶ ἀντικειμένης δυνάμεως. *Occæcationē cordis & indurationē à Deo immissā, ne divinæ virtutis opus esse existimemus, sed permissionem quidem divini judicii, opus vero pravæ atq; adversariæ potestatis.* Theophylactus ad verba Apostoli II. ad Corinth. IV. 4. ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, interrogat, τί ἐστι τὸ, ἐτύφλωσεν; & respondet, τουτέστι, Συνεχώρησε τυφλοὺς εἶναι· ὥσπερ καὶ τὸ, παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς πάθη ἀτιμίας. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεπήδησαν αὐτοῦ, εἴασεν αὐτοὺς, ἐγκατέλειψεν. *Hoc est, permisit eos cæcos esse, quemadmodum & illud,* tradidit eos DEUS in affectus ignominiæ. *Posteaquam enim resilierunt ab eo, dimisit eos, reliquit eos.* Eodem sensu dicitur DEUS σκληρύνειν. Oecumenius in Cap. IX. ad Romanos, pag. 326: Θεὸς τὸν σκληρὸν καὶ ἀπειθῆ, σκληρὸν εἶναι συγχωρεῖ. Τὸ σκληρύνει, ἀντὶ τοῦ, ἐᾷ αὐτὸν σκληρὸν εἶναι. *DEUS durum & inobedientem, durum esse permittit.* Indurat *positum pro, sinit eum durum esse.* Cl. Pricæus ex Euthymio ad Joh. XII. adducit: Excæcavit oculos eorum: *Scriptura idioma est, DEI permissionem quasi opus ejus appellare.* Et ex Chrysologo ad hanc petitionem: *Inducere Deus dicitur currentes ad crimina, cùm relinquit.* Ergo, *Ne nos inducas*, est, Ne nos patianis induci. *Induci* autem, vel *incidere in tentationem*, est cadere in potestatem ejus, ab impetu ejus agi atque ferri: id est, abjecto fidei & fortitudinis scuto victas protendere manus: est καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ πειρασμοῦ, ut Theophylactus scribit in Cap. XXII. Lucæ, *absorberi à tentatione*: est ἡττᾶσθαι τῷ πειρασμῷ καὶ καταποθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, *vinci à tentatione, & ab ea absorberi*, ut loquitur Isid. Pelusiota, lib. V. Epist. CCXXVI. est κυριευθῆναι ὑπὸ πειρασμοῦ, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἧτταν αὐτοῦ, *subigi à tentatione, & cladem accipere*, ut est apud Theophanem Homil. XXVII. pag. 190.

Tentatio seductionis duplex.

Tentatio hæc *seductionis* ex caussis distinguitur,

α. *In tentationem, quâ diabolus homines tentat*, unde

etiam appellatur ὁ πειράζων Matth. IV. 3. & I. ad Theſſ. III. 5. Ille ſupernè in exitium noſtrum pervigil excubat, mille dolis, mille nocendi artibus in nos armatus: unde meritò à Chryſoſt. πολυμήχανος ὄφις, *verſutus ſerpens*, à Nyſſeno in Stephanum, t. III. p. 354. Πονηρὸς ἀντίπαλος τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς, *improbus humanæ vitæ adverſarius*: ab Olympiodoro Catenâ in Jobum, pag. 19. ὁ κοινὸς τῶν ἀνθρώπων ἀλιτήριος, *communis hominum pernicies*: à Juſtino Martyre, reſp. XXI. ad Orthod. ἄγρυπνος ἀντίπαλος, *pervigil hoſtis*. Πολυειδεῖς καὶ πολύτροποί εἰσιν αἱ τοῦ διαβόλου ἔννοιαι· ἄλλον ἄλλως ὑπάγεται, πρὸς ὅπερ ἂν ἴδῃ ἐπιῤῥεπέστερον, πρὸς ἐκεῖνο κέχρηται τοῖς ἰδίοις δελεάσμασι. *Multimoda multiformésque ſunt diaboli inſidiæ, & alios aliter decipit. Ad quod enim proniorem conſpexerit, ad id propriis utitur delinimentis atque illecebris*, inquit Baſilius M. ſub initium Orat. in Lacizis recitatæ, pag. 535.

b. *In tentationem, quâ unusquisque tentatur à carne*, id eſt, à corruptione ſeu vitioſitate ſua naturali: quam Apoſtolus 1. Corinth. X. 13. vocat πειρασμὸν ἀνθρώπινον, & Chryſoſtom. Homil. XXIV. in eandem Epiſtolam interpretatur μικρὸν, βραχὺν, σύμμετρον, *parvam, brevem, & modicam*. Eodem modo Theophylactus.

Tentatio ſumitur impropriè pro afflictionibus.

II. *Tentatio* ſumitur *impropriè*, ſeu *metonymicè*, & notat *crucem* atque *afflictiones*, per quas DEUS nos probat. Hanc ſignificationem inculcat Baſilius M. Orat. de Avaritia, pag. 383. Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν· ἢ γὰρ αἱ θλίψεις βασανίζουσι τὰς καρδίας, ὥσπερ χρυσὸν ἐν καμίνῳ, διὰ τῆς ὑπομονῆς τὸ δόκιμον αὐτῶν ἀπελέγχουσαι· ἢ καὶ πολλάκις αὐταὶ αἱ εὐθηνίαι τοῦ βίου ἀντὶ πειρατηρίου γίνονται τοῖς πολλοῖς. *Duplex eſt tentationum genus. Nam vel corda hominum, tanquam aurum in fornace, afflictis rebus adverſiſque probantur, quæ per patientiam ipſorum coarguant ac declarent probitatem: aut certè ipſa vitæ proſperitas ſæpenumero multis tentationis & experimenti loco eſt.* De *afflictionibus* hanc ipſam petitionem etiam accipit Chryſoſtomus Homil. XIX. in Matth. pag. 140. & Homil. XXXIV. tom. V. pag. 220. Ita etiam *tentari* eſt graviſſimas pœnas ſuſtinere ad Hebr. XI. 37. ubi de fidelibus, qui Maccabæorum temporibus vixerunt, ſcribit Apoſtolus: Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν. Quæ tamen lectio viris doctis non imme-

immeritò ſuſpecta eſt. Plerique ex incuria in Contextum irrepliſſe exiſtimant pro ἐπείσθησαν: alii legere malunt ἐπυρώθησαν. Totum locum pluribus examinat doctiſſimus Gatakerus Adverſ. ſacror. Cap. XLIV. & tandem concludit, mutatione proclivi ἐπερήσθησαν legendum eſſe hoc modo: Ἐλιθάσθησαν, ἐπείσθησαν, ἐπερήσθησαν, ut ſit παρονομασία, Apoſtolo ſatis frequens. Exempla ſunt ad Rom. I. 29. 31. II. ad Tim. II. 4. Iterū ad Rom. II. 1. I. ad Corint. XI. 31. XII. 26. XIII. 6. II. ad Cor. V. 8. II. Theſ. III. 11. Ad Philip. III. 2. 3. Ad Hebr. III. 12. V. 8. 14. VII. 3. IX. 10. XI. 27. Niſi ad alia properaremus, plura ex doctiſſimis illis Gatakeri Adverſ. memoratu & obſervatu digniſſima, huc transferremus: id verò cùm non fiat, doctum Lectorem eò ablegamus.

Sequuntur verba, Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Alii hîc liberationem intelligūt à diabolo, omnis mali authore: alii liberationem ab omnibus malis, publicis & privatis, præſentibus & æternis. Nos illorum minimè rejiciendam putamus ſententiam, qui τοῦ πονηροῦ maſculinum eſſe, adeóque ipſum notare diabolum ſtatuunt. Sic omnes ferè ex veteribus conſtanter ſentiunt. Id facit Chryſoſtomus Homil. XV. ad populum Antiochenum: Πολλῶν ἀνθρώπων ὄντων πονηρῶν, μόνος ὁ σατανᾶς πονηρὸς κατ' ἐξοχὴν λέγεται. *Cùm multi homines ſint mali, ſolus Satanas in ſpecie* malus *dicitur*. Et iiſdem pene verbis Homil. LXVII. tom. VI. Μόνος ὁ διάβολος, καίτοι πολλῶν ὄντων πονηρῶν ἀνθρώπων, κατ' ἐξοχὴν πονηρὸς λέγεται. Idem Homil. XIX. in Matth. ad hunc locum, de quo ſermo eſt: Πονηρὸν ἐνταῦθα τὸν διάβολον καλεῖ. Κατ' ἐξοχὴν δὲ οὕτως ἐκεῖνος καλεῖται διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακίας, καὶ ἐπειδὰν μηδὲν παρ' ἡμῶν ἀδικηθεὶς, ἄσπονδον πρὸς ἡμᾶς ἔχει τὸν πόλεμον. *Malum hoc loco diabolum vocat. Singulari verò modo is ita vocatur ob ſummam malitiam, & quia nullâ à nobis affectus injuriâ, irrécōciliabili bello nos perſequitur*. Hæc in compendium redacta, ita effert Theophylactus in Cap. VI. Matthæi: Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Οὐκ εἶπεν, Ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ ἐκεῖνοι ἀδικοῦσιν ἡμᾶς, ἀλλ' ὁ πονηρός. *Sed libera nos à malo. Non dixit, A malis hominibus: non enim illi nos injuriâ afficiunt, ſed* malignus, diabolus ſcilicet. Greg. Nyſſenus Orat. V. in Orat. Dominicam, tom. I. pag. 760. Ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Δοκεῖ μοι πολυτρόπως τε καὶ διαφόρως ὁ Κύριος τὸν

Sed libera nos à malo.

 κακὸν

κακὸν ὀνομάζειν, κατὰ τὰς τῶν πονηρῶν ἐνεργειῶν διαφορὰς πολυωνύμως αὐτὸν ἀποκαλῶν, διάβολον, βεελζεβοὺλ, μαμμωνᾶν, ἄρχοντα τοῦ κόσμου, ἀνθρωποκτόνον, πονηρὸν, πατέρα ψεύδους, καὶ ἄλλα τοιαῦτα. A malo. *Videtur mihi Dominus multis ac diversis modis malum illum nominare, dum juxta differentiam pravarum operationum multis eum nominibus appellat, diabolum, Beelzebul, mammonam, principem mundi, homicidam,* improbum, *patrem mendacii, aliisque similibus.* Et pag. sequenti: Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τὴν ἰσχὺν κεκτημένου. *Libera nos à* malo, *qui in hoc mundo vires habet.* Cyrillus Jerosol. Catechesi Νεοφωτ. V. pag. 223: Πονηρὸς, ὁ ἀντικείμενος δαίμων, ἀφ' οὗ ῥυσθῆναι δεχόμεθα. Malus, *est adversarius dæmon, à quo liberari petimus.* In Liturgia Jacobi, pag. 32: Ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ πάσης ἐπηρείας καὶ μεθοδείας αὐτοῦ. *Libera nos à* malo, *& ab operibus ejus, ab insultibus, machinis & fraudibus ejus.* Ignatius ad Trallianos: Προορῶν τὰς ἐνέδρας τοῦ πονηροῦ. *Prævidens insidias* mali. Ibidem de Theodoto & Cleobulo, τὰ τοῦ πονηροῦ ἔκγονα, mali *soboles.* Nec alio sensu vox πονηρὸς occurrit Matth. XIII. 19. 38. Ephes. VI. 16. II. Thessal. III. 3. 1. Joh. II. 13. 14. V. 18. Τὸν πονηρὸν, non τὸ πονηρὸν intelligi hoc loco, suadet etiam vox præcedens πειρασμὸς, à qua petimus liberari, hîc ab ejus autore, qui 1. Thessal. III. 5. κατ' ἐξοχὴν, ὁ πειράζων appellatur. Interim, si τοῦ πονηροῦ placeat οὐδετέρως accipere, erit, monente Cl. Priceo, quod II. Thessal. III. 3. φυλάττειν ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, quod Johan. XVII. 15. τηρεῖν, pro quo hîc ῥύεσθαι, ἐκ τοῦ πονηροῦ. quod II. Timoth. IV. 18. ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ ῥύεσθαι.

Epilogus. Δύναμις consideratur, 1. Respectu explicationis Nominis. Ita potētiam notat, a. Βραχίων.

Atque hactenus petitiones orationis Dominicæ examinavimus: id unum nunc restat, ut ejusdem Epilogum expendamus. Sigillatim omnia consideremus verba.

Βασιλεία. De regno Dei ad secundam petitionem actum sufficienter.

Δύναμις Hîc consideranda nobis venit.

I. Respectu explicationis *Nominis. Potentia* notatur in Scriptura,

a. Per βραχίονα. Theodoretus in Psalm. XXXVII. *Brachia* in Scriptura τροπικῶς δύναμιν notant, ἐπειδὰν διὰ τούτων ἐργάζεσθαι πεφύκασιν οἱ ἄνθρωποι. Idem in Psal. LXXXVIII. ὁ βραχίων

χίων ἐπὶ τ̃ ἐνεργείας λαμβάνεται. *Brachium de operatione sumitur*. Idem ad verba Jesaiæ L I. 5. Καὶ εἰς τὸν βραχίονά μου ἔθνη ἐλπιῦσι, p. 115. t. II. annotat, Βραχίονα τὴν δύναμιν καλεῖ· μεγίστη γὰρ ἀπόδειξις αὕτη τ̃ θείας δυνάμεως, τὸ διὰ σταυρῦ καὶ ἀτιμίας, καὶ θανάτυ, τ̃ οἰκυμένης κρατῆσαι. Τὸ ἁλιέας καὶ τελώνας, καὶ σκυτοτόμυς διδασκάλυς ἐπιστῆσαι φιλοσόφοις καὶ ῥήτορσι· τὸ δι' ἀνδρῶν δυοκαίδεκα πᾶσαν γεωργῆσαι τὴν οἰκυμένην· καὶ δι' ἀνθρώπων ὕτως εὐαριθμήτων πᾶσαν γῆν ϗ θάλατταν ἐμπλῆσαι τῦ θείυ κηρύγματος. Brachium *appellat* potentiam. *Maxima enim divinæ potentiæ demonstratio hæc est, quòd per crucem & ignominiam, & mortem subegerit orbem terrarum: quòd piscatores & publicanos, & coriarios doctores constituerit philosophis & oratoribus: quòd per duodecim viros universum mundum excoluerit, & per tam paucos homines omnem terram & mare divina prædicatione repleverit.* Idem θεραπευτ. Serm. X. tom III. pag. 637. ad hunc ipsum Prophetæ locum sequentia habet: Βραχίονα μέντοι, ὐ σωματικὸν ὀνόμασι μόριον· ἁπλῆ γάρ τοι ἡ θεία φύσις, καὶ ἐλευθέρα ξυνθέσεως· ἀλλὰ τροπικῶς δεδήλωκε τὴν ἰσχύν· Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τῶν χειρῶν καὶ οἱ πολεμῦντες παρατάττονται, καὶ οἱ γεωργῦντες ἐργάζονται, καὶ μέντοι καὶ οἱ ἄλλην τινὰ μεταχειριζόμενοι τέχνην, εἰκότως διὰ ᾧ βραχίονος παρεδήλωσε τὴν ἰσχύν. Brachium *itaque non intellexit humani corporis membrum; natura enim DEI simplex est, & ab omni compositione libera; sed figuratè robur divinum significavit. Cùm enim & milites manibus pugnent, & agricolæ terram colant, aliique omnes, qui artem aliquam tractant, meritò brachii nomine robur significavit.*

b. Per κέρας. Ita Psalmo LXXXIX. v. 17. hanc vocem sumi docet Theodoretus, his verbis: Κέρας τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ κράτος ἐκάλεσεν, ἐκ μεταφορᾶς τ̃ κερασφόρων ζώων, ἃ τοῖς κέρασι καθωπλισμένα τοιύτοις κέχρηται κατὰ τ̃ ἐπιόντων. Cornu *robur & potentiam vocavit, metaphorâ desumtâ ab animalibus cornutis, quæ cornibus armata, iis adversus insurgentes utuntur.* Basilius M. in Psalm. XXVIII. pag. 176: Τὸ κέρας ἀντὶ δυνάμεως πολλάκις παραλαμβάνεται, ὡς τὸ, Ὑπερασπιστής μου, καὶ κέρας σωτηρίας μυ. Cornu *sæpe pro potentia sumitur, ut in illo Psalm. XVIII. 2.* Protector meus, & cornu salutis meæ. Iterum Theodoretus in Cap. XXIX. Ezechielis, pag. 462. ad v. 21. Κέρας ἡ θεία γραφὴ ποτὲ μὲν καλεῖ τὴν βασιλείαν, b. Κέρας.

βασιλείαν,

βειαν, ποτὲ δὲ τὴν δύναμιν, ποτὲ δὲ τὴν βασιλείαν. Cornu *divina Scriptura aliâs pietatem vocat, aliâs potentiam, aliâs regnum.* Cyrillus Alexand. in Cap. V. Jesaiæ, pag. 78. Λαμβάνεται τὸ κέρας παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ εἰς ἰσχὺν, καὶ εἰς δύναμιν, καὶ εἰς δόξαν τὴν βασιλικήν. Cornu *in divina Scriptura accipitur pro viribus, pro potentia, & pro regia gloria.* Aretas in Apocalyps. V. pag. 915: Κέρατα τὴν δύναμιν σημαίνει καὶ τὴν δόξαν. Cornua *potentiam & gloriam notant.* Consentiunt Chrys. Hom. XIV. tom. V. pag. 74. & Theophyl. in Cap. I. Lucæ, pag. 311.

c. Δεξιά

c. Per δεξιάν. Ita Actor. II. 33. Christus dicitur τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς, *dexterâ DEI exaltatus.* DEUS *dextram* non habet. Σωματικώτερον δὲ καὶ παχύτερον, inquit Theodoretus in Psalm. CXIX. ἡ θεία γραφὴ περὶ Θεοῦ διαλέγεται τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων μετρῶσα τοὺς λόγους. *Quasi de corpore & crassè divina Scriptura de DEO loquitur, naturæ hominum sermones accommodans.* Est autem in Deo ἡ θεία ἐνέργεια, *divina efficacitas,* seu *potentia,* ut idem Theodoretus in Psal. XIX. pag. 471, scribit.

d. Χείρ.

d. Per χεῖρα. Cyrillus Alexand. lib. III. Glaph. in Genesin, pag. 104: Ἀεὶ παρὰ ταῖς θείαις γραφαῖς ἔργου καὶ κατορθωμάτων, ἤγουν πρακτικῆς ἐνεργείας σημεῖον χείρ. *Semper in divinis Scripturis* manus *signum est operis & rectè factorum, vel activæ operationis.* Theodoretus in Epit. Div. Decret. Cap. I. per *manum DEI* dicit intelligi τὴν πάντα πεποιηκυῖαν καὶ κυβερνῶσαν ἐνέργειαν, *operationem, quâ omnia sunt creata, & adhuc gubernantur;* Cap. IX. Τὴν δημιουργικὴν δύναμιν, *potentiam creatricem.* Damascenus lib. I. Orthod. fidei, Cap. XIV. pag. 51. χεῖρας Θεοῦ νοοῦμεν τὸ ἀνυστικὸν τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ· καὶ γὰρ ἡμεῖς τὰ χρειώδη, καὶ μάλιστα τιμιώτερα, διὰ τῶν οἰκείων κατορθοῦμεν χειρῶν. *Per* manus DEI *intelligimus efficacem virtutem operationis ejus: nam nos utilia & maximè honorabilia manuum adminiculo efficimus.* Eodem modo Eusebius, Præparat. Evangel. lib. VIII. pag. 221: Αἱ χεῖρες ἐπὶ δυνάμεως νοοῦνται Θεοῦ· καὶ γὰρ ἔστι νοεῖσθαι τὴν πᾶσαν ἰσχὺν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰς ἐνεργείας ἐν ταῖς χερσὶν εἶναι. *Per* manus *potentia DEI intelligitur: omne enim robur hominum, & operationes in manibus constituta intelliguntur.* Sæpe etiam per χεῖρα in Scriptura notatur Spiritus sanctus. Id observat Protogenes, Episcopus Sardicensis, in Concilio Nicæno, pag.

no, parte II. Cap.XX.pag.132. Ἔιωθεν ἡ γραφὴ ἢ χεῖρα, ἢ βραχίονα καλεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. *Solet Scriptura vel manum, vel brachium vocare sanctum DEI Spiritum.* e. Δάκτυλος.

e. Per δάκτυλον. Clemens Alexand. Strom. VI. pag. 681: Δάκτυλος Θεοῦ, δύναμις νοεῖται Θεοῦ, δι' ἧς ἡ κτίσις τελειοῦται οὐρανοῦ καὶ γῆς. *Per* digitum DEI *intelligitur potentia DEI, per quam creatio cæli & terræ perficitur.* Longè tamen frequentiùs δάκτυλος Θεοῦ Spiritum sanctum notat. Ita verba Christi Lucæ XI.20. ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, Veteres de Spiritu S. interpretantur. Cyril. Alex. lib. I. de Adoratione, p. 8: *Christus* δάκτυλον ὠνόμασε τὸ πνεῦμα Θεοῦ, λέγων, ποτὲ μὲν, Ἐι δὲ ἐγὼ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ποτὲ δὲ αὖ, Ἐι δὲ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, digitum *nominavit Spiritum Dei, dicens, aliquādo quidem,* Si verò ego per Spiritum DEI ejicio dæmonia: *aliquando verò,* Si digito DEI ejicio dæmonia. Theophyl. in C. XI Lucæ, p. 393. Ἐν δακτύλῳ Θεοῦ, τουτέστιν, ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἐκβάλλω, καὶ οὐκ ἐν πνεύματι πονηρῷ. Δάκτυλον δὲ τὸ πνεῦμα λέγει, ἵνα μάθῃς, ὅτι ὥσπερ ὁ δάκτυλος ὁμοούσιός ἐστι τῷ ὅλῳ σώματι, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ. Digito DEI, *hoc est, per Spiritum sanctum ejicio, nō per spiritum malum.* Digitum *autem Spiritum dicit, ut scias, quòd, sicut digitus ejusdem substantiæ est cum toto corpore, ita & Spiritus ejusdem substantiæ est cum Patre & Filio.* Eodem modo ante Theophylactum scripsit Isid. Pelusiota, Epist. LX. lib. I. pag. 19. Basilius etiam M. lib. V. contra Eunom. docet per δάκτυλον Θεοῦ, intelligendum esse πνεῦμα ἅγιον.

II. Δύναμιν consideramus respectu *Divisionis*, secundum quam *Potentia* ratione subjectorum notat. *2. Respectu Divisionis.*

1. *Potentiam DEI*, quæ accipi potest, *Atque ita notat,*

α. *Pro proprietate DEI essentiali*, quâ potest & efficit omnia in omnibus & singulis, unde etiam παντοκράτωρ, *omnipotens* dicitur. Hanc *potentiam*, imò *omnipotentiam* ea Scripturæ loca DEO vendicant, in quibus DEUS dicitur omnia efficere, quæcunque vult, ut Psalm. CXV.3. ea, quæ dicunt, DEO nihil esse impossibile, ut Lucæ I.37. Matth. XIX.26: ea etiam, quæ DEUM ἀπολύτως *omnipotentem* vocant, ut Apoc. I.8. IV.8. XVI.7. Tribus postremis locis occurrit vox παντοκράτωρ, quam pluribus examinat Greg. Nyssenus Orat. II. contra Eunom. tom. II. *1. Potentiam DEI, quæ significat, α. Omnipotentiam.*

Mm pag.

Cur DEUS παντοκράτωρ.

p.467. & tandem ita concludit: Οὐκοῦν ὅταν τῆς παντοκράτωρ φωνῆς ἀκούσωμεν τοῦτο νοοῦμεν, τὸ πάντα τὸν Θεὸν ἐν τῷ εἶναι συνέχειν, ὅσα τε νοητὰ, καὶ ὅσα τῆς ὑλικῆς ἐστι φύσεως. *Igitur, cùm vocem παντοκράτωρ audimus, hoc mente concipimus, nempe DEUM omnia in suo esse, sive in sua natura & essentia continere, & quæ intelligentiâ solâque mente comprehenduntur, & quæ materiali natura constant.* Theophilus, lib. I. ad Autolycum, p.246: Παντοκράτωρ λέγεται, ὅτι αὐτὸς τὰ πάντα κρατεῖ καὶ ἐμπεριέχει· τὰ γὰρ ὕψη τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ βάθη τῶν ἀβύσσων, καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἐστιν. *Omnipotens vocatur* DEUS, *quia ipse omnia tenet & continet: etenim altitudines cælorum & profunditates abyssorum, & orbis habitabilis fines in manu ejus sunt.* Cyrillus Jerosl. Catechesi Illum. VIII. pag. 74: Παντοκράτωρ ἐστὶν, ὁ πάντων κρατῶν, ὁ πάντων ἐξουσιάζων. *Παντοκράτωρ est, qui omnibus imperat, qui omnibus dominatur.* Videri etiam potest Dionys. Areopag. Cap. X. de divinis Nominibus, p.658.659. Perspicua sunt, quæ ad verba Dionysii habet Pachymeres, pag. 665. Λέγεται παντοκράτωρ, ὅτι πάντων κρατεῖ καὶ ἐξουσιάζει καὶ ἐπαρκεῖ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ τοῖς διοικουμένοις ἅπασι. *Dicitur* omnipotens, *quia omnibus imperat, & dominatur, & sufficit potestas ejus omnibus, qui ab ipso gubernantur.* DEUM verò omnipotentem esse, ac proinde meritò in hac δοξολογίᾳ *potentiam ejus* vocari *omnipotentiam*, ita certum est, ut nulla prorsus probatione sit opus. Certè Chrys. in Psalm. CXLI. potentiam DEI vocat παναλκῆ δύναμιν, & in Cap. VII. Jesajæ παναλκῆ δύναμιν, καὶ ἄφατον ἐξουσίαν, *omnipotentem potentiam, & ineffabilem potestatem* conjungit. Cyrillus Alexand. lib. III. adv. Julianum, pag. 108: Παναλκὲς τὸ Θεῖον, προσδεῖται δὲ ὅλως οὐδενός. *Omnipotens est DEUS, nec ulla prorsus re eget.* Sanctus Macarius, Homil. XXVI. pag. 354. itidem paucis multa complexus est: Τῷ θεῷ ἐν ῥοπῇ ὥρας πάντα εὐχερῶς ἐστι ποιῆσαι. *Deus momento temporis omnia facilè efficere potest.*

De Potentia DEI objecto.

Ut verò doctrinam de *omnipotentia DEI* ex Antiquitate magis enucleatè proponamus, de ejus objecto paulò enarratius disserendum. Hic non moramur otiosos Philosophastros, qui per inanes ἀεροβατοῦντες subtilitates, multa, aliquando etiam DEO indignissima, blaterant de hoc Capite. Apostoli nobis commendata est regula, quæ jubet φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν: sancti

ſancti Gregor. Nazianzeni nobis obverſatur exemplum. qui Orat. XXXIX. pag. 630. de ſe teſtatur, φρίττω καὶ γλῶσσαν καὶ νοῦν, καὶ διάνοιαν, ὅταν περὶ Θεοῦ φθέγγωμαι. *Et lingua, & mente, & cogitatione horreſco, quoties de Deo ſermonem habeo.* Atque hoc ἐπαινετὸν πάθος καὶ μακάριον omnibus auditoribus ſuis precatur. Sed ad rem. *Deus plura poteſt, quàm vult.* Quidam DEI *potentiam* anguſtioribus quàm par eſt finibus coarctantes, aſſerunt, DEUM ea tantùm poſſe, quæ velit, ac proinde omnia, quæ nolit, ab objecto potentiæ ejus eſſe removenda. Verùm, ſi rem accuratiori ſubjiciamus examini, ipſámque Scripturam conſulamus ſacram, quæ, teſte Chryſoſtomo, οὐδὲν παρεσιώπησε τῶν χρησίμων ἡμῖν, *nihil tacuit eorum, quæ nobis utilia ſunt*, deprehendemus, ſententiam iſtam diſertiſſimis ejus teſtimoniis refelli. Annon enim luculenta ſunt illa Johannis, ὁ τῆς μετανοίας κήρυξ, καὶ μεταμελείας εἰσηγητὴς; ut à Nyſſeno, Orat. de pœnit. to. II. pag. 167. vocatur; Matth. III. 9: Λέγω ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ; Potuiſſet ergo hoc DEUS, ſed nolebat Annon omnem nobis ſcrupulum eximere poſſunt verba ipſius Salvatoris Matth. XXVI. 53.? Potuiſſet omnino Chriſtus orare Patrem, ſed noluit: potuiſſet ei Pater ſiſtere legiones Angelorum, ſed itidem noluit. Plura ergo DEUS poſſet, quàm vult. Theodoretus in Pſalm. CXXXV. Οὐ τῇ δυνάμει σύμμετρα τὰ γενόμενα, ἀλλὰ τῇ βουλήσει· ἠδύνατο μὲν γὰρ καὶ πολλαπλάσια τούτων, καὶ πολλῷ μείζονα δημιουργῆσαι· ἀλλὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἠθέλησε. *Res creatæ non reſpondent potentiæ, ſed voluntati: potuiſſet enim his multò plura, & multò majora creare: ſed tot & talia voluit.* Ita apud Juſtinum Martin. reſponſ. ad quæſtion. III. Græcorum: Θεὸς, ὅσα μὲν βούλεται ποιεῖν, δύναται ποιεῖν· οὐχ ὅσα δὲ δύναται ποιεῖν, βούλεται ποιεῖν. *Quæcunque DEUS facere vult, ea facere poteſt: at non, quæcunque facere poteſt, ea facere vult.* Gemina prorſus occurrunt apud Damaſcenum Orth. fidei lib. I. Cap. ult. pag. 64: Πάντα μὲν, ὅσα θέλει, δύναται· οὐχ ὅσα δὲ δύναται, θέλει. δύναται γὰρ ἀπολέσαι τὸν κόσμον, οὐ θέλει δέ. *Omnia quæcunque vult poteſt, non autem quæcunque poteſt vult. Nam poteſt quidem perdere mundum, ſed non vult.* Suo hoc ipſum calculo Tertull. lib. adverſus Praxean, Cap. X. pag. 847. ſatis perſpicuè comprobat. Sic

de DEO ad Proxean: *Non quia omnia potest facere, ideóque credendum est, illum fecisse, etiam quod non fecerit. Sed an fecerit, requirendum. Potuit, si voluisset, ita salvus sim, DEUS pennis hominem ad volandum instruxisse, quod & milvis præstitit: non tamen quia potuit, statim & fecit. Potuit & Praxean, & omnes pariter hæreticos statim extinxisse, non tamen quia potuit, extinxit.*

Quidam voluntatem Dei statuerunt mensuram potentiæ divinæ.

Interim non negaverim, veterum nonnullos statuisse, *voluntatem DEI mensuram esse potentiæ ejus.* Id fecit Theodoretus non uno loco. In Epitome div. Decret. Cap. V. scribit: Ἰσόμετρον ἔχει θεὸς τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν. *DEUS habet potentiam voluntati æqualem.* Idem in Psalm. CXIV. Σύμμετρον ἔχει τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν. Et θεραπευτ. serm. IV. Τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ὅσα βούληται, δυνατά· τῇ βουλήσει γὰρ ἡ δύναμις ἥνωται. *Universorum DEUS, quæ vult, eadem potest: divina siquidem voluntati etiam facultas adjuncta est.* Damasc. Orth. fidei lib. I. Cap. VIII. DEUM vocat δύναμιν οὐδενὶ μέτρῳ γνωριζομένην, μόνῳ δὲ τῷ οἰκείῳ βουλήματι μετρουμένην, *potentiam nullâ mensurâ cognitam, solâ verò propriâ voluntate mensuratam*; & addit, πάντα γὰρ ὅσα θέλει, δύναται. *Omnia enim, quæcunque vult, potest.* Et Cyrillus Alexand. Catenâ in Cap. II. Joh. pag. 80. Θεὸς ἐν μόνῳ τῷ θέλειν, ἔχει τὸ δύνασθαι. *DEO velle, posse est.* Hæc tamen sententiam nostram de objecto potentiæ divinæ minimè labefactant: Voluntas enim DEI divinæ potentiæ mẽsura est, quia, cùm apud hos sit velle quod facere, ut ait Aug. in Ps. CXLIV. DEUS nihil potest facere, quod nõ possit velle, & nihil potest velle, quod nõ possit facere. Huc faciunt illa ex Epist. Theodor. CXLIV. p. 1019. Οὐδὲν βούλεται ποιεῖν ὁ Θεὸς ὧν μὴ πέφυκε. *Deus nihil vult facere, quod naturæ ejus non congruat.*

Objectum potentiæ divinæ est τὸ δυνατόν. Ἀδυνάτου species.

Objectum ergo potentiæ divinæ est τὸ δυνατὸν, *possibile*, sive quod non est ἀδύνατον, *impossibile*. Ἀδύνατον autem est ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων. Ejus species enumerat Philosophus Metaphys. lib. IV. Cap. XII. Nos audiemus Gregor. Nazianzenum Orat. XXXVI. p. 583. 584. qui ἀδυνάτου species aliquot recensset, quas huc transferimus. 1. est κατὰ δυνάμεως ἔλλειψιν, *secundum virium defectum*; Aristoteles vocat *impossibile* κατὰ τὴν ἀδυναμίαν: Ambrosius lib. IV. de fide, Cap. III. *impossibile per impotentiam*, aut *infirmitatem*. Hoc sensu παιδίον οὐ δύναται ἀθλεῖν, σκύλαξ

οὐ δύ-

ὐ δύναται βλέπειν, *puer non potest luctari, catulus non potest cernere.* 2. Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, quando *impossibile* de eo dicitur, *quod sæpe contingit*, cujusmodi est illud Matth. V. 14. Οὐ δύναται πόλις κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένη· τάχα γὰρ ἂν καὶ κρυφθείη τις, ἐπιπροσθοῦντος μείζονος. Non potest civitas abscondi supra montem posita. *Fieri enim potest, ut quædam civitas abscondatur, majori nimirum aliquo monte ipsius luminibus obstruente.* 3. Τὸ οὐκ εὔλογον, *quod æquum*, aut *rationi conveniens non est*, vocatur ἀδύνατον, & exempli loco affertur illud Matth. IX. 15. Οὐ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νηστεύειν, ἐφ' ὅσον ἔνδημος ὁ νυμφίος. *Non possunt filii sponsi jejunare, quamdiu præsens est sponsus.* 4. Τὸ ἀβούλητον, *à quo voluntas nostra abhorret.* Exemplum affert ex Marci VI. 5. Τὸ μὴ δύνασθαι ἐκεῖ σημεῖα ποιῆσαι, ἀλλὰ τὴν ἀπιστίαν τῶν δεχομένων. *Non poterat ibi signa facere propter incredulitatem eorum, qui ea excipiebant.* Addit: Ἐπειδὰν γὰρ τοῦ συναμφοτέρου χρεία πρὸς τὰς ἰάσεις, καὶ τῆς τῶν θεραπευομένων πίστεως, καὶ τῆς τοῦ θεραπεύοντος δυνάμεως, οὐκ ἐνεδέχετο τὸ ἕτερον τοῦ συζύγου ἐλλείποντος. *Quoniam enim ad morborum depulsiones utrumque accedere necesse est, nempe ut & ægroti fidem, & medici vim atque facultatem medendi afferant: itaque alterum deficiente altero non contingebat.* Ita Isid. Pelusiota, Epist. CCCXXXV. lib. III. pag. 387. scribit, Οὐ δύναται in Scriptura sæpe significat, οὐκ ἐγχωρεῖ, οὐ πρέπει, οὐ προσήκει, οὐκ ἐνδέχεται, οὐχ ἁρμόττει, *fieri nequit, non decet, non convenit.* 5. *Quod* φύσει est ἀδύνατον, Θεῷ δὲ δυνατὸν βουληθέντι, *naturâ quidem impossibile, DEO autem volenti possibile*: ut mortuum præstare redivivum naturæ & caussis naturalibus est impossibile, DEO possibile. 6. Τὸ παντελῶς ἀδύνατον καὶ ἀνεπίδεκτον, *quod nulla omnino ratione fieri potest*: ut, πονηρὸν εἶναι Θεὸν, ἢ μὴ εἶναι, *DEUM malum esse, aut omnino non esse.* Hoc Ambrosius vocat *impossibile naturâ*, & Aristoteles, οὗ τὸ ἐναντίον ἐξ ἀνάγκης ἀληθές, *cujus contrarium necessariò verum est.* Atque hoc genus ἀδυνάτου intelligimus, cum dicimus DEUM posse, quidquid non est impossibile, id est, quod non est ἀντιφατικὸν, *quod contradictionem non implicat.* Rem hanc solidè & perspicuè tractat Theodoretus, Epist. CXLIV. Ἡμεῖς πάντα μὲν δύνασθαι φαμὲν τὸν τῶν ὅλων Θεόν· τῇ δὲ πάντα φωνῇ μόνα τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ συμπεριλαμβάνεσθαι· ὁ γὰρ φύσει σοφός τι καὶ ἀγα-

Quæ DEUS non possit.

θὸς οὐδὲν τῶν ἐναντίων προσίεται, ἀλλὰ μόνα τὰ τῇ φύσει πρέποντα. *Non omnia quidem posse DEUM universorum dicimus, sed vocabulo,* πάντα, omnia, *sola honesta & bona comprehendi. Qui enim naturâ est sapiens & bonus, contrariorum nullum admittit, sed ea tantùm, quæ naturæ conveniunt.* Et paulò pòst; Θεὸς οὐδὲν βούλεται ποιεῖν ὧν μὴ πέφυκε· πέφυκε δὲ ἀγαθὸς, οὐκοῦν οὐ βούλεταί τι κακόν· πέφυκε δίκαιος, οὐκοῦν οὐ βούλεταί τι ἄδικον· πέφυκεν ἀληθὴς, οὐκοῦν τὸ ψεῦδος βδελύττεται· πέφυκεν ἄτρεπτος, οὐκοῦν τροπὴν οὐ προσίεται. *DEUS nihil facere vult, quod naturæ ejus non congruat. Naturâ autem est bonus, nihil ergo vult mali: naturâ est justus, nihil ergo vult injusti: naturâ est verax, mendacium ergo respuit: naturâ est immutabilis, mutationem ergo non recipit.* Tota epistola verè aurea, ac proinde lectu dignissima est. Isidorus Pelusiota Epist. CXVII. lib. II. pag. 175. dicit, Orthodoxos ad interrogationem, Εἰ πάντα τῷ Θεῷ δυνατά, respondere, τὰ πρέποντα αὐτῷ, *DEUM ea posse, quæ eum deceant.* Addit: Δύναται μὲν γὰρ πάντα, βούλεται δὲ τὰ ἄριστα. *Nam potest quidem omnia, vult autem optima.* Origenes lib. III. contra Celsum, pag. 154: Δύναται καθ' ἡμᾶς πάντα ὁ Θεὸς ἅπερ δυνάμενος, οὐ Θεὸς εἶναι, καὶ οὐ ἀγαθὸς εἶναι, καὶ σοφὸς εἶναι οὐκ ἐξίσταται. *DEUS juxta nostram opinionem omnia potest, per quorum omnipotentiam à Deitate sua, bonitate ac sapientia non excidit.*

Ex his jam duo deducimus πορίσματα.

In DEUM nullus cadit defectus.

A. Dicimus in DEUM nullum cadere posse defectum, nullam imperfectionem, ac proinde eundem non *posse mala, non posse peccare, non posse mentiri, non posse injustè agere, non posse se ipsum negare, non posse turpia, &c.* hæc enim omnia sunt ἀντίφατικά, cùm attributum subjecto repugnet: nam si posset mala, non esset αὐτοαγαθότης, adeóque non esset DEUS. Si posset peccare, deficientis esset virtutis, cùm peccare sit in agendo deficere; atque ita non esset omnipotens, ac proinde neque DEUS. Hoc agnovit Chrysostom. Homil. XXXVIII. in Johannem: Ὅταν λέγομεν, ἀδύνατον τὸν Θεὸν ἁμαρτεῖν, οὐκ ἀσθένειαν αὐτοῦ κατηγοροῦμεν, ἀλλὰ ἄρρητόν τινα δύναμιν αὐτοῦ ὁμολογοῦμεν. *Quando dicimus, impossibile esse ut DEUS peccet, eum non insimulamus infirmitatis, sed ineffabilem quandam potentiam ejus esse fatemur.* Iterum audiendus Theodoretus in Epistola illa CXLIV. *Ad*

ob

objectionem, *DEUS non potest mentiri, non potest mori, &c.* respondet: Ταῦτα ἀδύνατα οὐκ ἀδυναμίας δηλωτικὰ, ἀλλὰ δυνάμεως μεγίστης σημαντικά· οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας λέγοντες ὡς ἀδύνατον αὐτὴν ἀποθανεῖν, ἀσθένειαν αὐτῆς καλῃγοροῦμεν, ἀλλὰ τῆς ἀθανασίας αὐτῆς τὸ δυνατὸν κηρύττομεν· οὕτω τοίνυν ὁμολογοῦντες τοῦ Θεοῦ τὸ ἄτρεπτον, τὸ ἀπαθὲς, τὸ ἀθάνατον, οὔτε τροπὴν, οὔτε πάθος, οὔτε θάνατον ἐκείνῃ προσάψαι τῇ φύσει δυνάμεθα. *Impossibilia hæc non arguunt imbecillitatem, sed potentiam maximam demonstrant. Neque enim, cùm de anima nostra dicimus, impossibile esse illam mori, illam imbecillitatis arguimus, sed immortalitatis ejus potentiam prædicamus. Sic igitur, cùm immutabilem, à passione immunem, immortalem DEUM esse confitemur, nec mutationem, nec passionem, nec mortem illi naturæ tribuere possumus.* Rem eandem Origenes etiam, lib. III. contra Celsum, pag. 154. satis perspicuè tradit. Ὥσπερ οὐ δύναται τὸ πεφυκὸς γλυκαίνειν τῷ γλυκὺ τυγχάνειν πικράζειν, παρὰ τὴν αὐτοῦ μόνην αἰτίαν· οὐδὲ τὸ πεφυκὸς φωτίζειν τῷ εἶναι φῶς σκοτίζειν· οὕτως οὐδὲ ὁ Θεὸς δύναται ἀδικεῖν, ἐναντίον γάρ ἐστιν αὐτοῦ τῇ θεότητι καὶ τῇ καθ' αὐτὴν πάσῃ δυνάμει ἡ τοῦ ἀδικεῖν δύναμις. *Sicuti, quod nativam suam dulcedinem indit rebus etiam aliis, nullam potest amaram reddere, quia hoc contra naturam suam faceret: neque quod natum est ad res illustrandas, potest eas obscurare: ita nec Deus potest injustè agere, ejus enim Deitati est contrarium ejúsque toti potentiæ, posse injustè agere.* Quomodo DEUS se ipsum non possit negare, Isid. Pelusiota Epistolâ CCCXXXV. lib. III. pag. 387. ad locum Apostoli II. ad Timoth. II. 13. ita explicat: Τοῦτο οὐκ ἀσθενείας ἐστὶν ἀπόδειξις, ἀλλ' ἀνυπερβλήτου ἰσχύος, ὅτι οὐκ ἐγχωρεῖ τὴν θείαν φύσιν ἑαυτὴν ἀρνήσασθαι. *Illud non imbecillitatis, sed invictæ potentiæ demonstratio est, quia fieri nequit, ut natura divina seipsam neget.* Pluribus hunc locum explanat Jobius in Bibliotheca Photii, Cod. CCXXII. pag. 586. Inter alia: Παντοδύναμος ὑμνεῖται καὶ λέγεται Θεὸς, ὡς τά τε πρέποντα αὐτῷ καὶ σωτήρια τῶν δημιουργημάτων πάντα δυνάμενος, ὅτε βούλεται· Ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ λέγειν, μὴ δύνασθαι ἃ μὴ πρέπον αὐτῷ, δυνάμεώς ἐστιν ὡς ἀληθῶς· εἰ γὰρ ἐκεῖνα πάντα στέρησις καὶ ἀσθένεια, τὸ τούτων ἁπάντων ἀπείρῳ ὑπερίδρύσθαι, πῶς οὐ μέτρον τῆς ἀκροτάτης καὶ πανσθενεστάτης δυνάμεως; *Omnipotens prædicatur & dicitur DEUS, quòd quæ ipsum decent,*

decent, & salutaria sunt rebus creatis, ea omnia facere possit, cùm vult. Alioquin hoc ipsum dicere, Non posse DEUM, quæ non decent ipsum, revera ad potentiam pertinet. Si enim hæc omnia privatio atque impotentia quædam sunt, quomodo non summa hoc erit potentia ac fortitudinis, infinito quodam spatio supra hæc omnia collocatum esse? Origenes contra Celsum lib. V. p. 246: Φαμὲν, ὅτι οὐ δύναται αἰσχρὰ ὁ Θεὸς, ἐπεὶ ἔσται ὁ Θεὸς δυνάμενος μὴ εἶναι Θεός· εἰ γὰρ αἰσχρόν τι δρᾷ ὁ Θεὸς, οὐκ ἔστι Θεός. *Dicimus, DEUM non posse turpia, alioqui DEUS posset non esse DEUS: nam si turpe quid facit DEUS, non est DEUS.* Audiatur tandem Augustinus. tom. VII lib. de natura & gratia, Cap. XLIX: *Absit à nobis, ut DEUM peccare posse dicamus. Non enim, ut stulti putant, ideo non sit omnipotens, quia nec mori potest, & negare se ipsum non potest.*

Facta non possunt infecta reddi.

B. Asserimus, *Non posse, quæ facta sunt, infecta reddi*, quia factum & infectum se habeant ut affirmatio & negatio, ens & non ens, ac proinde ἀντιφατικῶς opponantur. Theophylactus in C. X. Marci p. 246. ad objectionem, vel potiùs quæstionem, ἆρα οὖν δύναται ὁ Θεὸς καὶ τὸ γεγονὸς ὡς μὴ γεγονὸς ποιῆσαι; *Num DEUS factum infectum reddere potest?* respondet, λέγομεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀλήθειά ἐστι· τὸ δὲ ποιῆσαι τὸ γεγονὸς, ὡς μὴ γεγονὸς, ψεῦδος. *Dicimus, DEUM esse veritatem: factum autem infectum facere, mendacium est.* Isidorus Pelusiota Epist. CXVII. lib. II. pag. 175. ad quæstionem, *An DEUS factum, infectum reddere possit*, respondet: Ἀχρεῖον δὴ τὸ τοιοῦτο· οὐδὲν δὲ ἀχρεῖον ἐπὶ τῆς θείας δυνάμεως παραλαμβάνεται. *Hoc omnino inutile est: at nihil, quod inutile est, de potentia divina dicitur.* Cyrillus Alexand. adv. Anthrop. lib. I. Cap. XIII. Ὁ Θεὸς τὴν πορνεύσασαν οὐ δύναται ποιῆσαί ποτε μὴ γεγενῆσθαι πόρνην. *DEUS non potest efficere, ut, quæ scortata est, non sit facta meretrix.* Simillima sunt illa Hieronymi ad Eustachium de Custodia Virgin. *Audenter loquar, cùm omnia possit DEUS, suscitare non potest virginem post ruinam.*

β. Organum, quo DEUS utitur ad salvandos electos.

β. *Potentia DEI* accipitur pro organo, quo DEUS utitur ad salvandos electos. Hoc sensu *Evangelium* vocatur *potentia DEI* Rom. I. 16. ubi Theodoretus notat; Εἰκότως ὁ θεῖος ἀπόστολος δύναμιν Θεοῦ τὸ σωτήριον προσηγόρευσε κήρυγμα, ὡς τοῖς πιστεύουσι μόνοις ἀποκαλύπτον τὴν δύναμιν, καὶ τὴν σωτηρίαν δωρούμενον.

μενον. *Jure divinus Apostolus salutarem prædicationem virtutem DEI appellavit, ut quæ solis credentibus potentiam aperiat, & salutem largiatur.* Etiam Messias 1. Corinth. I. 24. vocatur Θεοῦ δύναμις, quia Deus per eum potentiam suam mirabiliter exerit. Vel, ut Gregor. Nazianz. Orat. XXXVI. pag. 591. notat, δύναμις Θεοῦ vocatur, ὡς συντηρητικὸς τῶν γινομένων, καὶ τὴν τοῦ συνέχεσθαι ταῦτα χορηγῶν δύναμιν, *ut rerum creatarum conservator, vimque iis suppeditans, ut contineantur.* Vel, ut est in Appendice ad Typicum Sabæ, Δύναμις λέγεται, ὅτι πάντα συστησάμενος, τὴν τοῦ συνέχεσθαι αὐτοῖς ἐχορήγει δύναμιν· καὶ λόγῳ κυβερνῶν καὶ διεξάγων αὐτὰ, καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν ἐπιστάμενος μόνος αὐτὸς, ὡς παραγωγεὺς αὐτῶν καὶ ποιητής· καὶ ὅτι τὸ κράτος κατέλυσε τοῦ θανάτου, ὡς δυνατὸς τὸν ἰσχυρὸν δήσας, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσας, καὶ ἡμᾶς ἀφελόμενος ἐξ αὐτοῦ. Potentia *dicitur, quia omnia creavit, iisque ut continerentur vim suppeditavit: quia illa verbo gubernat & regit, & quia eorum rationes solus scit, tanquam eorum productor & creator. Et quia robur mortis dissolvit, & tanquam potens potentiam ligavit, ejus instrumenta diripuit, nósque ex ejus potestate eripuit.* Et quia Messias vocatur δύναμις Θεοῦ, etiam Simon Magus ab illis, quos magicis artibus dementaverat, nuncupabatur ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη, Actor. VIII. 10. De eo Theodoretus Hæret. fabul. lib. I. Cap. I. pag. 192: Οὗτος τοιοῦτον μῦθον ἐγέννησεν· ἄπειρον τινὰ ὑπέθετο δύναμιν· ταύτην δὲ ῥίζωμα τῶν ὅλων ἐκάλεσεν—ἑαυτὸν δὲ τὴν ἄπειρον ὠνόμασε δύναμιν. *Hic fabulam hujusmodi commentus est: Infinitam quandam posuit potentiam, quam etiam universorum radicem appellavit.—Seipsum autem infinitam illam nominavit potentiam.* De Menandro idem Cap. sequenti: *Menander* τὴν μὲν ἐκείνου διεδέξατο γοητείαν, ἑαυτὸν δὲ οὐ τὴν πρώτην δύναμιν ὠνόμασεν· ἄγνωστον γὰρ ἔφησε ταύτην· ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἐκείνης ἀπεστάλθαι βρενθυόμενος, σωτῆρα ἑαυτὸν προσηγόρευσεν, *illius quidem præstigias sectatus est, primam tamen se potentiam non nominavit: ignotam enim hanc esse dicebat, cæterum ab illa se missum jactitans, Servatorem se ipsum appellavit.*

2. *Potentiam Angelorum*, ob quam vocantur δυνάμεις. De hac appellatione sic Theodoretus in Psalm. CXLIX. Vocantur δυνάμεις, ὡς τῶν σωματικῶν παθῶν ἐλεύθεροι, καὶ πληροῦν τὰ κελευό-

b. Potentiam Angelorum: ob quã vocantur δυνάμεις.

κελδυόμενα δυνάμενοι, virtutes, *quia à corporis affectibus sunt immunes,& quæ jubentur, exsequi possunt*. Pachymeres in Cap. VIII. Dionysii Areopagitæ de cœlesti Hier. pag. 101. Δυνάμεων ὀνομασίαν οἴομαι ἀνδρίαν δηλῦν κατὰ κοινῦ ἄῤῥενωπόν ἵνα καὶ ἑδραίαν, ἀβέλκλον ἀθήλυντον, ἀνένδοτον. Virtutum *nomen existimo in communi significare masculam quandam & constantem virilitatem, rigidam, asperam, severam*. Vocantur δυνάμεις cum variis epithetis; cujusmodi sunt, quòd Nyssenus Hom. XV. in Cant. Angelos vocat νοητὰς καὶ ὑπερκοσμίυς δυνάμεις, *virtutes, quæ mente tantùm intelliguntur, & supra mundanas*: Pachymeres in Cap. VII. Dionysii Areopag. de Hierarch. Ecclef. νοητὰς δυνάμεις: Chrysost. Homil. LXIX. tom. VI. ἀπείρυς δυνάμεις, *multitudine infinitas virtutes*: idem τὰς ἄνω δυνάμεις, *virtutes cœlestes*: idem, Homil. XV. in Epist. ad Hebr. ἀσωμάτυς δυνάμεις, *virtutes incorporeas*: idem, Hom. IV. de Sacerdotio ἀοράτυς δυνάμεις, *invisibiles virtutes*: idem Hom. II. ad Theodorum ἀνωτέρας δυνάμεις, *superiores virtutes*: Basil. Orat. I. in Hexaëm. & Damasc. orthod. fidei lib. I. Cap. I. ὑπερκοσμίυς δυνάμεις, *supramundanas virtutes*: Greg. Nazianz. Oratione XXXVIII. ἀγγελικὰς καὶ ὀυρανίυς δυνάμεις, *angelicas & cælestes virtutes*: Eusebius præparat. Evang. lib. VII. pag. 191. νοερὰς καὶ λογικὰς δυνάμεις, *intellectuales, & rationales virtutes*.

Θρόνοι. Angeli ob potentiam suam vocantur etiam θρόνοι ad Coloss. 1. 16. ubi Theodoretus: Θρόνυς ἡγῦμαι τὰ χερυβὶμ αὐτὸν λέγειν· Τύτοις γὰρ εἶδε τὸν θεῖον ἐπικείμενον θρόνον ὁ προφήτης Ιεζεκιήλ. Thronos *existimo eum dicere Cherubim. Divinum enim thronum super eos positum vidit Propheta Ezechiel*. Quemadmodum, ὅταν ἀκύσῃς θρόνον τῦ Θεῦ, θεοπρεπῶς νοητέον θρόνον, τυτέσιν, ἐξυσίαν, βασιλείαν, κυριότητα, *cùm audis* thronum DEI, *thronus DEO convenienter intelligi debet, id est, potestas, regnum, dominatio*, ut est apud Chrysostom. Orat. XVII. tom. VII. Ἐπιγραφ. ita, quando Angeli vocantur θρόνοι, id propterea fit, quia ad magnam gloriam, sublimitatem & dignitatem sunt evecti. Vide Dionysium Areopagitam Cap. VII. de Cœlesti Hier. pag. 69. & Pachym. ejus Paraphrast. pag. 80.

Κυριότητες. Vocantur κυριότητες, *dominationes*. De hoc nomine Dionysius

sius Areop. Cap. VIII. de Cœl. Hierarchia pag. 93: Τῶν ἁγίων κυριοτήτων τὴν ἐκφαντορικὴν ὀνομασίαν οἶμαι δηλοῦν, ἀδούλωτόν τινα καὶ πάσης ὑποπεζίας ὑφέσεως ἐλευθέραν ἀναγωγήν, οὐδὲ μιᾷ τῶν τυραννικῶν ἀνομοιοτήτων, οὐδενὶ τρόπῳ καθόλου καταχλινομένην αὐτὴν ἐλευθεροπρεπῶς ὡς ἀμείλικτον κυριότητα, πάσης μειωτικῆς δουλοποιΐας ὑπερκειμένην, ἀνένδοτον ὑφέσει πάσῃ, καὶ ἐξῃρημένην ἁπάσης ἀνομοιότητος, τῆς ὄντως κυριότητος καὶ κυριαρχίας, ἀκαταλήκτως ἐφιεμένην, καὶ πρὸς τὴν αὐτῆς κυρίαν ἐμφέρειαν, ὡς ἐφικτὸν ἑαυτήν τε καὶ τὰ μετ᾽ αὐτὴν ἀγαθοειδῶς διαπλάττουσαν πρὸς οὐδὲν τῶν εἰκῇ δοκούντων, ἀλλὰ πρὸς τὸ κυρίως ὂν ὁλικῶς ἐπεστραμμένην, καὶ κυριαρχικῆς ἀεὶ θεοειδείας ἐν μεθουσίᾳ. *Nomen, quod sanctas designat* dominationes, *existimo declarare absolutum aliquem & ab omni terrena vilitate liberum ad superna transitum, nullàque penitus tyrannica dissimilitudine ullo modo inclinatam, sed liberaliter severam dominationem; quæ omni abjecta servitute celsior, omni dejectione superior, & ab omni dissimilitudine remota, verique dominatus, nec non principii dominationis jugiter avida, cùm ipsa se, tunc sibi subdita ad genuinam ejus similitudinem, quoad potest, beneficè transformat; & ad nihil eorum, quæ inaniter apparent, sed ad id, quod verè est, totaliter conversa, Dominicæ semper Deiformitatis particeps existit.* In Paraphrasi Pachymeræ, pag. 99. omnia ad compendium rediguntur hoc modo: Τῶν ἁγίων κυριοτήτων τὴν ἐκδηλωτικὴν ὀνομασίαν, ὑπολαμβάνω δηλοῦν ἀναγωγήν τινα καὶ ἀναφορὰν ἀδούλωτον, καὶ πάσης χθαμαλῆς ταπεινότητος ἐλευθέραν. *Nomen, quod sanctas designat* dominationes, *existimo declarare absolutum aliquem, & ab omni terrena vilitate liberum ad superna transitum.* Vocantur etiam ἀρχαὶ & ἐξουσίαι, de quibus appellationibus itidem consuli potest Dionysius Areopagita Cap. VIII. & IX. de cœlesti Hierarchia.

Δόξα sequitur. Varias hæc vox habet significationes: nos minùs tantùm obvias observabimus. *Δόξα notat.*

1. Quando de Deo dicitur, ut fit hoc loco, denotat quidquid in DEI majestate vel testimonio præsentiæ ejus considerari potest gloriosum, id est, præstans, excellens, eximium, & supra cogitationem omnem celebratione dignum. Propter hanc *gloriam*, DEUS vocatur Actor. VII. 2. ὁ Θεὸς τῆς δόξης, id est, interprete Oecumenio in Acta, pag. 37. Θεὸς δεδοξασμένος, *1. DEI majestatem.*

 DEUS

DEUS glorificatus, vel *gloriosus*. Vocatur *Pater gloriæ*, Ephes. I. 17. *Rex gloriæ*, Psal. XXIV. 7. &c.

2. Filium DEI.

2. Notat *ipsum DEI Filium*. Cl. Heinsius Exercit. sacr. lib. VII. ad I. ad Corinth. Cap. II. Δόξης *vox Filio, ut nomen proprium tribuitur: quem eodem modo* δόξαν, *quo* υἱὸν, *ac* οὐσίαν, *Justinus M. Dialogo cum Tryphone Judæo, dici notat. Patres etiam vix efficaciori ad exprimendam divinitatem voce utuntur. Quod in animo habebat Cyrillus, qui, cùm Baptista diceret*, ὅτι ὁ χριστὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ γέγονεν; *ad* τὴν δόξαν, *seu* divinitatem, *referendum id ait*, Ἔμπροσθεν αὐτοῦ γέγονε, τουτέστι, προλάμπων κατὰ τὴν δόξαν, *inquit*. Hactenus ille. Plura suppeditat tibi ejusdem Aristarchus, pag. 294. &c. 300. Locus ille Cyrilli legitur lib. I. in Joh. Cap. IX. pag. 99. Adducitur etiam in Actis Ephesinis, pag. 62. An verò δόξα in isto Cyrilli loco notet *divinitatem Filii*, an *gloriam*, meritò dubitatur. Non enim desunt, qui de *gloria* interpretantur. Ariani explicârunt, τὸ ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ἀντὶ τοῦ, πρὸ ἐμοῦ ἐκτίσθη, *ante me creatus fuit*: Orthodoxi verò, ἐνδοξότερος καὶ τιμιώτερός μου γέγονε, *gloria & honore me antecellit*, teste Harmenopulo de sectis, num. I. pag. 556. Eadem apud Theophyl. in Cap. I Johan. leguntur. Idem in Cap. I. ad Hebræos interpretatur, Ἐντιμότερός μου ἀπεδείχθη, *honoratior me demonstratus est*. Imò ipse eodem modo Cyrillus in Catena in Johannis Cap. I. ad vers. 15. his verbis: Ἀντὶ τοῦ, ὁ ποτὲ κατόπιν τῆς ἐμῆς ὑπάρχων τιμῆς, ἐπιδοξότερος ὤφθη, καὶ ἀσυγκρίτοις ὑπεροχαῖς τὸ ἐμοὶ πρέπον ὑπερεκτρέχει μέτρον. *Hoc est, Qui aliquando minoris fiebat quàm ego, gloriosior me apparuit, & innumeris prærogativis modulum meum excessit.* Observabis δόξαν reddi, per τιμὴν, quod tamen Cl. Heinsius in Aristarcho suo, pag. 294. non admittit. Et, quod omnem dubitationem facilè tollit, idem Cyrillus Dial. VIII. qui est de Incarnatione, pag. 711. sententiam eorum, qui statuunt illud ἔμπροσθεν Johan. I. 15. κατὰ τὴν δόξαν esse intelligendum, prorsus rejicit, & lib. III. adv. Nestor. pag. 76. dicit intelligi προϋπάρχοντα Ἰωάννου, καὶ προϋφεστηκότα, *ante Johannem existentem*. Hæc autem non eum in finem afferuntur, quasi δόξα Filio non tribuatur tanquam nomen proprium, sed ut ostendatur, locum ab Heinsio ex Cyrillo notatum esse

ἀπρο-

ἀπεριοδιόνυσον. Potuissent & ex illo, & ex Athanasio loca afferri, quæ extra contradictionis aleam essent posita. Rem uno alteróve exemplo damus illustratam. Athanasius de communi essentia trium personarum, tom. I. pag. 227: ὁ ἀπόστολος λέγει· ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης. Ἐνταῦθα τὴν οἰκονομίαν διῄρηκε· καὶ δόξαν μὲν τὸν μονογενῆ καλεῖ· Ἰησοῦν δὲ Χριστὸν, τὸ κήρυγμα τῆς οἰκονομίας· τῆς μὲν γὰρ οἰκονομίας, Θεός· τῆς δὲ δόξης, πατήρ. *Apostolus dicit:* Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ. *Hic œconomiam distinguit: & δόξαν quidem, unigenam vocat: Jesum verò Christum, prædicationem œconomiæ: dispensationis enim, DEUS: δόξης verò Pater.* Et paulò post: Δόξα λέγεται ὁ μονογενής. Ἐθεασάμεθα γάρ, φησι, δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός. Ὥστε τὸ, ὁ Θεὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀντὶ τοῦ, ὁ Θεὸς τῆς σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῆς δόξης, ὁ πατὴρ τῆς Θεότητος. Gloria *dicitur unigena.* Spectavimus enim, *inquit*, gloriam ejus, gloriam ut unigeniti à Patre. *Itaque illud,* Deus Domini nostri Jesu Christi, *pro, Deus carnis Christi, Pater gloriæ, Pater Deitatis.* Et Cyrillus Alexand. lib. XI. de Adorationes, pag. 402. Ὤφθη καλά γε τὸ ἀληθὲς ἡ δόξα Κυρίου, ἤγουν γέγονεν ἐμφανὴς ὁ υἱὸς, ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· ὠνόμαζε γὰρ αὐτὸν οὕτω λέγων πρὸς Μωσέα τὸν ἱερώτατον· Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ἦ μὴν ἐμπλησθήσεται τῆς δόξης Κυρίου πᾶσα ἡ γῆ. *Revera apparuit gloria Domini, vel manifestus factus est Filius, gloria DEI & Patris. Sic enim eum appellavit, dicens ad Mosen sanctissimum;* Vivo ego, dicit Dominus, implebitur certè omnis terra gloriâ Domini.

3. Notat *Spiritum sanctum.* Ita sentit Gregor. Nyssenus Homil. XV. in Cant. tom. I. pag. 710. docet enim Johan. XVII. 22. per δόξαν, discipulis à Christo datam, intelligi Spiritum sanctum. Verba ejus de hac re sunt: Δόξαν λέγεσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἄν τις τῶν ἐπεσκεμμένων ἀντείποι, πρὸς αὐτὰς βλέπων τοῦ Κυρίου φωνάς· τὴν δόξαν γάρ, φησιν, ἣν ἔδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς. Ἔδωκε γὰρ ὡς ἀληθῶς τοῖς μαθηταῖς τοιαύτην δόξαν, ὁ εἰπὼν πρὸς αὐτούς· Λάβετε πνεῦμα ἅγιον. *Spiritum sanctum appellari* gloriam, *nemo prudens negabit, si ad ipsa Domini verba respiciat.* Gloriam *enim, inquit,* quam dedisti mihi, dedi eis. *Revera enim discipulis talem gloriam dedit, qui ad eos dixit:* Accipite Spiritum sanctum. *3. Spiritum sanctum.*

Nn 3 Eadem

Eadem verba eodem etiam modo explicat Orat. I. tom. II. pag. 17: Δόξαν ἐνταῦθα λέγειν αὐτὸν οἶμαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς διὰ τοῦ προσφυσήματος· οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως ἑνωθῆναι τοὺς ἀπ' ἀλλήλων διεστηκότας, μὴ τῇ ἑνότητι τοῦ πνεύματος συμφυομένους. Εἰ γάρ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ· τὸ δὲ πνεῦμα ἡ δόξα ἐστί, κλ. *Existimo eum* gloriam *hoc loco dicere Spiritum sanctum, quem dedit discipulis per insufflationem. Neque enim possunt aliter uniri, qui sunt à se invicem disjuncti, nisi unitate Spiritus in in unam conjungantur naturam.* Si quis *enim* Spiritum Christi non habet, is non est ejus. *Spiritus autem est* gloria, &c. Hunc posteriorem Nysseni locum etiam observat Cl. Heinsius in Aristarcho suo, in fine Cap. XXVI. & docet, per δόξαν intelligi Hebr. שכינה.

Sequitur in δοξολογίᾳ, Εἰς τοὺς αἰῶνας. Præcipuas vocis αἰὼν significationes nobis suppeditat Damascenus, Orthod. fidei lib. II. Cap. I. p. 65. quas ordine considerabimus.

Αἰὼν notat, 1. Hominis vitam.

I. Αἰὼν λέγεται, ἡ ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων ζωή. Seculum *dicitur uniuscujusque hominum vita,* Consentit Theodoretus in Cap. I. ad Hebræos: Τῆς ἑκάστου ἡμῶν ζωῆς τὸν χρόνον αἰῶνα κέκληκεν ὁ θεῖος Δαυίδ. *Uniuscujusque nostrûm vitæ tempus* seculum *vocavit divinus David,* nempe Psalm. XC. 8. Ὁ αἰὼν ἡμῶν εἰς φωτισμὸν τοῦ προσώπου σου. Seculum *nostrum ad illuminationem vultus tui*; quæ Theodoretus etiam adducit. Idem statim subjicit: Αἰών ἐστι τὸ τῇ κτιστῇ φύσει παρεζευγμένον διάστημα. Seculum *est creatæ naturæ annexum intervallum.* Idem quæst. XLVI. in Exodum, ad Capitis XXI. 6. verba, *Serviet illi in seculum,* notat: Ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς οὐ πανταχοῦ ὁ αἰὼν τοῦ ἀπείρου δηλωτικός, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ὡρισμένου χρόνου σημαντικός. *Hinc manifestum est,* seculum *non ubique infinitum notare tempus, sed aliquando definitum significare.* Clarissima sunt, quæ in Catena in Pentateuchum M. S. in Civica nostra Bibliotheca ex Nilo ad v. 17. Cap. XV. Deuteronom. leguntur annotata: Σημείωσαι ὡς αἰῶνα οἶδε πολλάκις καλεῖν ἡ γραφὴ ὅλον τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου τὸν βίον· καὶ ἔσται, φησὶν, οἰκέτης εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ πάλιν ὁ ἀπόστολος· Εἰ διὰ κρέας σκανδαλίζεται ὁ ἀδελφός μου, οὐ μὴ φάγω κρέα εἰς τὸν αἰῶνα, τουτέστιν, ὅλον τὸν τῆς ζωῆς μου βίον. *Nota, Scripturam sæpe* seculum *appellare integram unius hominis vitam.* Et erit, *inquit Moses,* servus in seculum. *Et iterum Apostolus* I. *Cor. VIII.* 13. *Si propter*

pter carnem offenditur frater meus, non edam carnes in æternum, *id est, toto vitæ meæ tempore*. Eandem significationem Hesychius quoque inculcat: Ἀιὼν, ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, ὁ τῆς ζωῆς χρόνος. Seculum, *vita hominum, vitæ tempus*. Hinc natæ Græcorum loquendi formulæ, αἰῶνα λιπεῖν, *vitam linquere, mori*. Ἡδὺν αἰῶνα διάγειν, *jucundam vivere vitam*. Τὸν αἰῶνα τελευτᾷν, *finire vitam*. *Ævum* & *æternus* eandem vim apud Latinos aliquando obtinere, satis notum. Tritum illud Horatii.

Serviet æternùm, qui parvo nesciet uti. *2. Tempus mille annorum.*

II. Ἀιὼν λέγεται, ὁ τῶν χιλίων ἐτῶν χρόνος. Seculum *dicitur, tempus mille annorum*. Hujus significationis nulla in sacris vestigia.

III. Ἀιὼν λέγεται, ὅλος ὁ παρὼν βίος· καὶ αἰὼν, ὁ μέλλων, ὁ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀπελεύτητος. Seculum *dicitur universa præsens vita*: & seculum, *futura vita post resurrectionem fine carens*. De utroque hoc seculo frequenter agit Scriptura. Vide Marci X. 30. Lucæ XVIII. 30. Matth. XII. 32. Hebr. VI. 5. Ephes. I. 21. Lucæ XX. 34. 35. Duplicem hunc Mundum Rabbini vocant עולם הזה & עולם הבא. De duplici hoc *seculo* verè aurea sunt illa Chrysost. Orat. περὶ τῶν μελλόντων ἀπολαύσεως, t. VIII p. 73. Δύο αἰῶνας ἐποίησεν ὁ Θεὸς, τὸν μὲν παρόντα, τὸν δὲ μέλλοντα· τὸν μὲν ὁρατὸν, τὸν δὲ ἀόρατον· τὸν μὲν αἰσθητὸν, τὸν δὲ νοητόν· τὸν μὲν σωματικὴν ἔχοντα ἀνάπαυσιν, τὸν δὲ ἀσώματον· τὸν μὲν ἐν πείρᾳ, τὸν δὲ ἐν πίστει· τὸν μὲν ἐν χερσὶ, τὸν δὲ ἐν ἐλπίσι· καὶ τὸν μὲν στάδιον εἶναι ἐκέλευσε, τὸν δὲ βραβεῖον· καὶ τούτῳ μὲν σκάμματα καὶ πόνους καὶ ἱδρῶτας συνεκλήρωσεν, ἐκείνῳ δὲ στεφάνους καὶ ἔπαθλα καὶ ἀμοιβάς· τὸν μὲν πέλαγος, τὸν δὲ λιμένα κατεσκεύασε· καὶ τὸν μὲν βραχὺν, τὸν δὲ ἀγήρω καὶ ἀθάνατον. *Duo* secula *condidit DEUS, præsens & futurum: unum visibile, alterum invisibile: unum sub sensus cadit, alterum spiritale est: alterum corporalem habet quietem, alterum incorpoream: unum in experientia, alterum in fide: unum in manibus, alterum in spe: unum stadium esse jussit, alterum brabeum: atque huic quidem scammata, labores ac sudores attribuit, illi verò coronas, præmia & retributiones: hoc pelagus, illud portum effecit: & hoc breve quidem, illud verò senii expers & perpetuum.* Consulere potes eundem Homil. XCII. tom. V. Ἀιῶνα apud scriptores sacros *præsentem vitam, mundum*, visibile nimirum hoc rerum creatarum syste-

3. Præsentem & futuram vitam.

ſyſtema ſignificare, nemini dubium eſſe puto. Vide 1. Corinth. I. 20. Notandum etiam, αἰῶνας in N. Teſt. πληθυντικῶς, *mundum* deſignare. Locus in promtu ad Hebr. I. 2. *DEVS per Filium* τοὺς αἰῶνας ἐποίησε, *ſecula condidit*. Hic voce αἰώνων non *ſeculum futurum*, hoc eſt, vitam æternam, aut cœleſtem ſtatum à Chriſto reparatum, ut quidem Sociniani ſomniant; nec phraſi, ποιεῖν αἰῶνας, *reformare & conſtituere Eccleſiam*, ut ejuſdem farinæ homines comminiſcuntur, ſed metonymicè totum hunc mundum aſpectabilem intelligi, & omnia, quæ eo continentur, patet, ex Hebr. XI. 3. ubi Apoſtolus: Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ. Ποιεῖν αἰῶνας & καταρτίζειν αἰῶνας ſunt prorſus ἰσοδυναμοῦντα, & deſignant, *creare mundum, & res omnes in illo exiſtentes*. Ab hac interpretatione non recedunt Veteres. Chryſoſt. Homil. XXII. in Epiſt. ad Hebræos, ad C. XI. ſatis indicat per αἰῶνας, *mundum* intelligi. Verba ejus ſunt: Δείκνυσιν, ὅτι τὰ μέγιστα διὰ πίστεως, καὶ οὐ διὰ λογισμῶν κατορθοῦται. Καὶ πῶς τοῦτο δείκνυσιν, εἰπέ μοι; πίστει νοοῦμεν, εἰπὼν, κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ εἰς τὸ ἐκ μὴ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Δῆλόν, φησὶν, ἐστιν, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ἐκ τῶν μὴ φαινομένων τὰ φαινόμενα, ἐκ τῶν οὐχ ὑφεστώτων τὰ ὑφεστῶτα. *Oſtendit, res maximas per fidem, non per ratiocinationes fieri. Et quomodo hoc oſtendit, dic mihi? Per fidem intelligimus aptata eſſe ſecula verbo DEI, dum ex iis, quæ non apparent, facta ſunt. Perſpicuum eſt, inquit, quòd Deus ex iis, quæ non ſunt, fecit ea, quæ ſunt; ex iis, quæ non apparent, ea quæ apparent; ex iis, quæ non exiſtunt, ea, quæ exiſtunt.* Etiam Theodoretus in hunc locum de rerum creatione exponit, dum dicit: Οὐ γὰρ ὁ τοῦ σώματος ὀφθαλμὸς εἶδε δημιουργοῦντα τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀλλ' ἡ πίστις ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν, ὡς ὁ ἀεὶ ὢν Θεὸς τὰ μὴ ὄντα πεποίηκε, κλ. *Neque enim corporis oculus univerſorum Deum creantem vidit, ſed fides nos edocuit, quòd, qui ſemper eſt DEVS, ea, quæ non erant, fecerit, &c.*

4. Æternitatem. IV. Quartam hujus vocis ſignificationem ſic expreſſit Damaſcenus: Λέγεται αἰὼν, οὐ χρόνος, οὐδὲ χρόνου τι μέρος, ἡλίου φορᾷ καὶ δρόμῳ μετρούμενον, ἤγουν δι' ἡμερῶν καὶ νυκτῶν συνιστάμενον, ἀλλὰ τὸ συμπαρεκτεινόμενον τοῖς ἀϊδίοις, οἷόν τι χρονικὸν κίνημα καὶ διάστημα· ὅπερ γὰρ τοῖς ὑπὸ χρόνον ὁ χρόνος, τοῦτο τοῖς ἀϊδίοις ἐστὶν αἰών. *Dicitur* ſeculum, *non tempus, neque temporis pars quædam, motione & curſu*

& cursu solis mensurata, per dies videlicet & noctes constituta; sed quod coëxtenditur sempiternis, instar cujusdam temporalis motus & spatii: quod enim iis, quæ sub tempore sunt, tempus est; id sempiternis est seculum. Atque hæc æternitas verè absoluta, sine principio & fine, soli competit DEO. Hinc Dionysius Areopagita Cap. V. de divinis Nominib. pag. 564: *DEUS est* ὁ αἰὼν τῶν αἰώνων, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, *ævum ævorum, existens ante omne ævum.* Ad quæ Pachymeres, pag. 580: Αἰὼν λέγεται τῶν ὄντων ὁ Θεὸς, ὡς μήτε ἀρχὴν ἔχων, μήτε τέλος, μήτε τὸ ἦν, μήτε τὸ ἔσαι, ἀλλὰ μόνον τὸ αἴδιον καὶ ἀπεριόριστον. *Æternitas rerum dicitur DEUS, quippe non habens principium, neque finem, neque erat, neque erit, sed solum esse perpetuum & incircumscriptum.* Quæ modò ex Damasceno adduximus, ex Gregorio Nysseno desumta sunt: sic enim ille Orat. XXXVI pag. 616. Αἰὼν οὔτε χρόνος, οὔτε χρόνου τι μέρος, οὐδὲ γὰρ μετρητόν· ἀλλ᾽ ὅπερ ἡμῖν ὁ χρόνος ἡλίου φορᾷ μετρούμενος, τοῦτο τοῖς αϊδίοις αἰὼν, τὸ συμπαρεκτεινόμενον τοῖς οὖσιν, οἷόν τι χρονικὸν κίνημα καὶ διάστημα. *Æternitas nec tempus, nec temporis pars ulla est; nec enim sub mensuram cadit; sed quod nobis tempus est, solis motu definitum, hoc æternis ævum est, nimirum ille quasi temporalis quidam motus, & intervallum, quod æternis coëxtenditur.* Eadem iisdem prorsus verbis apud eundem, Orat. XLII. pag. 678. repetuntur. Hanc significationem etiam observat Theodoretus in Epit. Div. Decret. Cap. VI. tom. IV. pag. 264: Ὁ αἰὼν οὐκ οὐσία τίς ἐστιν ὑφεστῶσα, ἀλλὰ διάστημά τι χρόνου δηλωτικὸν, ποτὲ μὲν ἄπειρον, ὅταν περὶ Θεοῦ λέγηται, ποτὲ δὲ τῇ κτίσει συμμετρον. *Seculum non est substantia aliqua subsistens, sed spatium quoddam tempus denotans, aliquando infinitum, cùm de DEO sermo est, aliquando creaturæ commensuratum.* Ob hanc æternitatem DEUS I. ad Timoth. I. 17. vocatur βασιλεὺς τῶν αἰώνων, *Rex seculorum:* de quo Pachymeres in Cap. V. Dionysii Areop. de Div. Nominibus, pag. 581: Βασιλεὺς λέγεται τῶν αἰώνων, ὡς πάντα αἰῶνα, καὶ πᾶν ὂν περιέχων, καὶ τὰ τοῦ χρόνου τμήματα, τὸ ἦν, τὸ ἔσαι, τὸ γενέσθαι, τὸ γίνεσθαι διαπεφευγώς· ταῦτα γὰρ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως, κλ. *Dicitur* Rex seculorum, *ut qui omne seculum, & ens omne complectitur, & temporis partes, erat, erit, factum esse ac fieri effugit: quoniam hæc rebus nostris, naturæq; fluxæ conveniunt.*

Ad eandem *DEI æternitatem* designandam etiam adhibentur locutiones πρὸ αἰώνων, & πρὸ αἰῶνος. De priori sic Theodoretus in Cap. I. ad Hebræos: Οὕτω περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἡ παλαιὰ γραφὴ λέγει· Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, ἀντὶ τοῦ, ὁ ἀεὶ ὤν. *Sic de DEO & Patre vetus dicit Scriptura*; Qui est ante secula, *pro*, qui est semper. De posteriori verò Gregor. Nyssenus Orat. II. contra Eunom. tom. II. pag. 469. Τὸ, πρὸ τοῦ αἰῶνος, ταυτόν ἐστι τῷ ἀϊδίῳ κατὰ τὴν ἔννοιαν, οὕτω τῆς προφητείας ἑρμηνευούσης ἡμῖν τοῦ Θεοῦ τὸ ἀΐδιον, ἐν οἷς φησιν, Ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Ante seculum, *idem est quod ab æterno secundum sensum, sic prophetia DEI æternitatem nobis interpretante, dum ait*, Qui est ante secula. Et quia DEUS solus ante secula, id est, ab æterno, hinc etiam dicitur αἰώνιος. Pachymeres in Cap. I. Dionysii Areop. de div. Nominibus, pag. 410: Οἱ θεολόγοι τὸν τῶν αἰώνων ποιητὴν, αἰώνιόν φασιν· αἰώνιον δέ ἐστι, τὸ τοῦ αἰῶνος μετέχον. Corderius Jesuita vertit: *Theologi conditorem seculorum, secularem vocant: seculare autem est, quod seculi particeps est.* Quis unquam sanus ita de DEO locutus est Theologus? Tu reddes: *Theologi creatorem mundi, æternum vocant: æternum autem illud est, quod æternitatis est particeps.* Atq; hæc de quatuor τοῦ αἰῶνος significationibus, quas observavit Damascenus.

5. Mundum corruptum. V. Αἰὼν sumitur pro *mundo corrupto*, & vanitati per peccatum subjecto: per quem mundana impietas in abstracto, aut mundani impiique homines in concreto designantur. Hoc sensu ad Galatas lib. 4. vocatur πονηρὸς αἰών. Ubi Theodoretus: Αἰῶνα πονηρὸν οὐ τὰ στοιχεῖα προσηγόρευσε, κατὰ τὴν Μανιχαίων ἐμβροντησίαν, ἀλλὰ τὸν παρόντα βίον, τουτέστι τὴν πρόσκαιρον ταύτην τῶν ἀνθρώπων διαγωγὴν, ἐν ᾗ χώραν ἔχει τὸ πλημμελεῖν. Seculum malum *non vocavit elementa, secundum Manichæorum deliria, sed præsentem vitam, hoc est, brevem istam hominum vitæ transactionem, in qua locum habet peccatum.* Chrysostomus in Epistolam ad Galatas, tom. III. pag. 713. & 714. postquam hæreticorum pluribus rejecisset παρερμηνείαν, suam tandem subjicit sententiam: Τίνος ἕνεκεν ὁ Παῦλος εἶπεν αἰῶνα πονηρὸν τὸν ἐνεστῶτα; τῇ κοινῇ κεχρημένος συνηθείᾳ· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν λέγειν, κακὴν ἔχον ἡμέραν, οὐ τὸν καιρὸν, ἀλλὰ τὴν πρᾶξιν, ἢ τὴν περίστασιν δια-

βάλλον-

βάλλοντες· ὕτω καὶ Παῦλος τὰς πονηρὰς διαβάλλων προαιρέσεις, τῇ συνηθείᾳ κέχρηται, καὶ δείκνυσιν, ὅτι καὶ τῶν προτέρων ἡμᾶς ἀπήλλαξεν ὁ χριστὸς ἁμαρτημάτων, καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἠσφαλίσατο. *Cur Paulus* seculum *præsens dixit* malum? *Communi usus est consuetudine. Etenim etiam nos dicere solemus*, Malum habui diem, *non ipsum tempus, sed actionem & circumstantiam accusantes. Ita etiam Paulus pravas hominum voluntates damnans, hac loquendi consuetudine est usus, & ostendit, quòd Christus nos & à prioribus liberaverit peccatis, & etiam in posterum tutos reddiderit.* Sententiam Chrysostomi ad compendium redactam exhibet tibi Theophylactus in Epist. ad Galatas, pag. 441. Ita αἰὼν pro impietate mundana, pro actionibus pravis sumitur ad Ephes. II. 2. κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου περιεπατήσατε. Ad hæc Oecumenius pag. 620: Τὸν διεστραμμένον λέγει βίον, καὶ τὸν ἐν ἁμαρτίαις, διὰ τὸ πλεονάζειν ἐν παρόντι βίῳ τὰς ἁμαρτίας. *Perversam ita vocat vitam & peccatis deditam, quia in præsenti vita peccata abundant.* Et Theophylactus in Epist. ad Ephesios, pag. 511: Κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦ κόσμου περιπατοῦντες, τουτέστι, φρονοῦντες τὰ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ πρόσκαιρα, καὶ κακῶς χρώμενοι τῷ αἰῶνι τούτῳ· οὐ γὰρ ὁ αἰὼν κακὸς, ἀλλ' ἡ παράχρησις αὐτοῦ. Secundum seculum mundi hujus ambulantes, *hoc est, mundana & temporaria cogitantes, atque hoc seculo malè utentes. Non enim seculum malum est, sed abusus ejus.* Atque hujus *corrupti mundi* Deus dicitur Diabolus: de quo partim egimus Cap. IX. pag. 212. &c. partim in Thesauro pluribus agemus deinceps.

Considerandum tandem ΑΜΗΝ, signaculum Orationis Dominicæ. Vox Hebræa est, & ab Interpretibus variè redditur. A Symmacho & Theodot. ἀληθῶς, verè. Optimè: namquando Marci XII. 43. Christus de vidua dicit, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, Lucas id ipsum Cap. XXI. 3. expressit, Ἀληθῶς λέγω ὑμῖν. Ab Aquila πεπιστωμένως, qui ex Hieronymo desumsisse videtur: ille enim habet *fideliter.* A LXX. Interp. γένοιτο, aliquando etiam ἀληθῶς, *verè*, quod Isid. lib. VI. imitatur. Cyrillus Jerosol. Catechesi Mystag. V. pag. 244: Ἀμὴν, σημαίνει γένοιτο. Amen *significat* fiat. Et ante eum Justinus M. Apol. ad Anton. Pium, Τὸ ἀμὴν τῇ Ἑβραΐδι φωνῇ, τὸ γένοιτο σημαίνει. Amen *in lingua Hebræa* ᾽Αμὴν *variè redditum.*

significat fiat. A Theophylacto in Cap.I. ad Romanos,pag. 17. βεβαίως καὶ ἀσφαλῶς, *stabiliter ac certò*. A Græcis & Latinis ναὶ, *næ*. Iterum ex N.Testam.hoc petitum. Matth.XXIII. 36. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, apud Lucam Cap. XI. 51. exprimitur, Ναὶ λέγω ὑμῖν. Theophyl.in C.V. Matth. Τὸ ἀμὴν, βεβαιωτικόν ἐστιν, ἀντὶ τοῦ, ναί. Amen *affirmativa particula est, pro* næ. Aretas in Cap.V. Apocal.pag.917: Τὸ ἀμὴν ἀπὸ τῆς ἑβραΐδος εἴληπται φωνῆς ἐπὶ βεβαίᾳ συγκαταθέσει προφερόμενον, ἰσοδυναμοῦν τῷ ναὶ, ἀληθὲς καὶ ἀμετακινήτως. Amen *ex Hebræa desumtum lingua, usurpatur de firmo assensu, & æquipollet his, næ, verum, & immutabiliter.*

Amen ergo est nota,

I. Est nota Affirmandi.

I. *Affirmandi*, seu confirmandi, rem aliquam verè & certò esse, aut futuram 1.Corinth.XIV.16: Ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; Ad hæc Hieronymus ad Marcellam: *Hoc verbo ea, quæ verè dicta sunt, confirmantur: unde & Paulus,* 1. *Corinth. XIV.* 16. *asserit, non posse aliquem respondere* Amen, *id est, confirmare, quæ prædicta sunt, nisi intellexerit prædicationem.* Sed de hoc ritu plura in sequentibus. Atque huc illa τοῦ Ἀμὴν significatio referri debet, quando ponitur pro re vera, certa, rata, Hoc titulo insignitur Christus Apocal. III. 14. quia est αὐτοαλήθεια, *ipsa veritas*: unde Johan.XIV.6. se ipsum vocat τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὴν ἀψευδίαν, *quia in eo non est mendacium*, ut exponit Ammonius in Catena in Johannem, pag. 356: quia est ἀληθὴς τῆς πίστεως ὅρος, *vera fidei regula*, ut ibidem habet Cyrillus Alexand. pag. 355. Hinc etiam est, quòd II. Cor. I. 20. *omnes promissiones DEI* dicuntur esse ναὶ & ἀμὴν *in Christo*: ubi Chrysost. Homil. III. in illam Epist. Τὸ πάντως ἐσόμενον δηλοῖ· αἱ γὰρ ἐπαγγελίαι ἐν αὐτῷ, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ τὸ γενέσθαι ἔχουσι καὶ πληρωθῆναι. *Id, quod omnino futurum est, indicat: promissiones enim in ipso, non in homine suum habent complementum.* Huc quoque refert Cl. Ravanellus frequentissimos illos, & Christo usitatissimos loquendi modos, *Amen dico vobis*, & *Amen, Amen dico vobis*, eósque speciem juramenti continere affirmat. Consentientes habet veteres. Gregor. Nyssenus de scopo Christiani, tom.III.pag. 311: Ἄκουσον ὀμνύντος αὐτοῦ τοῦ Κυρίου· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.

Audi

Audi jurantem ipsum Dominum; Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Chrysostom. Homil. XI. in Epist. ad Hebræos: Ὥσπερ ὁ πατὴρ ὤμοσεν, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς ὀμνύει καθ' ἑαυτοῦ, λέγων, Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν. *Quemadmodum Pater juravit, ita etiam Filius jurat per seipsum, dicens*, Amen, amen dico vobis. Et Theophylactus in illud ipsum VI. Caput ad Hebr. pag. 929. Ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὁ Κύριος, Ἀμὴν, ἀμὴν λέγων, τὸν αὐτὸν ὅρκον ὀμνύει. *Dominus in Evangelio dicens*, Amen, amen, *idem juramentum jurat.* Oecumenius in Cap. VI. ad Hebr. pag. 827: Ὅταν ὁρᾷς καὶ τὸν Χριστὸν λέγοντα ἀμὴν, ἀμὴν, ἐννόει, ὅτι καὶ οὐδενὸς ἔχων μείζονος ὀμόσαι, τὸ ἀμὴν ὄμνυσι. *Quando vides etiam Christum dicere* Amen, amen, *cogita, quòd, cùm per majorem jurare non potuerit, amen juret.* Consensum Latinorum vide apud laudatum Ravanellum. Non desunt tamen, inter quos præcipuè doctissimus Fullerus Miscell. sacr. lib. I. Cap. II. qui juramenti formulam esse negant, & statuunt, illud *Amen dico vobis*, vel *Amen, amen dico vobis*, simpliciter notam esse confirmandi, rem aliquam verè ac certò esse, vel futuram. Non contemnenda, quæ pro hac sententia à Cl. Fullero afferuntur.

II. *Testificandi assensum suum*, tam in re aliqua confirmanda, quàm optanda. Ita populus in publicis precibus & gratiarum actionibus, præeunte Pastore, respondebat *Amen* in V. Testamento. Vide Deuteron. XVII. 15. &c. Idem mos etiam ad Christianos manavit. Exemplum est in modò adducto loco I. Cor. XIV. 16. in quo de solemni gratiarum actione in S. Cœnæ celebratione agi videtur, teste iterum Cl. Ravanello, ubi Ministro clara voce gratias agenti populus acclamabat, *Amen.* En testem fide dignissimum Chrysostomum in Psalm. CVI. Τὸ ἔθος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μεμένηκε, τὸ ἐπὶ δοξολογίᾳ τοῦ ἱερέως διὰ τοῦ ἀμὴν συνάπτεσθαι τὸν λαόν. *Consuetudo hac in Eccles. mansit, quâ populus pronunciata voce* Amen *suum cum Sacerdotis collaudatione consensum est testatus.* Justinus Martyr Apolog. II. p. 161: Οὗ, προεστῶτος, συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. *Ubi ille, qui præest, preces & gratiarum actionem absolvit, omnis populus, qui adest, fausta approbatione acclamat*, Amen.

2. *Testificandi assensum.*

Idem etiam ex Eusebio patet, apud quem Histor. Ecclesiast. lib. VII. Cap. IX. pag. 73. a. Dionysius Alexandrinus de laico quodam, ab hæreticis baptizato, dicebat: Εὐχαριστίας ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ ἀμὴν, καὶ τραπέζῃ παραστάντα, καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα, καὶ ταύτην καταδεξάμενον, κλ. *Qui gratiarum actionem audivisset, qui* amen *unà pronunciâsset, qui adstitisset mensæ, qui manus ad sanctum illud alimentum capiendum porrexisset, qui illud recepisset*, &c. Augustinus in fragmento Sermonis contra Pelagianos: *Fratres mei,* Amen *vestrum, subscriptio vestra est, consensio vestra est, adstipulatio vestra est.* Ambrosius de his qui initiantur Cap. IX. *Post consecrationem corpus & sanguis Christi nuncupatur, & tu dicis,* Amen, *hoc est, verum est.* Ut ritus, de quo præcedentia loquuntur Patrum dicta, meliùs intelligatur, observandum est, in primitiva Ecclesia hunc obtinuisse morem, ut Ministro, cùm distribueret singulis S. Cœnam, ptonuncianti benedictionem seu gratiarum actionem, ille, qui benedictum accipiebat panem & poculum, responderet *Amen.* Colligitur hoc ex Cyrilli Ierosol. Catechesi V. Νεοφωτ. pag. 225. Δέχου, inquit, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐπιλέγων τὸ, Ἀμήν. *Accipe corpus Christi, dicens simul,* Amen. De poculo ibidem: Εἶτα μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τοῦ σώματος Χριστοῦ, προσέρχου καὶ τῷ ποτηρίῳ τοῦ αἵματος —— λέγων τὸ, Ἀμήν. *Deinde, postquam participaveris corpus Christi, accede etiam ad poculum sanguinis —— dicens,* Amen. In Liturgia Jacobi, Constit. Apost. lib. VIII. C. XIII. p. 1027. b. Ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφορὰν, λέγων· Σῶμα Χριστοῦ. Ὁ δὲ δεχόμενος λεγέτω· Ἀμήν. Ὁ δὲ Διάκονος κατεχέτω τὸ ποτήριον, καὶ ἐπιδιδοὺς λεγέτω· Αἷμα Χριστοῦ ποτήριον ζωῆς· καὶ ὁ πίνων λεγέτω· Ἀμήν. *Episcopus quidem det oblationem, dicens:* Corpus Christi. *Qui verò accipit, dicat,* Amen. *Diaconus verò deponat poculum, & in tradendo dicat:* Sanguis Christi poculum vitæ: *& qui bibit, dicat,* Amen. Eundem ritum describit Augustinus lib. XII. contra Faust. Cap. X. Tertull. de spectaculis, in fine Cap. XXV. pag. 219: *Quale est enim de Ecclesia DEI in diaboli ecclesiam tendere? de cœlo, quod ajunt, in cœnum? Illas manus, quas ad Dominum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare? ex ore, quo* Amen *in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere,* εἰς αἰῶνας *alii* omni-

omnino dicere nisi DEO Christo? Qui plura de hoc ritu cognoscere cupit, adeat Ravanell. in voce *Amen*, & Allatium de Eccles. Orient. & Occid. Consensu lib. III. Cap. XV. num. 23. 24. & 25. Cur verò δοξολογία hæc, quam Græci constanter retinent, Latini verò demisisse videntur, addatur, paucis explicat Germanus in Theoria Eccles. pag 176. Κύριε, ἐπειδὰν σή ἐστιν ἡ βασιλεία, μὴ ἐάσῃς ἡμᾶς φοβηθῆναι ἑτέραν βασιλείαν, μήτε δύναμιν, μήτε δεσποτείαν· ἀλλ' εἰ καὶ ἄξιοί ἐσμεν κολάσεων, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, σὺ ἡμᾶς οἵῳ τρόπῳ θέλῃς, τιμώρησον· καὶ μὴ παραδῷς ἡμᾶς εἰς χεῖρας ἀνθρώπων· ἐμπεσούμεθα δὲ εἰς χεῖρας σάς· ὅτι ὡς ἡ μεγαλωσύνη σου, οὕτω καὶ τὸ ἔλεός σου, πάτερ παντοκράτορ. *Domine, quoniam tuum est regnum, ne sinas nos aliud timere regnum, neque potentiam, neque dominium: verùm, etiamsi digni sumus pœnis, propter peccata nostra, tu nos, quocunque tandem volueris modo, castiga: nec tradas nos in manus hominum: incidamus potiùs in manus tuas: quoniam, quemadmodum, omnipotens Pater, majestas tua est, ita etiam misericordia tua est.* Et Theophylactus in Cap. VI. Matthæi de hoc Epilogo ita: Θαρσύνει ἡμᾶς ἐνταῦθα· εἰ γὰρ βασιλεύς ἐστι, καὶ δυνατὸς ὁ πατὴρ καὶ ἔνδοξος, πάντως καὶ ἡμεῖς νικήσομεν τὸν πονηρὸν, καὶ δοξασθησόμεθα ὕστερον. *Animum nobis addit hoc loco* Christus. *Nam si Rex est, & potens Pater & gloriosus, omnino & nos vincemus malignum, & glorificabimur posthac.* Amen, amen! Fiat! Ita tractatum brevem atque miscellum in sanctissimam Domini Orationem claudimus eâ ipsâ significatione vocis *Amen*, quam in fine ejus obtinet, nempe *confirmando* consensu nostro omnia antè dicta vera esse, & *optando*, ut quæ petimus, fiant, felicémque exitum sortiantur. Λέγεις ἀμὴν, inquit Cyrillus Jerosolym. Catechesi Νεοφωτ. V. pag. 224. ἐπισφραγίζων διὰ τοῦ ἀμὴν, ὃ σημαίνει γένοιτο, τὰ ἐν τῇ θεοδιδάκτῳ εὐχῇ. *Dicis* Amen, *obsignans per* Amen, *quod denotat*, fiat, *ea, quæ in oratione à DEO docta* continentur. In Cantionibus etiam priscorum; observante Cl. Barthio, Advers. lib. XLIII. Cap. XIV; τὸ *Amen* clausulam ubique faciebat, atque clarissima voce iterabatur, ut populus se certum esse ejus, quod peteret, velut testaretur. Ausonius in Ephemeride:

Consona quem celebrant modulati carmina David,
Et responsuris ferit aëra vocibus, Amen.

Ita

Ita quidem ex Ausonio Barthius, sed non sine suspicione mendi. Prior versus apud Paulinum, in Orat. ad DEUM omnipotentem, correctior sic habet:

Consona quem celebrat modulato carmine plebes.

Idem Paulinus in Nicetam, Dacorum Episcopum:

Pracinet cunctis tuba ceu resultans
Lingua Niceta modulata Christum,
Psallet alternis citharista toto
Æquore David.
Audient Amen *tremefacta cete.*

CAPUT XII.

DE VOCIBUS ἌΓΑΛΜΑ, ἈΓΑΠΗΤΟ'Σ, ἈΓΑΠΗΤΗ'. ΣΥΝΕΙ'ΣΑΚΤΟΣ, 'ΕΠΕΙ'ΣΑΚΤΟΣ, ἈΔΕΛΦΗ'.

Ἄγαλμα quid.

AΓΑΛΜΑ. Ἄγαλμα in genere est, πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται, *omne id, quo quis delectatur*: ita Hesychius, & ex eo Suidas & Phavorinus. Etymol. M. Ἄγαλμα, ἀγαλλίαμα, πᾶν ἐφ' ᾧ ἀγάλλεταί τις καὶ χαίρει, κἂν τι ἱμάτιον ᾖ, κἂν τι εἰκών: *Omne id, quo quis delectatur & gaudet, sive vestis sit, sive imago.* Post Homeri tempora, ἄγαλμα significare cœpit ξόανον. Iterum Hesychius: Ἄγαλμα, ξόανον, ἀφομοίωμα εἰδώλων, εἰκόνων, ἢ ἀνδριάντων. *Ἄγαλμα est statua, simulacrum idolorum, imaginum vel statuarum.* Vetus Homeri scholiastes ad Iliad. δ', v. 144: Ἔστιν ἄγαλμα, καλλώπισμα, πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει· οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ, ἄγαλμα εἶπον τὸ ξόανον. *Ἄγαλμα est ornamentum, omne quo quis delectatur & gaudet: qui verò post Homerum scripserunt Poeta, ἄγαλμα vocârunt statuam.* Eodem modo Eustathius, & ex his Etymolog. M.

Si ergo hujus vocis usum spectemus,

Ἄγαλμα 1. propriè sumitur.

I. Ἄγαλμα *propriè* sumitur, & post Homerum significat *simulacrum, statuam.* A scriptoribus Ecclesiasticis de Gentilium

lium idolis usurpatur. Clemens Alexand. in Protrept. pag. 34: Ἀγάλματα ἀργὰ, ἄπρακτα, ἀναίσθητα, προσδεῖται καὶ προσκαθηλοῦται, καὶ προσπήγνυται, χωνεύεται, ῥινᾶται, πρίεται, περιξέεται, γλύφεται. Κωφὴν μὲν δὴ γαῖαν, αἰκίζουσιν ὑπὸ τῆς τέχνης, καὶ προσκυνεῖν ἀναπείθοντες. Προσκυνοῦσι δὲ οἱ θεοποιοὶ, οὐ Θεοὺς καὶ δαίμονας, κατάγε αἴσθησιν τὴν ἐμήν· γῆν δὲ καὶ τέχνην, τὰ ἀγάλματα, ὅπερ ἐστίν. Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ ἄγαλμα ὕλη νεκρὰ, τεχνίτου χειρὶ μεμορφωμένη. *Simulacra otiosa, inefficacia, sensu carentia, alligantur, clavis affiguntur, compinguntur, funduntur, limantur, secantur, eraduntur, calantur. Ac surdam sanè terram indignè tractant statuarii, dum naturam illi propriã adulterant arte, aliisque, ut eam adorent, persuadent. Adorant autẽ illi, qui deos faciunt, non deos & dæmones, meâ quidem sententiâ, sed terram & artem, quod quidem est simulacra adorare. Verè enim est simulacrum materia mortua, artificis manu formata.* Idem pag. 38. Gentilem ita alloquitur: Χρυσός ἐστι τὸ ἄγαλμά σου, ξύλον ἐστὶ, λίθος ἐστὶ, γῆ ἐστιν, ἐὰν ἄνωθεν νοήσῃς, μορφὴν παρὰ τοῦ τεχνίτου προσλαβοῦσα· γῆν δὲ ἐγὼ πατεῖν, οὐ προσκυνεῖν μεμελέτηκα· οὐ γάρ μοι θέμις, ἐμπιστεῦσαί ποτε τοῖς ἀψύχοις τὰς τῆς ψυχῆς ἐλπίδας. *Aurum est statua tua, lignum est, lapis est, terra est, cujus si principium consideraveris, formam ab artifice accepit. Ego autem terram calcare didici, non adorare: non est enim mihi fas unquam rebus inanimatis credere spes animæ.*

II. Ἄγαλμα *impropriè*, seu *metaphoricè* accipitur, & tribuitur, *2. Impropriè, & tribuitur,*

1. *DEO.* Clemens Alexand. in Protrept. p. 34. Ἡμῖν οὐχ ὕλης αἰσθητῆς αἰσθητόν· νοητὸν δὲ τὸ ἄγαλμά ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ μόνος ὄντως Θεός. *Apud nos nullum è materia sensili sensile simulacrum, sed qui solâ percipitur intelligentiâ DEUS, qui solus verè est DEUS.* *a. DEO.*

2. *Omnibus hominibus*, utpote ad imaginem DEI creatis. Ignatius Epist. ad Philipp. pag. 45. Ἀγαπᾶτε ἀλλήλους ἐν Κυρίῳ, ὡς Θεοῦ ἀγάλματα. *Diligite vos mutuò in Domino, ut DEI imagines.* Basilius Seleuciensis, Orat. II. quæ est de Adamo, pag. 7: Ἄνθρωπος δακτύλοις Θεοῦ αὐτοσχέδιον ἀπαρτιζόμενον ἄγαλμα. *Homo est simulacrum subitò digitis DEI creatum.* Clemens Alexand. in Protrept. pag. 40: Ἡμεῖς ἐσμεν οἱ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ περιφέροντες *b. Omnibus hominibus.*

ἐν τῷ ζῶντι καὶ κινουμένῳ τούτῳ ἀγάλματι, τῷ ἀνθρώπῳ, σύνοικον εἰκόνα, σύμβουλον, συνόμιλον, συνέστιον, συμπαθῆ, ὑπερπαθῆ. *Nos, nos sumus, qui DEI imaginem circumferimus in hoc vivo & mobili simulacro, homine videlicet, nobiscum habitantem imaginem, consulentem, colloquentem, contubernalem, & quæ nostris movetur, simúlque dominatur perturbationibus.*

c. Hominibus piis, sapientibus, &c.

3. Hominibus pietate, sapientia, aliis virtutibus ornatis. Hinc

Ἄγαλμα εὐσεβείας, *pietatis imago.* Ita Agapetus Justinianum Imperatorem, sect. V. vocat. Verba ejus sunt; Ἴσθι, ὦ εὐσεβείας θεότευκτον ἄγαλμα, ὅτι ὅσῳ μεγάλων ἠξιώθης παρὰ Θεοῦ δωρεῶν, τοσούτῳ μείζονος ἀμοιβῆς ὀφειλέτης ὑπάρχεις αὐτῷ. *Scito, ô pietatis divinitus factum simulacrum, te, quantò majoribus DEUS te dignatus sit donis, tantò majorem ei debere retributionem.* Theophanes Homil. V. pag. 31. ad Deuteronom. XXXII. 36. Ἐγὼ ἀποκτενῶ καὶ ζωοποιήσω· ἀποκτενῶ τὸ παλαιὸν τῆς ἁμαρτίας κατάλυμα, καὶ ζωογονήσω τὸ νέον τῆς εὐσεβείας ἄγαλμα. *Ego occidam, & ego vivere faciam: delebo vetus peccati diversorium, & novum pietatis simulacrum excitabo.*

Ἄγαλμα φιλοσοφίας. Isidorus Pelusiota, lib. III. Epist. CCXVI. pag. 341. de Episcopis: Ὡς ἄγαλμα φιλοσοφίας ἁπάσης, τοὺς τὴν ἐπισκοπὴν λαχόντας, πανταχοῦ φαίνεσθαι χρή. *Eos, qui Episcopatum acceperunt, tanquam Philosophiæ omnis simulacrum, ubique apparere oportet.* Et Epistola sequenti: Θείας φιλοσοφίας αὐτοφυῆ ἀγάλματα. *Divinæ Philosophiæ gemina simulacra.*

Ἄγαλμα ἀρετῶν, ἄγαλμα ἔμψυχον. Michaël Psellus Orat de Passione Domini B. Virginem vocat ἔμψυχον ἀρετῶν ἄγαλμα, *vivum virtutum simulacrum.* Et Basilius Seleuciensis Orat. XXIX. p. 157. Adamum appellat τῆς θείας ἀξίας ἔμψυχον ἄγαλμα, *divinæ dignitatis vivam imaginem.* Memoratu digna sunt, quæ Origenes Celso, Christianis objicienti, *quòd nullas statuas habeant,* respondet lib. VIII. contra eum, pag. 389. Ἀγάλματα καὶ πρέποντα Θεῷ ἀναθήματα, οὐχ ὑπὸ βαναύσων τεχνιτῶν κατεσκευασμένα, ἀλλ' ὑπὸ λόγου Θεοῦ τρανούμενα, καὶ μορφούμενα ἐν ἡμῖν, αἱ ἀρεταὶ, μιμήματα τυγχάνουσαι τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, ἐν ᾧ ἐστι δικαιοσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας, καὶ σοφίας, καὶ εὐσεβείας, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν παρα-

παραδείγματα. Simulacra & DEO dicanda anathemata sunt non fabrorum opera, sed à verbo DEI dedolata formataque in nobis, virtutes nimirum, quæ sunt imitamina primogeniti omnis creaturæ, in quo sunt justitiæ, temperantiæ, fortitudinis, sapientiæ, pietatis, & reliquarum virtutum exempla.

ΑΓΑΠΗΤΟΣ. ΑΓΑΠΗΤΗ. Quemadmodum in præcedenti voce quædam tantùm strictim indicavimus potiùs, quàm ad accuratum examen revocavimus: ita etiam eandem hîc methodum observabimus.

I. Ἀγαπητὸν in genere, ut docet Basilius M. in Psalm. 1. Ἀγαπητὸν
CXIV. tom. I. pag. 306. ὁρίζονταί τινες, οὗ πάντα ἐφίεται. *Amabile in* genere
id esse definiunt, quod omnia expetunt. quid.

II. Ἀγαπητὸς aliquando idem, quod μονογενὴς, quia filius 2. *Notat*
unicus imprimis diligitur. Hesychius: Ἀγαπητὸν, μονογενῆ, κεχα- μονογενῆ.
ρισμένον. *Dilectum, unigenam, gratum* vel *charum.* Pollux lib. III. Cap. II. Καλοῖτο δ' ἂν υἱὸς ἀγαπητὸς, ὁ μόνος ὢν πατρὶ, ἢ μητρί· ὥσπερ καὶ ἀγαπητὴ θυγάτηρ, καὶ μονογενὴς καθ' Ἡσίοδον. *Filius verò dilectus vocatur, qui solus & unicus est parentibus: quemadmodum & filia dilecta, & unigenita juxta Hesiodum vocatur.* Suidas: Ἀγαπητὸν, τὸ ἠγαπημένον, ἢ τὸ μονογενές. *Amatum, charum, aut unicum.* Optimè. Omnino ἀγαπητὸς, μονογενῆ notat. Illustre hujus significationis exemplum occurrit, quoties in N. Test. cum voce ἀγαπητὸς jungitur υἱὸς, & præcipuè de Filio DEI usurpatur. Vide Matt. III. 17. XVII. 5. Marci I. 11. IX. 7. Luc. III. 22. IX. 35. Ita Heb. יחיד LXX. Interpretes non tantùm reddunt per μονογενὴς, sed etiam, & quidem frequentiùs, per ἀγαπητός. Vide Gen. XXII. 2. 12. Jer. VI. 26. Amos VIII. 10. Zach. XII. 10. In omnibus his locis pro יחיד est ἀγαπητός. At Proverb. IV. 3. est ἀγαπώμενος. Homero etiam Astyanax dicitur ἀγαπητὸς; Hector enim alium non habebat. Il. ζ de Andromacha, v. 400:

Παῖδ' ἐπὶ κόλπον ἔχουσ' ἀταλόφρονα, νήπιον αὔτως,
Ἑκτορίδην ἀγαπητόν.——————
Filium sinu gestans puerilia sapientem, infantem pariter,
Hectoridem dilectum.————Ad hæc antiqua Scholia:

ἀγαπητὸν, μονογενῆ. Videatur Cl. Heinsij Aristarchus, pag. 136.

 III. Ἀ-

3. Viri cum Diaconissis habitantes vocati ἀγαπητοί.

III. Ἀγαπητοὶ olim vocabantur Viri, qui cum Diaconissis habitabant, sed remoti postea, ut etiam Cl. Meursius in Glossario observat, à Justiniano, Novell. VI. Cap. VI. ut est in Nomocan. Johannis Antiocheni, tit. XXV. tom. II. Biblioth. Juris Canonici, pag. 630: Βουλόμεθα δὲ καὶ αὐτὰς τὰς ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ἀγομένας, εἴτε ἐκ χηρείας, εἴτε ἐκ παρθενίας, μή τινας συνόντας ἔχειν ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν καλουμένων ἀγαπητῶν. *Volumus autem ipsas etiam Diaconissas, quæ sive ex viduis, sive ex virginibus ordinantur, nullos secum habere habitantes, nempe veluti fratres, sive cognatos, vel qui vocantur ἀγαπητοὶ, dilecti.* Eadem Photius habet in Nomocan. tit. VIII. Cap. XIV. pag. 99. Μὴ ἐχέτωσαν αἱ διακόνισσαι συνόντας αὐταῖς τινὰς ἐν τάξει δῆθεν ἀδελφῶν, ἢ συγγενῶν, ἢ τῶν καλουμένων ἀγαπητῶν. *Ne habeant Diaconissæ secum habitantes quosdam, velut fratres, aut cognatos, aut qui vocantur ἀγαπητοί.* Julianus Antecessor Nov. VI. Cap. XXIX: *Nulla autem facultas Diaconissis tributa est, habere quosdam secum veluti fratres, sive cognatos, vel quos dicere solent* agapitos, *vel dilectos.* Consuli possunt Annibalis Fabroti Notæ ad Balsam. Constit. Eccles. Collect. ad lib. III. tit. I. pag. 1417.

4. Ἀγαπηταὶ, adoptivæ sorores.

IV. Ἀγαπηταὶ, Lat. *adoptivæ sorores*, dictæ sunt virgines, quæ cum Monachis cœlibatum professis, non sine Ecclesiæ offensione, in iisdem commorabantur ædibus, eodem modo, quo ἀγαπητοὶ cum Diaconissis, quasi spirituali amore essent conjunctæ. Harum meminit Epiphanius contra Antidicomarianitas, hæresi LXXXVIII. pag. 440. Ubi, postquam dixisset, B. Virginem à Christo in cruce commendatam & traditam fuisse Johanni subjicit: Ἀλλὰ μὴ τοῦτο γραφὴ εἰς βλάβην τισὶ, καὶ δόξωσιν ἐν τούτῳ λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγαπητὰς ἐπικαλουμένας, ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. *Sed nec hoc quibusdam noceat, ut existiment, se inde occasionem arrepturos, prava quadam opinione ductos, sibi ipsis excogitandi extraneas &* dilectas *dictas mulieres.* Easdem intelligit Theodoretus, quando ad v. 2. Epist. ad Philemonem sic scribit: Ὁ μακάριος Παῦλος ἀγαπητὴν ὠνόμασε τοῦ Φιλήμονος τὴν ὁμόζυγα, ὡς τῇ πίστει κοσμουμένην. Θαυμαζέτω δὲ μηδεὶς, εἰ καὶ προσαπτίθησι νῦν τινες τῷ προσρήματι τούτῳ. Οἱ γὰρ κακῶς κεχρημένοι τῷ πράγματι, τὴν προσηγορίαν λοιδορίαν προσῆψαν πάλαι δὲ

σεμνοῦ

σεμνὸν τὸ ὄνομα καὶ ἀξιέπαινον ἦν. *Beatus Paulus* dilectam *appellavit Philemonis conjugem, ut quæ fide esset ornata. Nemo autem miretur, si nunc aliqui hoc verbo offenduntur. Qui enim re malè usi sunt, effecerunt, ut malè audiret vocabulum: erat autem olim nomen honestum & laude dignum.* De iisdem etiam agere videtur Gregor. Nazianzenus, Carmine III. pag. 57: ubi de Diaboli fraudibus ita inter alia canit:

> Πολλάκι μὲν συνάγειρεν ὁμόφρονας ἀλλήλοισι
> Πνεύμασι, καὶ φάος ἦλθεν, ἐπωνυμίην τι γε σεμνὴν,
> Τὴν ἀγάπην καλέουσιν, ὑπήλυθεν.———
> *Sæpe animis & mente pares collegit in unum,*
> *Et lucis speciem præ se tulit, atque decorum*
> *Cognomentum* Agapes *subiit.*———

Ita ergo rei turpissimæ honestissimum imponebant nomen. Hoc enim loco per ἀγάπην, fœda illa significatur συνείσαξις, quâ Monachi quidam, aut alioqui cœlibatum professi, fœminas sibi contubernales adjungebant, ac turpissimam hanc vitæ societatem, ἀγάπην appellare non verebantur. In hanc consuetudinem graviter invehitur Hieronymus Epist. XXII. ad Eustoch. de Custod. Virginit. *Unde*, inquit, *in Ecclesias* Agapetarum *pestis introiit? unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? Imò unde novum concubinarum genus? Plùs inferam: Unde meretrices?* Et paulò pòst: *Unde meretrices univiræ? Eadem domo, uno cubiculo, uno sæpe tenentur & lectulo: & speciosos nos vocant, si aliquid extimemus.* Alia earundem nomina deinceps sequentur.

ΣΥΝΕΙΣΑΚΤΟΣ. Multà περὶ συνεισάκτων habet doctissimus Justellus ad Can. III. Concilii Nicæni I. Annibal Fabrotus ad Theod. Balsam. Constitut. Eccles. Collect. ad Tit. III. lib. I. ad l. 19. pag. 1389. Jacobus Cujacius observat. lib. II. Cap. XXIX. Budæus in Comment. Linguæ Græcæ. Nos ea, quæ ex Antiquitate Ecclesiastica de his haberi possunt, κατ' ἐπιτομὴν producemus. Συνείσακτος.

Primam συνεισάκτων mentionem facit Can. III. Conc. Nicæni primi, his verbis: Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον γυναῖκα ἔχειν· πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν ἢ

ἃ μόνα

ἃ μόνα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε. *Vetuit omnino magna Synodus, ne liceat Episcopo, nec Presbytero, nec Diacono, nec ulli penitus eorum, qui sunt in Clero, extraneam habere mulierem; nisi fortè aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantum personas, quæ omnem suspicionem effugiunt.* Συνείσακτον γυναῖκα Latini reddunt *extraneam mulierem.* Id fecit vetus Interpres Concilii Nicæni. Eundem secutus est Fulgentius Ferrandus in Breviatione Canonum, Cap. CXXII. Isidorus Mercator, Can. XLII. & XLIII. Synodi Toletanæ IV. Synodus Carthaginensis I. Can. III. Ilerdensis Can. XV. Hispalensis I. Can. III. Bracharensis III. Can. V. & Impp. Honorius & Theodosius in l. XIX. C. de Episcop. & Cler. Alii *subintroductam* interpretari malunt. Sic Teilo & Tharistus, quorum versio Actis Concilii Carthag. VI. inserta est, & Dionysius Exiguus in collectione Canonum Ecclef. Romanæ, quem sequitur Burchardus lib. II. Cap. CIX. & alii. Alii *intromissam*, vel *adscititiam* appellant. Prisca denique Canonum editio Latina, in titulo Canonis III. Nicæni, interpretatur *Commanentem*, ipsum verò Canonem sic exprimit: *Interdixit Concilium, neque Episcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque ex his, qui in Clero sunt licere* secum commanere, *præter sororem, aut Tiam, aut solas personas, quæ refugiunt omnem suspicionem.* *Tia* notat θεῖαν, id est, amitam. Non intactus hìc relinquendus candor Bellarmini, qui lib. I. de Clericis, Cap. XIX. expressè scribit; *Concilium Nicænum I. Can. III. interdicit Episcopo, Presbytero, & Diacono, ne domi mulierem ullam habeat præter matrem, sororem, amitam.* At, quis admittat, per γυναῖκα συνείσακτον intelligi *uxorem legitimam?* Certè Chrysostomus Homil. πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας παρθένους, tom. VI. pag. 222. magnum ostendit discrimen. *Majoribus nostris*, inquit, *duæ tantum cognitæ fuerunt caussæ, propter quas mulieribus viri cohabitent.* Has caussas explicat; unam conjugium, alterum stuprum. Pòst, *Atqui nostra hac ætate tertius quidam novus & insolitus mos prodiit*; tum συνεισάκτους describit: descriptionem deinceps videbimus. Discrimen inter uxorem legitimam & συνείσακτον evidentissimum est ex Justiniani Nov. CXXIII. Cap. XXIX: Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ ὑποδια-

διακόνοις, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις, μὴ ἔχουσι γαμετὰς, κατὰ τοὺς θείους κανόνας, ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων δύναμιν, γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν. *Presbyteris verò, & Diaconis, & subdiaconis, & omnibus aliis in clero conscriptis, non habentibus uxores, juxta divinos Canones, etiam nos interdicimus secundum vim sanctorum canonum, mulierem aliquam in domo sua extraneam habere.* En discrimen inter γαμετὴν & γυναῖκα ἐπείσακτον. Nec minùs evidenter patet illud ipsum discrimen ex Photio in Nomoc. tit. VIII. Cap. XIV. Ἡ δὲ β' διάταξις τοῦ αὐτοῦ α' τίτλου τῶν νεαρῶν λέγει· Μηδεὶς κληρικὸς γυναῖκα μὴ ἔχων, ἐπείσακτον ἐχέτω ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ πλὴν μητρὸς, καὶ ἀδελφῆς, καὶ θυγατρὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἀνυπόπτων. *Constitutio autem II. ejusdem tituli I. novellarum dicit: Nullus clericus, qui uxorem non habet, præter matrem, sororem, filiam, & in quas alioqui suspicio non cadit, in domo sua adscititiam* mulierem *habeto.*

Hanc verò de non habendis *extraneis* sive *subintroductis mulieribus* Concilii Nicæni definitionem deinceps etiam confirmatam fuisse, certum est. Eam confirmavit Justinianus Imp. Nov. CXXIII. Cap. XXIX. ut modò vidimus. Et Nov. CXXXVII. Cap. I. ipsum Concilii Nicæni Canonem citat. Repetita definitio in Synodo Toletana IV. Can. XLII. *Cum Clericis*, inquit, *extranea fœmina nullatenus habitent; id enim & constitutio antiquorum Patrum decrevit.*

Est etiam συνεισάκτων frequens mentio apud scriptores Ecclesiasticos. Epistola synodica Concilii Antiocheni adversus Paulum Samosatenum celebrati, apud Euseb. Hist. Eccles. lib. VIII. κεφ. λ'. pag. 80. b: Τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οἷς καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει, κλ. *Quid autem de extraneis* sive *subintroductis ejus mulieribus, ut Antiocheni nominant, & Presbyterorum ac Diaconorum quos secum habet, quibus & hoc & alia deprehensa peccata obtegit.* Hieracitas etiam eo nomine sugillari, quòd συνεισάκτους mulieres haberent, tradit Epiphanius sub finem hæres. LXVII. p. 306: Χλευάζονται δὲ πλειότατα, δι' ἃς κέκτηνται ἕκαστος συνεισάκτους γυναῖκας, δι' ἃς εἰώθασι φιλολογεῖσθαι ἔχειν εἰς ὑπηρεσίαν. *Prorsus autem subsannantur propter*

eas

eas quas habent singuli subintroductas mulieres, de quibus gloriari solent, se habere ipsas ad ministerium. Earundem meminit Hæresi LXIII. pag. 226. de Origenianis loquens. Idem Epiphanius hæresi LXXVIII. pag. 440. ostendit, quomodo, qui συνεισάκτους & ἀγαπητὰς habebant, id defendere fuerint conati. Nempe sceleratissimum simul & impurissimum istud hominum genus abuti non verecundabatur exemplo Johannis Evangelistæ, qui, jussus à Salvatore in cruce pendente, θεομήτορα παρθένον ἔλαβεν εἰς τὰ ἴδια, Joh. XIX. 27. Vide Autorem, & paulò antè, p. 300.

Quæ autem fuerint mulieres συνείσακτοι non satis liquet. Balsamon ad Can. III. Concilii Nicæni, pag. 283. scribit: Εἶπον τινὲς, ἐπείσακτον, ἢ συνείσακτον εἶναι τὴν ἀντὶ νομίμου γυναικὸς συνεισαχθεῖσαν, καὶ συνοικοῦσαν τινὶ πορνικῶς· ἄλλοι δὲ εἶπον, εἶναι πᾶσαν γυναῖκα συνοικοῦσαν τινὶ ἀλλοτρίαν πάντως, κἂν ἀνύποπτός ἐστι· καὶ ἔδοξε τοῦτο μᾶλλον εἶναι ἀληθέστερον. *Dixerunt quidam, extraneam mulierem eam esse, quæ loco legitimæ mulieris subintroducitur, & cum aliquo meretricio more habitat: alii verò dixerunt, esse omnem mulierem, alienam nimirum, cum aliquo habitantem, etiamsi extra suspicionem sit. Atque hoc verisimilius esse videtur.* Idem ad Epist. Basilii ad Gregorium Presbyterum, pag. 1023: Συνεισάκτους λέγει ὁ γ΄ κανὼν τὰς εἰς κατοικίας ἱερωμένων ἀζύγων συνεισαγομένας, καὶ κατοικούσας σὺν αὐτοῖς. *Tertius Canon Concilii Nicæni* συνεισάκτους *vocat eas, quæ in ædes Sacerdotum introducuntur, & cum iis habitant.* Triplicem ergo Balsamon proponit sententiam. Intermedia, quam tamen ipse veritati consentaneam esse statuit, falsa est. Συνείσακτον namque non esse mulierem ἀνύποπτον inde patet, quia Canon ille tertius συνεισάκτους habere vetat, *matrem* verò, *sororem*, vel *amitam*, vel ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαφεύγει, concedit: patet etiam ex variis decretis, quibus συνεισάκτων usus prorsus abrogatur. Cur verò abrogatus fuisset, si essent ἀνύποπτοι? Ultima sententia; quam etiam sequitur Matthæus quidam Hieromonachus, teste Chamiero ad Can. III. Nicænum, his verbis: Συνεισάκτους δέ φησι τὰς ἑλομένας συνοικεῖν ἱερεῦσιν ἀζύγοις, τὰς ἀναγκαίας χρείας αὐτοῖς διακονουμένας. *Extraneas verò vocat eas, quæ cohabitationem cum Sacerdotibus cælibibus eligunt, iisque in rebus necessariis ministrant*; etiam à vero aliena, quia non tantùm Clericis, sed etiam Laicis συνείσακτοι in-

τοι interdictæ erant.' Hoc probatur ex responsis Eliæ, Metropolitæ Cretensis, ad Dionysium Monachum. Quarta ibi quæstio est: *Πῶς δεῖ καλεῖν τὸν μετὰ τὴν τελευτὴν τῆς ἐκ πρώτου γάμου συναφθείσης αὐτῷ, συνεισάκτῳ συνοικοῦντα, καὶ ταύτῃ συμμολυνόμενον, τὸ αὐτὸ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τῆς ἐκ δευτέρου, ἐπὶ συνείσακτον ἀποκλίνοντα· καὶ εἰ τὸν μὲν δίγαμον, τὸν δὲ τρίγαμον, ἢ πόρνους ἁπλῶς;* *Quomodo oportet eum vocare, qui post mortem primæ uxoris suæ cum extranea habitat, & cum ea polluitur: ac perinde, qui post obitum secundæ conjugis, ad extraneam declinat: numquid illum quidem Digamum, istum verò Trigamum, an scortatores simpliciter* nominare oporteat? Quis non agnoscat de Laicis hic agi, cùm audit secundas, tertiásque nuptias? Nam has Clericis non fuisse concessas, manifestum est ex ea, quæ tum temporis obtinuit disciplina. Can. XVII. Apost. *Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. Secundis post Baptismum implicitus nuptiis, vel pellicem habens, non potest esse Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino ex ordine clericorum.* Vide etiam Can. III. Conc. in Trullo. Epiphanius in Compendiaria doctrina de fide, pag. 465: *Δευτερόγαμον οὐκ ἔξεστι δέχεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς ἱερωσύνην. In secundis nuptiis viventem non licet in Ecclesia ad Sacerdotium recipere.* Quæ ergo *συνείσακτοι* fuerunt? Cl. Justellus ad Can. III. Concilii Nicæni suam sententiam ita proponit: *Quænam fuerint συνείσακτοι mulieres, non satis constat. Ruffinus, Eusebii interpres, loco suprà citato vocabulum Græcum reliquit. Suidas annotavit tantùm, non explicavit. Erant autem neque uxores, neque concubinæ, sed tertii cujusdam generis mulieres, quas secum clerici, non sobolis, nec libidinis gratiâ, sed pietatis studio, aut certè prætextu, fovebant.* Hactenus ille. Eandem sententiam repetit Annibal Fabrotus in Notis suis ad Theodori Balsamonis Constitut. Ecclesiast. Collectionem, pag. 1390. Nos, cum bona tamen tantorum Virorum venia, non existimamus, *συνεισάκτους* mulieres esse, quas clerici libidinis gratiâ non habuerint: sed potiùs adstipulamur iis ex veteribus, qui, teste Balsamone, ut modò vidimus, dixerunt *ἐπεισάκτον ἢ συνείσακτον εἶναι τὴν ἀντὶ νομίμου γυναικὸς συναχθεῖσαν, καὶ*

συνοικῶσιν ἐπὶ πορνικῶς. Libenter damus, eas pietatis obtentu non à Clericis tantùm, ſed etiam à Laicis in ædes fuiſſe introductas, at non alium in finem, quàm ut importuniſſimis ſe faciliùs, & minori cum periculo dederent libidinibus. Ut ita ſentiamus primò ſuadet iteratum, imò ſæpius repetitum decretum, de non admittendis συνεισάκτοις. Profectò, ſi fuiſſent ἀνύποπτοι, ſi citra ſcandalum cum viris vixiſſent, facilè potuiſſent tolerari. Non vixiſſe ſine ſtupri ſuſpicione, ex Chryſoſtomo, quem tamen Juſtellus ad ſuæ ſententiæ confirmationem producit, ſatis liquere puto. Dicit quidem in tractatu iſto πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας, ab initio, ἐπὶ μὲν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δύο τινὲς ἦσαν προφάσεις, αἳ τὰς γυναῖκας συγκατοικίζουσι τοῖς ἀνδράσι· μία μὲν ἡ τοῦ γάμου ἀρχαία τε, καὶ δικαία, καὶ εὔλογος, ἅτε τὸν Θεὸν ἔχουσα νομοθέτην.——ἑτέρα δὲ ἡ τῆς πορνείας, καὶ νεωτέρα ταύτης, καὶ ἄδικος, καὶ παράνομος, ἅτε παρὰ τῶν πονηρῶν εἰσενεχθεῖσα δαιμόνων. *Majoribus noſtris duæ tantùm cognitæ fuerunt cauſſæ, propter quas mulieres cum viris habitent. Et una quidem vetus eſt ac juſta, rationique conſentanea: nempe matrimonium, quod DEO legislatore inſtitutum eſt: altera verò; hac recentior, injuſta & legi contraria, nempe ſtuprum, à malignis introductum dæmonibus.* His ſubjicit deſcriptionem συνεισάκτων talem: Ἐπὶ δὲ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, καὶ τρίτος ἐπενοήθη τρόπος καινός τις, καὶ παράδοξος, καὶ πολλὴν ἔχων τὴν ἀπορίαν τοῖς βουλομένοις τὴν αἰτίαν εὑρεῖν· εἰσὶ γάρ τινες, οἳ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς, κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι, καθίζουσιν οἴκοι διαπαντὸς, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε ἐπὶ παιδοποιΐᾳ· οὐ γάρ φασιν αὐταῖς συγγίνεσθαι· οὔτε ἐξ ἀσελγείας· λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. *At noſtra hac ætate tertius quidam novus & inſolitus mos excogitatus eſt, cujus cauſſam haud facilè inveſtigaveris: ſunt enim quidam, qui puellas innuptas ducunt, eáſque ſemper domi collocant, & in extremam uſque ſenectutem incluſas tenent; ſine nuptiis & coitu, neque liberorum procreandorum gratiâ, negant enim ſe cum illis rem habere: neque libidinis cauſſâ; dicunt enim, ſe illas integras & incorruptas ſervare.* Hæc quidem omnia affert ſanctus ille Pater: at quis ex iis colligat, tales pietatis potius ſtudio, quàm libidinis explendæ gratiâ in ædes fuiſſe introductas? Non dicit Chryſoſtomus, quid ab iis, qui tales extraneas

neas,

neas mulieres alebant, factum ſit, ſed quid fieri illi ipſi dictitârint. Quid enim ipſe de his talibus judicârit, ex toto iſto tractatu liquet. Conſidera hæc ejus verba: Κἂν μυριάκις φιλοσοφῇς, δι' αὐτῶν ἐλέγχῃ τῶν πραγμάτων· οὐ τὴν τυχοῦσαν δεχόμενος βλάβην ἀπὸ τῆς συνοικήσεως ταύτης· ὅταν γὰρ ἴδω σε δυσαποσπάστως ἔχοντα, καὶ μυρίων βλαπτομένων καταφρονοῦντα, καὶ πολλῶν ἐγκαλούντων οὐδὲ ἐπιστρεφόμενον, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν σαυτοῦ καταπατοῦντα, καὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας προστριβόμενον κατηγορίαν πολλὴν, καὶ τὰ τῶν ἀπίστων ἀνοίγοντα στόματα, καὶ πάντας πονηρᾷ περιβάλλοντα δόξῃ, καὶ τοσαῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ συνοικεῖν κακὰ, ἀγαθὸν δὲ μηδὲν ὑμῖν ἐγγινόμενον, ἀπὸ δὲ τοῦ χωρισμοῦ, τούτων μὲν ἁπάντων τὴν ἀναίρεσιν τῶν κακῶν, πολλῶν δὲ ἑτέρων κτῆσιν ἀγαθῶν, εἶτα οὐκ ἀνεχόμενον ἀποπηδῆσαι, πῶς δυνήσομαι πεῖσαι τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πάσης ἀπήλλαξαι προσπαθείας, καὶ ἐπιθυμίας εἶ πονηρᾶς καθαρός; *Quamvis te perpetuò defendas, ac philoſophiam te religioſam profiteri dicas: redargueris tamen per opera, damnum ex hac cohabitatione accepturus non vulgare. Quando enim davideo, te avelli nulla ratione poſſe, & infinitam eorum, qui offenduntur, multitudinem deſpicere, nec converti, multis licèt te reprehendentibus, ſed & gloriam tuam conculcare, totique Eccleſiæ accuſationem magnam & invidiam conflare, atque infidelium ora laxare, omnéſque mala opinione imbuere: & tanta quidem ex cohabitatione nobis naſci mala, nullum autem provenire bonum: ex ſeparatione verò, horum omnium malorum ſublevationem, multorum autem aliorum bonorum poſſeſſionem adipiſci licere, cùm non feras, ut à te tranſeat, quomodo aliis perſuadere potero, quòd omnis affectionis ſis expers, & à concupiſcentia mala purus?* In ſequentibus ridet eos, qui dicunt, *etiamſi videant* συνοικοῦντα παρθένοις, καὶ προσδεδεμένον, καὶ τρυφῶντα, καὶ τὴν ψυχὴν προϊέμενον μᾶλλον, ἢ τὴν σύνοικον, καὶ πάντα καὶ παθεῖν, καὶ ποιῆσαι αἱρούμενον, ἢ χωρισθῆναι τῆς ποθουμένης, *cohabitantem virginibus, & alligatum, & deliciantem, & animam potiùs perdere volentem, quàm cohabitatricem, paratúmque omnia & pati & facere potiùs quàm à dilecta ſeparari,* ſe tamen μὴ πιστεύειν τι πονηρὸν, μηδὲ ἐπιθυμίας εἶναι νομίζειν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ εὐλαβείας, *nihil mali ſuſpicari, nec putare hoc concupiſcentiæ, ſed pietatis potiùs opus eſſe.* Veriſſimè ad hæc Chryſoſtomus: Ἀλλ' οὐ περὶ τῶν σῶμα ἐχόντων, ὦ θαυμάσιε, ἀλλὰ περὶ τῶν λίθοις συνοικούντων οὕτω διακεῖσθαι χρή.

Admirande vir, is est affectus eorum, qui lapidibus cohabitant, non hominibus. Addit, se hujus συνοικήσεως non aliam suspicari posse caussam, ἀλλ' ἢ πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ ἡδονὴν ἐπονείδιστον, *quàm malam concupiscentiam, & ignominiosam voluptatem.* Si turpissimæ libidini se totas tales non dedissent constringendas, an existimamus Chrysostomum, qui παρθενίαν aliàs tantopere commendare solet, dicturum fuisse eodem tractatu, Cap. VI. Καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν ὁμιλῆσαι γάμῳ, καὶ τῷ συνοικοῦντι πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων οἰκονομίαν κεχρῆσθαι, ἢ μείνασαν ἄγαμον, πατῆσαι μὲν τὰς πρὸς τὸν θεὸν συνθήκας, ὑβρίσαι δὲ εἰς πρᾶγμα οὕτω σεμνὸν, καὶ φρικῶδες, καθελκῦσαι δὲ καὶ ἑτέρους πρὸς τὰ ναυάγια τῶν οἰκείων κακῶν; *Et quantò satius erat nuptui esse traditam, usámque cohabitatore, cui incumberet rerum administratio, quàm, cùm innupta manet, fœdera cum DEO inita conculcare, & injuriam facere rei tam honestæ ac reverendæ, & alios quoque ad naufragia suorum malorum trahere?* Cur eodem capite assereret, talium ψυχὰς καταδύεσθαι, *animas deprimi*; eas τῶν οὐρανῶν ἐκβάλλεσθαι, *è cœlis ejici*? Qui tales virgines alebant, prætexebant caussam δοκοῦσαν εἶναι εὐπρόσωπον, τὴν τῆς προστασίας, *quæ honesta videbatur, nempe tutelæ.* Sed quid etiam ad hoc Chrysostomus? Cap. VII. Κἂν, inquit, ἀνθρώπους παραλογίσῃ, ἀλλὰ τὸ ἀδέκαστον οὐκ ἀπατήσεις δικαστήριον, δι' ἑτέραν μὲν ταῦτα ποιῶν πρόφασιν, ἄλλην δὲ προβαλλόμενος. Λέγετε μὲν διὰ τὸν θεὸν ἅπαντα πράττειν, πράττετε δὲ ἃ τῶν ἐχθρῶν ἐστι τοῦ Θεοῦ. *Licèt homines decipias, sed non item incorruptum DEI tribunal: nam ob aliam quidem caussam hæc facis, aliam verò prætexis. Dicitis quidem, vos omnia propter Deum facere, facitis autem ea, quæ sunt inimicorum Dei.* Eadem de συνεισάκτοις sententia est Greg. Nyss. C. XXIII. de Virginitate, t. III. p. 175: Οἱ μέχρις ὀνόματος τὴν ἀγαμίαν ἐπιτηδεύσαντες, οὐδὲν διαφέρουσι τοῦ κοινοῦ βίου· οὐ μόνον γὰρ γαστρὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν χαριζόμενοι, ἀλλὰ γυναιξὶ κατὰ τὸ φανερὸν συνοικοῦντες, καὶ ἀδελφότητα τὴν τοιαύτην συμβίωσιν ὀνομάζοντες, ὡς δὴ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ὑπόνοιαν ὀνόματι σεμνοτέρῳ περικαλύπτοντες. *Qui nominetenus duntaxat cœlibatum profitētur, à communi vivendi consuetudine non longè absunt: utpote qui non ventris solùm voluptatibus indulgeant, sed etiam cum fœminis apertè habitent: hancque familiarem cum iis vivendi consuetudinem* fraternitatem *vocant, omnem sinistram videlicet opinionem honestiori nomine occultantes.*

Hanc

Hanc noſtram περὶ τῶν συνεισάκτων ſententiam etiam illud confirmat, quia συνείσακτοι eæ ipſæ ſunt, quæ aliis nominibus apud veteres appellatæ fuerunt ἀγαπηταὶ & ἀδελφαί. De ἀγαπηταῖς hoc manifeſtum eſt ex Epiphanii hæreſi LXXVIII. pag. 440. Locum jam adduximus in voce Ἀγαπητὸς, num. IV. De ἀδελφαῖς idem patet. Titulus XXVIII. Nomoc. Johannis Antiocheni agit de συνεισάκτοις: ſubjecta verò Conſtitut. XIX. tit. 3. eaſdem vocat ἀδελφὰς, & Conſtitut. LXXII. De ἀδελφαῖς deinceps agetur. Quid autem veteres de illis *ſororibus* & *Agapetis* ſenſerint, ex ſuperioribus haberi poteſt. Hieronymus expreſsè vocat *novum concubinarum genus*, imò *meretrices univiras.*

Nec mulieres tantùm erant συνείσακτοι; veteres etiam meminerunt ἀνδρῶν συνεισάκτων. Chryſoſtomus certè non ſolùm ſcripſit tractatum πρὸς τοὺς ἔχοντας παρθένους συνεισάκτους, ſed etiam eidem ſtatim ſubjecit alium πρὸς τὰς ἐχούσας ἄνδρας συνεισάκτους. De iis autem ita ſcribit illo tractatu, tom. VI. pag. 233. Εἰ ἄνδρας ἐπιθυμεῖς ἔχειν συνοικοῦντας, οὐκ ἔδει παρθενίαν ἑλέσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸν γάμον ἐλθεῖν· πολλῷ γὰρ βέλτιον γαμεῖν ἐκείνως, ἢ παρθενεύειν οὕτως. Τὸν μὲν γὰρ τοιοῦτον γάμον οὔτε ὁ Θεὸς καταδικάζει, οὔτε ἄνθρωποι διαβάλλουσι. Τίμιον γάρ ἐστι τὸ πρᾶγμα, οὐδένα ἀδικοῦν, οὐδὲ πλῆκτον· ἡ δὲ παρθενία αὕτη, ἡ μετὰ ἀνδρῶν, πορνείας χαλεπώτερον παρὰ πᾶσι διαβέβληται. *Viros tecum habitantes habere cupis, non oportebat virginitatem eligere, ſed ad nuptias tranſire: multò enim melius illo modo nubere, quàm hoc modo virginitatem profiteri. Tales enim nuptias neque DEUS condemnat, neque homines reprehendunt. Honeſta enim res eſt: neminem offendit, neminem lædit: virginitas autem illa cum viris ab omnibus magis reprehenditur, quàm ipſum ſtuprum.* Conſule integrum tractatum, & intelliges, illum συμβιώσεως modum, judice Chryſoſtomo, vel parum, vel potiùs nihil à ſtupro differre. Ἄνδρες συνείσακτοι.

Quæ uſitatiſſimè vocantur συνείσακτοι; id enim nunc quoque obſervandum; eædem ſatis frequenter ἐπεισάκτων nomine veniunt. Quam Can. III. Conc. Nicæni vocat συνείσακτον γυναῖκα, eandem Ariſtinus in Synopſi Canonum appellat ἐπείσακτον. Ei enim Canon IV. Conc. Nicæni ſic habet: Ἐπείσακτον μή- Ἐπείσακτος idem quod συνείσακτος.

λις ἐχέτω, χωρὶς μητρὸς, ἢ ἀδελφῆς, καὶ τῶν προσώπων, ἃ πᾶσαν ὑποψίαν διαδιδράσκει. *Subintroductam nequis habeat, præter matrem, aut sororem, eásque personas, quæ omnem suspicionem effugiunt.* In Nomoc. Johannis Antiocheni ex Constit. LXXI. Πᾶσι τοῖς ἐν κλήρῳ καταλεγομένοις, καὶ μὴ ἔχουσι γαμετὰς, κατὰ τοὺς κανόνας ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ οἴκῳ ἰδίῳ ἐπείσακτον ἔχειν, κλ. *Omnibus qui in clerum adscribuntur, & non habent uxores, nos etiam secundum Canones interdicimus in privatis ædibus subintroductam habere, &c.* Symeon Logotheta in Synopsi Canonum, Can. III. Nicænum incipit: Ἐπείσακτον μηδεὶς ἐχέτω. Eadem voce semel atque iterum usus est Elias, Metropolita Cretensis, in Resp. ad Dionysium Monachum. Titulus quæstionis tertiæ est: Περὶ τοῦ ἐπεισάκτῳ γυναικὶ συνοικοῦντος ἕως θανάτου αὐτοῦ. *De eo, qui cum subintroducta muliere ad mortem usque habitat.* Quæ in titulo dicitur ἐπείσακτος, ea in quæstione ipsa nominatur συνείσακτος. Vide etiam titulum quæstionis quartæ.

Ἀδελφή. ΑΔΕΛΦΗ. Hic de variis hujus vocis acceptionibus, in Scriptura sacra passim obviis, non agimus. Id tantùm observamus, Clericos quosdam solitos fuisse, propudia sua, ἀδελφὰς, *sorores* appellare, & sub hoc pietatis nomine vitia sua obtegere. De his Johannes Antiochenus in Nomoc. tit. XXVIII. ex Constitut. XIX. tit. III. Bibl. Can. tom. II. pag. 635: Ἐπειδή τινες κληρικοὶ συνοικοῦντες γυναιξὶν, ἀδελφὰς αὐτὰς ἐκάλουν, οὐ μικρὰν δὲ ὕβριν αὐτοῖς ἐποίει τὸ πρᾶγμα· νομοθετεῖ ἡ διάταξις, κληρικὸν ὄντα μὴ δύνασθαι ἐπ' ὀνόματι ἀδελφῆς οἱᾳ δήποτε συνοικεῖν γυναικί. *Cùm quidam clerici, cum mulieribus habitantes,* sorores *ipsas vocarent, dedecus verò non mediocre res illa ipsis afferret: sancit constitutio, eum, qui sit clericus, non posse* sororis *nomine cum ulla habitare muliere.* De iisdem intelligendus est Canon XIX. Concilii Ancyrani: Τὰς συνερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφὰς, ἐκωλύσαμεν. *Virgines, quæ cum quibusdam congrediuntur, tanquam* sorores, *prohibuimus.* Zonaras ad hunc Canonem, p. 298: 299. Κωλύει ὁ κανὼν τὰς παρθενίαν ἐπαγγελλομένας, συνέρχεσθαι ἀνδράσιν, ἀντὶ τοῦ συζῆν, συνοικεῖν, ἀδελφὰς ἑαυτὰς ὀνομαζούσας τῶν, οἷς συνδιάγουσι. *Prohibet hic Canon, virginitatem professas, congredi cum viris, id est, cum iis vivere & habitare, quæ seipsas vocant* sorores *eorum, cum quibus degunt.*

Quan-

Quanquam autem apud omnes in confeſſo ſit, hunc Canonem de iſtis agere *ſororibus*, non deſunt tamen, qui pro ὡς ἀδελφὰς, legunt ὡς ἀδελφοῖς. Ita Codex Canonum Ms. ὡς ἀδελφοῖς, *tanquam cum fratribus.* Et Ariſtinus in Synopſi Canonum hujus Concilii, Canonem XX. ita expreſſit: Αἱ παρθένοι ὡς ἀδελφοῖς τισι μὴ προσίτωσαν. *Virgines ne ad aliquos, tanquam fratres, accedant.* Iiſdem verbis utitur Symeon Logotheta in Synopſi Can. Concil. Ancyrani, Can. XIX. pag. 722. Eodem modo Canonem Ancyranum intellexit Balſamon, pag. 782: Ἐπεί τινες, ὡς ἔοικε, παρθενεύειν ὁμολογήσασαι, ἐσκανδάλιζον πολλοὺς διὰ τὸ συνοικεῖν μετὰ τινῶν ἀνδρῶν, λεγομένων εἶναι ἀδελφῶν, ἐκώλυσαν οἱ πατέρες καὶ τοῦτο. *Quia, ut videtur, nonnullæ virginitatem profeſſæ, multos offendebant, eò quòd cum viris quibuſdam, qui fratres eſſe dicebantur, habitarent, hoc quoque Patres prohibuerunt.*

CAPUT XIII.

SPECIMEN SUPPLEMENTI LINGUÆ GRÆCÆ DUPLEX.

NIHIL adeò perfectum ab induſtria proficiſci humana, cui non aliquid poſſit addi, ipſa quotidiana abundè ſatis teſtatur experientia. Ut verò, citra ambages, in rem eamus præſentem, quis ignorat, quanta Lexicorum, tum Græcorum, tum Latinorum; de his enim ſolis nunc agere lubet; copia, in gratiam ſtudioſorum, à Viris & doctiſſimis, & ſuperſtitioſè diligentibus in lucem ſit producta? Alia tamen aliis auctiora, & poſtrema, ut plurimùm, prioribus perfectiora prodiiſſe, inter omnes conſtat. Ut ut autem accurata omnium fuerit diligentia; ut ut nihil intactum relinquere ſint conati, poſt uberrimas nihilominus meſſes, ſpicilegia ſemper remanſerunt. Teſtatur hoc de lingua Latina Cl. Barthius, qui aliquot vocum centurias in ſuis Adverſariorum libris ſparſim exhibet, quarum in vulgatis ne veſtigium quidem apparet Lexicis·

xicis. Id ipſum ex Roberti Conſtantini ſupplemento linguæ Latinæ claret. Nec exiſtimandum eſt, poſt immenſum magni illius Stephani laborem, quem in conſtruendo linguæ Græcæ Theſauro exantlavit, nullas ampliùs apud Autores Græcos reperiri voces, quarum obſervatione Lexica locupletari meritò deberent. Affirmare namque auſim, ex ſola Patrum lectione non centurias tantùm, ſed myriades etiam vocabulorum, vel prorſus à Lexicographis omiſſorum, vel obſervatorum quidem, nullo tamen Autore, qui iis ſit uſus, nominato, haberi poſſe. Ne cui hæc aſſertio temeraria videatur, ultimum harum obſervationum Caput ejuſmodi vocibus, ad ſolam primam alphabeti literam referendis, tribuere viſum. Duæ autem iſtarum vocum claſſes ſunt.

I. Prior Claſſis eas continet voces, quæ à Lexicographis ex veterum tantùm Lexicis afferuntur, nullo alio Autore, qui iiſdem ſit uſus, producto. Sunt verò ſequentes.

Ἀγαθουργέω. Habet Stephanus, ſed unde, tacet. Eo uſus Cyrillus Alexand. in Cap. II. Micheæ, pag. 409. Χρὴ μετανοεῖν ᾐρημένους ἀπαλλάττεσθαι μὲν τῶν ἐκ φαυλότητος ἐγκλημάτων, δακρύειν δὲ οὕτω, καὶ ἐξομολογεῖσθαι Θεῷ, τετιμηκότας ἤδη τὸ ἀγαθουργεῖν. Ὁ γὰρ Θεὸς οὐχ ἁπλῶς εἰς δάκρυον, καὶ εἰς χρηστοὺς ἐμβλέψεται λόγους, ἀλλ' εἰς ἔθη καὶ τρόπους. Ὀνησιφόρον δὲ τότε τὸ κλαίειν ἔσται, ὅταν φαίνωνται τῆς ἀγαθουργίας οἱ τρόποι τῇ τῆς φαυλότητος ἀνατροπῇ συνεισθέοντες· ἀναιρουμένης γὰρ ἐν ἡμῖν τῆς ἁμαρτίας, ἡ τῆς ἀρετῆς παρεισστρέχει γένεσις. *Oportet eos, qui reſipiſcentiam acturi ſunt, malitiæ quidem criminibus liberari, deinceps verò lacrymas profundere, & DEO confiteri, bonorumquè ſtudium amplecti. DEUS enim non ſimpliciter ad lacrymas, & ad bona reſpiciet verba, ſed ad conſuetudines & mores. Tunc verò fletus utilis erit, quando ſtudium bonorum operum cum everſione malitiæ erit conjunctum: ſublato enim in nobis peccato, virtutis generatio ſtatim ingreditur.* Habet ergo ἀγαθουργέω eandem ſignificationem, quam ἀγαθοεργέω, quo uſus eſt Apoſtolus 1. ad Timoth. III. 18.

Ἀγαθουργία, ſive Ἀγαθοεργία. *Beneficentia, Beneficium, Bonum opus.* Priori voce uſus eſt Cyrillus Alexand. ut vdere eſt ſub

ſub verbo præcedente: poſteriori Theophylactus ad 1. Timot. VI. 18. Εἰ πλουτεῖν θέλεις, ἐν ἀγαθοεργίᾳ πλούτει. *Si ditari cupis, bonis operibus abunda.*

Ἀγοήτευτος, *Qui faſcinari non poteſt.* Cyrillus Alex. lib. VI. in Johannem, pag. 604: Ἀγοήτευτος πενία. *Paupertas, quæ faſcinari neſcit.*

Ἀδιαλώβητος. Stephanus: Ἀδιαλώβητος, *Qui mutilatus, vel contumeliâ affectus non eſt.* Heſychius. Ἀδιαλώβητον, ἀβλαβές. *Non mutilatum, illæſum.* Vide etiam Suidam cum Notis Porti. Iterum Cyrillus Alexand. lib. II. adv. Neſtorium, pag. 41: Θεὸς ἦν ὁ λόγος ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ, τῆς ἰδίας φύσεως τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν ἀδιαλώβητον ἔχων. *DEUS erat Verbum in humana forma præſtantiam ſuæ naturæ, quâ cunctis excellit, integram ſervans.*

Ἀδιάσπαστος & Ἀδιασπάστως. Ἀδιάσπαστος eſt *Indivulſus, indiſtractus, Indiviſus.* Occurrit apud Cyrillum Alexand. in Cap. LVII. Jeſaiæ, pag. 807: Οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἀπρὶξ ἐχόμενοι, ἀκράδαντον ἔχοντες ἐπ' αὐτῷ τὴν πίστιν, καὶ ἀδιάβλητον τὴν ὑποταγὴν, καὶ ἀδιάσπαστον τὴν ἀγάπην. *Divini diſcipuli, dilectionem Chriſti mordicus tenentes, & fidem in illo inconcuſſam habentes, & obedientiam irreprehenſibilem, & charitatem indivulſam.* Idem ad v. 35. Cap. XIII. Johan. pag. 752: Ἀδιάσπαστον ἔχειν τῆς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης τὸν σύνδεσμον. *Mutuæ dilectionis vinculum indiſſolubile habere.* Hinc eſt Ἀδιασπάστως, quod Heſychius interpretatur ἀχωρίστως, *inſeparabiliter, ſine diſtractione.* Chryſoſtom. dicit, Ἀδιασπάστως ἔχειν πρὸς τὸν διδάσκαλον, *Præceptori ſemper adhærere*, ab eo nunquam divelli.

Ἀδιάτμητος & Ἀδιατμήτως. Ἀδιάτμητος interpretatur Stephanus, *Qui diſſectus & diſciſſus non eſt,* vel *Qui diſſecari & diſcindi nequit, Indiviſus.* Cyrillus Alexand. lib. XII. in Johannem, ad v. 23. Cap. XIX. pag. 1063. tunicam Chriſti vocat ἀδιάτμητον χιτῶνα, *tunicam indiviſam.* Idem in Cap. LVII. Jeſaiæ, pag. 811: Διὰ τοῦ Χριστοῦ τὴν καταλλαγὴν ἐσχήκαμεν, καὶ ἀδιάτμητον τὴν εἰρήνην πρὸς θεὸν, καὶ πρὸς ἀλλήλους. *Per Chriſtum reconciliationem habuimus, & pacem cum DEO & inter nos, nunquam interrumpendam.*

pendam. Inde Adv. ἀδιαιρετικῶς, idem quod ἀδιασπάστως, ἀχωρίστως. Iterum Cyrillus lib. X in Joh. ad v. 7. Cap. XV. pag. 877. Προσκολλᾶσθαι ἀδιαιρετικῶς τῷ Χριστῷ. *Christo inseparabiliter adhærere.*

Ἀδιόρθωτος, *Inemendabilis, Qui se corrigi, vel emendari non patitur.* Chrysostom. lib. III. de Providentia, Cap. IV. dicit Mosen duplici tristitia in omnibus vexatum esse, τῷ τε ἐκείνους ἀπόλλυσθαι, καὶ τῷ τοὺς ἀπολειπομένους ἀδιορθώτους μένειν, *tum quòd illi,* nempe Israelitæ, *perirent, tum quòd relicti inemendabiles manerent.* Idem, Homil LXXIX. tom. V. de Juda proditare, Ἑκὼν ἔμενεν ἀδιόρθωτος. *Sponte inemendabilis mansit.* Invenitur etiam ἀδιόρθωτα, pro ἀδιορθώτως. Chrysostom. Homil. XLIII. tom. V. pag. 284. Οὐ τὸ μαθεῖν ἔγκλημα, ἀλλὰ τὸ ἀγνοεῖν κατηγορία· οὐ τὸ διδάσκεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐν ἀμαθίᾳ εἶναι· οὐ τὸ ἐλέγχεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἁμαρτάνειν ἀδιόρθωτα. *Discere velle, reprehensionem non meretur, at ignorantia accusatione digna est: non, doceri, sed in ignorantia manere: non, reprehendi, sed sine ulla emendatione peccare.* Ipsum ἀδιορθώτως, à Lexicis tamen omissum, idem etiam Chrysostomus usurpat lib. I. de Providentia, Cap. VIII. Τῷ Θεῷ οὐ πάντων τῶν μοχθηρῶν, ὅταν ἡμᾶς σωφρονίσαι βούληται, δεῖ· ἀλλ' ἐνίους ἐξ αὐτῶν ἀπολαβὼν, οὓς οἶδεν ἀδιορθώτως ἔχοντας, ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν καὶ τὴν ὀργήν. *Non est opus, ut DEUS, nos emendare volens, omnes adhibeat flagitiosos: sed quibusdam ex iis, quos novit inemendabiles esse, assumtis, suam ostendit potentiam & iram.*

Ἀδούλωτος, *Non redactus in servitutem, Non subjugatus.* Basilius M. in Psalm. XXVIII pag. 173: Ψυχὴ ἀδούλωτος τῷ φρονήματι τῆς σαρκός. *Anima prudentiæ carnis non subjugata,* id est, μὴ φρονοῦσα τὰ τῆς σαρκός. Chrysostom. Homil. VII. in Jesaiam: Ἀδούλωτον ἡ ἀρετὴ, καὶ οὐδὲν αὐτῆς περιγενέσθαι δύναται. *Virtus nec subjugari, nec ab ulla re superari potest.* Basilius Seleuciensis Orat. VIII. quæ est de Josepho, pag. 46: Ὁ Ἰωσὴφ γίνεται δοῦλος τῷ σώματι, ὁ ἀδούλωτος τῷ φρονήματι. *Josephus corpore quidem fit servus, mente verò subjugari non potuit.*

Ἀειλογέω. Lexica hoc verbum ex solo Hesychio afferunt, qui ἀειλογεῖς interpretatur ἀεὶ λαλεῖς, ἀεὶ προφέρεις, *semper loqueris, semper* aliquid *profers.* Frequens est apud Cyrillum Alexandrinum.

drinum. Homil. Paschali XXIX. pag. 333. de Judæis: Ἄνω καὶ κάτω τὸν ἐν γράμμασιν ἀειλογοῦντες νόμον. *De Lege, literarum monumentis consignata, perpetuò garrientes.* In Cap. XXXII. Jesaiæ, pag. 444: ἀειλογεῖν τὸν νόμον, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ σκιάς. *Semper garrire Legem, & quæ in ea sunt umbras.* Et in Cap. LI. Ἀειλογοῦντες τὸν διὰ Μωσέως νόμον. *Mosis Legem semper blaterantes.*

Αἰσχρολογέω, *Turpia*, seu *fœda loquor.* Clemens Alexandr. Pæd. lib. III. Cap. XI. pag. 252. Ἐγὼ μὲν, οὐδὲ τὰς θεραπαίνας ἀξιῶ ταῖς ἀρίσταις γυναιξὶ τὰς ἑπομένας αὐταῖς, αἰσχρολογεῖν, ἢ αἰσχρουργεῖν. *Ego quidem censeo, ne ancillas quidem, quæ probas sequuntur fœminas, oportere turpia dicere, aut facere.*

Ἀκατάληκτος, *Indesinens*, Ἀκαταλήκτως, *Indesinenter.* Hesychius: Ἀκατάληκτον, ἄπαυστον. Cyrillus Alexand. lib. XI. in Joh. Cap. IX. pag 984. postquam adduxisset locum Apostoli 1. Corinth. X. 12. Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ, subjicit: Ἀεὶ ἐν σάλῳ τὰ ἡμέτερα, καὶ ποικίλως δονεῖται τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀκαταλήκτως τοῦ πονηροῦ πειράζοντος, κτλ. *Res nostræ semper procellis exposita sunt, & variis modis agitantur, maligno illo indesinenter tentante, &c.*

Ἀλοιδόρητος & Ἀλοιδορήτως. Ἀλοιδόρητος, *Conviciis non obnoxius.* Cyrillus Alexand. lib. IX. in Johannem, Cap. I. pag. 784. confessionem Ecclesiæ de SS. Trinitate vocat ἀλοιδόρητον πίστιν, *inculpatam, nulli calumniæ obnoxiam fidem.* Ibidem pag. 802: Ὅτι ἀλοιδόρητος παντελῶς παρά γε τοῖς εὖ φρονοῦσιν ὁ τοῦ σωτῆρος ἔσται λόγος, οὐδαμόθεν ἐνδοιάζειν εἰκὸς ἦν τινας. *Prorsus inculpatum fore apud eos, qui rectè sentiunt, Salvatoris verbum, non erat æquum ulla ex parte quenquam dubitare.* Hinc ἀλοιδορήτως, quod Lexica prorsus tacent. Idem Cyrillus lib. X. in Johan. pag. 888. Πῶς οὐ λίαν ἀξιοθαύμαστος ὁ τὴν ἀγάπην ὅτι μάλιστα καθαρὰν ἐπιχειρῶν, ἀλοιδορήτως τε καὶ ἀνυπαιτίως; *Quî non admiratione sit dignissimus, qui charitatem quàm maximè sincerè & inculpatè colit?*

Ἀμαρτύρητος. Suidas: Ἀμαρτυρήτους ἀντὶ τοῦ ἀμαρτύρους· οὕτως Ἀντιφάνης. *Sic dixit Antiphanes: Nulli testimonio præditos, Testimonii expertes.* Cyrillus Alexand. lib II. in Johan. ad v. 17. Cap. III. pag. 153. Υἱὸν ἑαυτὸν διαῤῥήδην ὀνομάσας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὐκ ἀμαρτύρη-

τον ἐᾶν οἴεται δεῖν τὸ λόγον. *Quando seipsum disertè Filium DEI & Patris nominavit, id citra probationem dictum non vult.* Idem lib. IV. in Johan. ad Cap. VI. v. 45. pag. 345. Τὴν συνυπάρχουσαν τοῖς ἀκροωμένοις ἀπόνοιαν ἐννοήσας ὡς Θεὸς, οὐκ ἀμαρτύρητον ἐᾷ τὸν ἐπὶ τούτῳ λόγον. *Cùm, tanquam DEUS, auditorum secum reputâsset amentiam, suum de hoc sermonem citra probationem dictum noluit.*

Ἀμεγέθης, *Magnitudine carens, Non magnus.* Cyrillus Alex. lib. I. in Joh. Cap. III. pag. 25: Ἀμεγέθης, ἄποσός τε, καὶ ἀσώματος ἡ θεία νοεῖται καὶ ἔστι φύσις. *Magnitudinis, & quantitatis, & corporis expers natura divina intelligitur & est.* Et adv. Anthrop. Cap. I. pag. 366: Ἔστι τὸ θεῖον ἀσώματον, ἄποσόν τε, καὶ ἀμέγεθες, καὶ οὐκ ἐν εἴδει περιγράπτῳ. *DEUS est expers corporis, quantitatis & magnitudinis, neque formâ circumscriptâ continetur.*

Ἀμελέτητος, *Inexercitatus.* A Budæo etiam exponitur, *Immeditatus, Imperitus, Indoctus.* Cyrillus Alexand. lib. IX. in Johan. ad v. 36. Cap. XIII. pag. 755: Τὰ λυπεῖν εἰωθότα, βαρυτέροις ἔσθ' ὅτε κατασκιάζειν λόγοις οὐκ ἀμελέτητον τοῖς σοφοῖς. *Non est insolens sapientibus, gravioribus interdum verbis ea obscurare, quæ mœrorem afferre solent.* Ita etiam Chrysostom. quodam in loco: Ἀμελέτητος πρὸς τὴν τῆς πενίας ὑπομονὴν ὁ πλούσιος ἔρχεται. *Dives ad ferendam paupertatem inexercitatus accedit.*

Ἀμετάποίητος, *Immutabilis.* Occurrit apud Hesychium, qui scribit, Ἀμετάβετος, ἀτρεπτος, ἀκίνητος, ἀμετάποίητος. *Immutabilis, immobilis.* Cyrillus Alexand. in Cap. VII. Hoseæ, pag. 111. de Judæis: Ἀρρωστοῦντες ἀβουλίαν, καὶ πρός γε ἔτι τὸ ἔμμονον εἰς φαυλότητα, καὶ ἀμετάποίητον τῆς γνώμης. *Dementiâ ægrotantes, pertinaciâ insuper in improbitate, & contumaciâ voluntatis.* Et in Cap. VIII. Hoseæ, pag. 120. Judæos alloquitur: Μέχρι τίνος ἐν ἀκαθαρσίᾳ γεγονότες ἀμετάποίητοι μενεῖτε; *Quò usque tandem in impuritate immutabiles manebitis?* Apud eundem lib. I. in Johan. Cap. III. pag. 27. Filius DEI dicitur ἀμετάποίητος εἰκὼν τοῦ πατρὸς, *immutabilis imago Patris.*

Ἀναβορβορύζω. De hoc hæc habet H. Stephanus: Ἀναβορβορύζω, *Effodio seu Fodiendo egero & extraho.* Hesych. ἀνασκάπτω exponit: Suidas verò ἀναβορβορύζουσιν affert pro ἀναμοχλεύουσι. Significat

gnificat *funditus evertere, exstirpare.* Ita aliquoties occurrit apud Cyrill. Alexand. Lib. VI. adv. Julianum, pag. 206. Τὰ τῆς δυσσεβείας ἀναβοθρεύσαντες ἐργαστήρια. *Impietatis officinas subruentes.* Idem, Dialogo VI. de SS. Trinitate, pag. 613: Ἀναβοθρευθείσης τῆς ἁμαρτίας διὰ τῆς πίστεως. *Funditus everso peccato per fidem.* Et Dial. IX. pag. 722. de Hæreticis: Ἀναβοθρεύουσι τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὴν ῥίζαν, καὶ τὸ τῆς ἐλπίδος θεμέλιον ἀνορύττουσι. *Salutis nostræ radicem exstirpant, & spei fundamentum effodiunt.* Th. βόθρος, *fovea, vorago.* Glossæ: Βόθρος, *Borago, scrobis, scrobes, Fossa, Fovea, Lacuna.* Hesychius: Βόθρος, ὄρυγμα γῆς. *Fossa terræ.*

Ἀναμίλλητος, *De quo certamen & contentio non est, Non controversus.* Suidas activè exponit ἀφιλόνεικος, *non contentiosus.* Rectiùs Hesychius, Ἀναμίλλητον, (sic enim scribendum, non ἀναμίλλικτον) ἀφιλονείκιστον (scribe, ἀφιλονείκητον) καὶ ἀναμφίλεκτον. *De quo nemo contendit, minimè dubium.* Est etiam *Incomparabilis.* Cyrillus Alexand. in Cap. XIII. Johan. pag. 725. de Christo proditorem suum agnoscente, non tamen puniente: Ἀναμίλλητον ἔδειξε τῆς ἐνούσης αὐτῷ τῆς ἀνεξικακίας τὸ μέγεθος. *Incomparabilem suæ patientiæ magnitudinem declaravit.*

Ἀναπόβλητος, *Qui amissus non est,* vel *amitti nequit.* Cyril. Alexand. in Cap. IX. Hoseæ, pag. 350: Ἀναπόβλητον ἐν ἡμῖν τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἀγαθὸν, καὶ οὐκ ἔτι κρατήσει θάνατος τῶν ἐν Χριστῷ σεσωσμένων. *Bonum incorruptionis amittere nequibimus, nec de cætero mors de salvatis in Christo triumphabit.* Idem, in Cap. LXV. Jesaiæ, pag. 898: Ἔμμονον καὶ ἀναπόβλητον ἔχειν πονηρίαν. *Manentem habere nequitiam, quæ non potest abjici.*

Ἀνέμβατος, *Inaccessus, Avius.* Ita usurpatur à Cyrillo Alex. lib. IV. in Johan. ad v. 46. Cap. VI. pag. 348: Μὴ τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν ἀπαιτεῖτε, μηδὲ εἰς τὸ πᾶσι τοῖς γεγονόσιν ἀνέμβατον παραλόγως φέρεσθε ταῖς ὁρμαῖς. *Ne ea petatis, quæ naturam excedunt; neque in ea, quæ creaturis omnibus invia sunt, temerario impetu feramini.*

Ἀνεπικούρητος, idem quod ἀβοήθητος, *Auxilio destitutus, Infirmus.* Frequenter occurrit apud Cyrillum Alexand. Adv. 3. Cap. I. Jesaiæ, pag. 3: Λελυτρωμένος ὁ Ἰσραὴλ, οὐκ ἀνεπικούρητος ἦν μετὰ τοῦτο, καὶ ἀγάπης ἔρημος τῆς παρὰ Θεοῦ. *Redemtus Israël non de-*

τον ἐᾷν οἴεται δεῖν τὸν λόγον. *Quando seipsum disertè Filium DEI & Patris nominavit, id citra probationem dictum non vult.* Idem lib. IV.in Johan.ad Cap.VI.v.45.pag.345. Τὴν συνυπάρχουσαν τοῖς ἀκροωμένοις ἀπόνοιαν ἐννοήσας ὡς Θεὸς, οὐκ ἀμαρτύρητον ἐᾷ τὸν ἐπὶ τούτῳ λόγον. *Cùm, tanquam DEUS, auditorum secum reputâsset amentiam, suum de hoc sermonem citra probationem dictum noluit.*

Ἀμεγέθης, *Magnitudine carens, Non magnus.* Cyrillus Alex. lib.I.in Joh.Cap.III.pag.25: Ἀμεγέθης, ἄποσός τε, καὶ ἀσώματος ἡ θεία νοεῖται καὶ ἔστι φύσις. *Magnitudinis, & quantitatis, & corporis expers natura divina intelligitur & est.* Et adv.Anthrop.Cap.I. pag.366: Ἔστι τὸ θεῖον ἀσώματον, ἄποσόν τε, καὶ ἀμέγεθες, καὶ οὐκ ἐν εἴδει περιγεγραμμένον. *DEUS est expers corporis, quantitatis & magnitudinis, neque formâ circumscriptâ continetur.*

Ἀμελέτητος, *Inexercitatus.* À Budæo etiam exponitur, *Immeditatus, Imperitus, Indoctus.* Cyrillus Alexand. lib.IX.in Johan.ad v.36.Cap.XIII.pag.755: Τὰ λυπεῖν εἰωθότα, βαρυτέροις ἔσθ' ὅτε καταςκιάζειν λόγοις οὐκ ἀμελέτητον τοῖς σοφοῖς. *Non est insolens sapientibus, gravioribus interdum verbis ea obscurare, quæ mœrorem afferre solent.* Ita etiam Chrysostom. quodam in loco: Ἀμελέτητος πρὸς τὴν τῆς πενίας ὑπομονὴν ὁ πλούσιος ἔρχεται. *Dives ad ferendam paupertatem inexercitatus accedit.*

Ἀμετάποίητος, *Immutabilis.* Occurrit apud Hesychium, qui scribit, Ἀμετάθετος, ἄτρεπτος, ἀκίνητος, ἀμεταποίητος. *Immutabilis, immobilis.* Cyrillus Alexand. in Cap.VII. Hoseæ, pag. 111. de Judæis: Ἀρρωστοῦντες ἀβουλίαν, καὶ πρός γε ἔτι τὸ ἔμμονον εἰς φαυλότητα, καὶ ἀμεταποίητον τῆς γνώμης. *Dementiâ ægrotantes, pertinaciâ insuper in improbitate, & contumaciâ voluntatis.* Et in Cap. VIII. Hoseæ, pag. 120. Judæos alloquitur: Μέχρι τίνος ἐν ἀκαθαρσίᾳ γεγονότες ἀμεταποίητοι μενεῖτε; *Quò usque tandem in impuritate immutabiles manebitis?* Apud eundem lib.I.in Johan.Cap.III. pag.27. Filius DEI dicitur ἀμεταποίητος εἰκὼν τοῦ πατρὸς, *immutabilis imago Patris.*

Ἀναβοθρεύω. De hoc hæc habet H.Stephanus: Ἀναβοθρεύω, *Effodio seu Fodiendo egero & extraho.* Hesych. ἀνασκάπτω exponit: Suidas verò ἀναβοθρεύουσιν affert pro ἀναμοχλεύουσι. Significat

gnificat *funditus evertere, exstirpare.* Ita aliquoties occurrit apud Cyrill. Alexand. Lib. VI. adv. Julianum, pag. 206. Τὰ τῆς δυσσεβείας ἀναβοθρεύσαντες ἐργαστήρια. *Impietatis officinas subruentes.* Idem, Dialogo VI. de SS. Trinitate, pag. 613: Ἀναβοθρευθείσης τῆς ἁμαρτίας διὰ τῆς πίστεως. *Funditus everso peccato per fidem.* Et Dial. IX. pag. 722. de Hæreticis: Ἀναβοθρεύουσι τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὴν ῥίζαν, καὶ τὸ τῆς ἐλπίδος θεμέλιον ἀνορύττουσι. *Salutis nostræ radicem exstirpant, & spei fundamentum effodiunt.* Th. βόθρος, *fovea, vorago.* Glossæ: Βόθρος, *Borago, scrobis, scrobes, Fossa, Fovea, Lacuna.* Hesychius: Βόθρος, ὄρυγμα γῆς. *Fossa terræ.*

Ἀναμίλλητος, *De quo certamen & contentio non est, Non controversus.* Suidas activè exponit ἀφιλόνεικος, *non contentiosus.* Rectiùs Hesychius, Ἀναμίλλητον, (sic enim scribendum, non ἀναμίλλικτον) ἀφιλονείκιστον (scribe, ἀφιλονείκητον) καὶ ἀναμφίλεκτον. *De quo nemo contendit, minimè dubium.* Est etiam *Incomparabilis.* Cyrillus Alexand. in Cap. XIII. Johan. pag. 725. de Christo proditorem suum agnoscente, non tamen puniente: Ἀναμίλλητον ἔδειξε τῆς ἐν ἑαυτῷ ἀνεξικακίας τὸ μέγεθος. *Incomparabilem suæ patientiæ magnitudinem declaravit.*

Ἀναπόβλητος, *Qui amissus non est,* vel *amitti nequit.* Cyril. Alexand. in Cap. IX. Hoseæ, pag. 350: Ἀναπόβλητον ἐν ἡμῖν τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἀγαθὸν, καὶ οὐκ ἔτι κρατήσει θάνατος τῶν ἐν Χριστῷ σεσωσμένων. *Bonum incorruptionis amittere nequibimus, nec de cætero mors de salvatis in Christo triumphabit.* Idem, in Cap. LXV. Jesaiæ, pag. 898: Ἔμμονον καὶ ἀναπόβλητον ἔχειν πονηρίαν. *Manentem habere nequitiam, quæ non potest abjici.*

Ἀνέμβατος, *Inaccessus, Avius.* Ita usurpatur à Cyrillo Alex. lib. IV. in Johan. ad v. 46. Cap. VI. pag. 348: Μὴ τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν αἰτεῖτε, μηδὲ εἰς τὸ πᾶσι τοῖς γεγονόσιν ἀνέμβατον παραλόγοις φέρεσθε ταῖς ὁρμαῖς. *Ne ea petatis, quæ naturam excedunt, neque in ea, quæ creaturis omnibus invia sunt, temerario impetu feramini.*

Ἀνεπικούρητος, idem quod ἀβοήθητος, *Auxilio destitutus, Infirmus.* Frequenter occurrit apud Cyrillum Alexand. Ad v. 3. Cap. I. Jesaiæ, pag. 3: Λελυτρωμένος ὁ Ἰσραὴλ, οὐκ ἀνεπικούρητος ἦν μετὰ τοῦτο, καὶ ἀγάπης ἔρημος τῆς παρὰ Θεοῦ. *Redemtus Israël non de-*

sertus ac destitutus auxilio deinceps fuit, nec delectione DEI carens. Ad Cap. ejusdem v. 29: Ἀπομεμένηκε δὲ παρὰ τ̃ ἰδίων θεῶν ἀνεπικούρητος Ἰσραήλ. *Destitutus autem à diis suis extitit Israel.* In Cap. VII. Amosi, pag. 326: Ἀνεπικούρητον ἀεὶ τὸ ψεῦδος ἀφ' ἑαυτῦ, καὶ οἱ τ̃ ἀπάτης πόδες σαθρὸν ἔχυσι τὸ ἔρεισμα. *Infirmum per se semper est mendacium, & fallaciæ pedes ruinoso insistunt fundamento.* Iterum in Collectaneis ad Cap. XXII. Deuteronomii pag. 39: Βίαιον καὶ ἀνεπικούρητον πάθος. *Violenta perpessio, & cui auxilium ferri non potest.*

Ἀνεπίπληκτος. Hesychius. Ἀνεπιπλήκτοις, ἀμέμπτοις. Est ergo *Inculpatus, Irreprehensus*, vel *Irreprehensibilis*, Græc. ἀνέγκλητος, ἀνεπίληπτος, ἄμεμπτος, ἀκατάγνωστος. Cyrillus Alexand. in Cap. IX. Hoseæ, pag. 132. ἀνεπίπληκτον διαζῆσαι βίον, *inculpatam degere vitam.*

Ἀνισοφυής, est, interprete Hesychio, ἀνόμοιος, *dissimilis.* Cyrillus Alexand. Dial. I. de SS. Trinitate, pag. 409: Εἰ μία μὲν ἡ ϛ̃ πατρὸς ἔςαι φύσις, μία δὲ αὖ καὶ ἑτέρα παρ' αὐτὴν ἡ ϛ̃ υἱῦ· πῶς οὐκ ἀναγκαῖον, καὶ τ̃ εἰς δύο τὰ ἀλλήλοις ἀνισοφυῆ διιςάντα τε καὶ διαιρέζοντα συνεπινοεῖσθαι λόγον; *Si una quidem sit Patris natura, alia verò & ab ipsa diversa Filii: annon necesse erit, rationem insuper excogitari, quæ dividat ac separet duo inter se natura inæqualis?*

Ἀνίσχυρος, *Minimè robustus, Invalidus.* Cyrillus in Cap. I. Haggæi, pag. 635: Ἀνίσχυροι ἔσονται, καὶ ϛ̃ κατευφραίνεσθαι μακράν. *Imbecilles erunt, & à lætitia procul sejuncti.*

Ἀντίσταθμος, *Æquale pondus habens, Æqualis ponderis.* Metaph. *Æqualis momenti.* Cyrillus lib. XII. in Johan. ad Cap. XXI. pag. 119. de Christo Petrum ter rogante, φιλεῖς με; Ὁ θεσπέσιος Πέτρος ἠρνήσατο τρὶς τ̃ Κύριον· θεραπεύει τὸ πεπονθὸς, καὶ ἀνταπαιτεῖ ποικίλως τὴν εἰς τρίτον ὁμολογίαν, ἀντίσταθμον ὥσπερ ἐκείνῳ ἶϛτο ἰδεὶς, καὶ ἀντίῤῥοπον τοῖς πλαίσμασιν ἐξαρθύων τὴν ἐπανόρθωσιν. *Divinus Petrus ter negavit Dominum. Ægrum sanat, & ternam confessionem loco ternæ illius negationis flagitat, hanc illi quodammodo opponens, & delicta correctione compensans.*

Ἀξιοζήλωτος, *Dignus æmulatione.* Cyrillus in Cap. X. Hoseæ, pag. 152: Ὁ τ̃ δικαιοσύνης ἐργάτης, σωτηρίας καὶ ζωῆς ἔςαι ἔμπλεως, λαμπρὸς καὶ ἀξιοζήλωτος. *Justitia operarius, salute & vita plenus*

plenus erit, splendidus & æmulatione dignus. Idem in Cap. VIII. Amosi, pag. 334: Τηρήσας τῆς ἀγάπης τὸν νόμον, λαμπρὸς ἔσαι καὶ ἀξιοζήλωτος παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. *Qui charitatis legem observaverit, clarus erit, laudémque apud Deum & homines merebitur.*

Ἀπαράδεκτος, *Non receptus, Qui recipi nequit, Non acceptus.* Cyrillus in Cap. LIII. Jesaiæ, pag. 750. de Sacerdotibus V. Testam. Ἀπαράδεκτον τὸν τῆς πίσεως ἐποιοῦντο λόγον, ἐννοοῦντες, ὅτι παυσομένης τῆς ἐννόμου λατρείας, ἐκπίπτουσι κερδῶν τῶν ἀπό γε τῆς ἱερωσύνης. *Voluerunt sermonem fidei non recipi, cogitantes, si cultus legalis cessaret, se quoque quæstu, quem ex Sacerdotio habeant, privatum iri.* Et in Cap. LVIII. pag. 815. de iis, quorum jejunium cum simulatione conjunctum: Οὐ γὰρ ἔμμισθος ὁ πόνος αὐτοῖς, ὅτι ἀπαράδεκτος τῷ Θεῷ. *Labor eorum nullam habet mercedem, quia DEO nec acceptus est.*

Ἀπαραποίητος & Ἀπαραποιήτως. Ἀπαραποίητος, *Non adulteratus, Germanus, Genuinus, Immutabilis.* Ἀνόθευτος, γνήσιος, ἀμεταποίητος, ἀπαράλλακτος. Cyrillus lib. I. in Johan. Cap. III. pag. 29: Διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον, καὶ τὸ ἐν τῷ χαρακτῆρι παντελῶς ἀπαραποίητον, ὁ πατήρ ἐστιν ἐν υἱῷ. *Propter perfectissimam identitatem substantiæ, & characteris omnimodam similitudinem, Pater est in Filio.* Idem lib. I. in Johan. Cap. IX. pag. 74: Ἔσαι μὲν ἐν οἷσπερ ἐστὶν ἀπαραποιήτως ὁ υἱός· θετοὶ δὲ ἡμεῖς εἰς υἱότητα, καὶ θεοὶ κατὰ χάριν. *In suis bonis immutabiliter manet DEI Filius: nos autem adoptione filii sumus, & dii per gratiam.*

Ἄπληξ, *Invulneratus, A percussu immunis.* Cyrillus in Cap. LVI. Jesaiæ, pag. 801: Φυλάττειν ἄπληγα τὸν νοῦν. *Invulneratam servare mentem.* Idem Homil. Paschali XXVI. pagin. 303: Ἄτρωτον καὶ ἄπληγα τὴν καρδίαν τηρεῖν. *Invulneratum & illæsum cor servare.*

Ἀπονηστίζομαι, est *Dejejuno*, id est, *jento, jejunium solvo*, idem quod διανηστίζομαι. Hesychius: Ἀπονηστίσασθαι, τὸ ἀπὸ νηστείας ἐπὶ πρώτην ἐλθεῖν. Omnino legendum ἐπὶ βρωτὺν, vel ἐπὶ βρῶσιν, ut sit *à jejunio ad cibum venire*, id est jejunium solvere. Can. LXXXIX. Conc. in Trullo occurrit ἀπονηστίζομαι, ubi tamen vitiosè legitur ἀπονυστάζεσθαι. Zonaras ad illum Can. expliat.

βρώμα-

βρώματος ἅπτεσθαι, cibum capere. Eodem sensu usurpatur etiam ἀποτρέπειν.

Ἀπόπεμπτος, *Dimissus: Rejiciendus.* Hesychius: Ἀπόπεμπτοι, οἱ ἄξιοι ἀποπεμφθῆναι διὰ μοχθηρίαν ἠθῶν. *Digni qui rejiciantur ob morum improbitatem.* Cyrillus lib. VI. in Johan. de cæco Johan. X. Ἐκπέμπουσιν αὐτὸν, ἀπόπεμπτοι γὰρ καὶ ἀπόβλητοι παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις οἱ τὴν ἐπὶ Χριστῷ πρεσβεύοντες λόγον. *Ejiciunt eum, apud Judæos enim rejiculi sunt & exterminabiles, qui Christi fidem prædicant.* Idem Homil. Paschali XXIV. pag. 288: Οἱ ἐναπομείναντες τοῖς τῆς φαυλότητος ῥύποις, οὗτοι πάντη τε καὶ πάντως ἀπόπεμπτοι τῶν ἱερῶν ἔσονται γάμων. *Qui in malitiæ sordibus manent, illi penitus à sanctis excludentur nuptiis.* Idem lib. III. contra Julianum, pag. 85: Ἀνόσιον καὶ παντελῶς ἀπόπεμπτον τὸ περιεργάζεσθαι φιλεῖν τὰ ὧν οὐκ ἂν γένοιτο ἡ πρὸς ἡμῶν ἡ θήρα. *Impium & prorsus rejiciendum, curiosè sectari velle, quæ nunquam assequamur.*

Ἄποσος, *Sine quantitate, Quantitatis expers.* Hesychius: Ἄποσον, τὸ ποσότητι ἢ μέτρῳ οὐχ ὑποπίπτον. Ἄποσον dicitur, *quod quantitati vel mensuræ non subjacet.* Suidas exponit τὸ ἄμετρον, *mensurâ carens.* Cyrillus lib. X. adv. Julianum, pag. 334: Τὸ θεῖον ἀσώματον, ἀνείδεόν τε, καὶ ἄποσον, καὶ ἀμεγέθες, καὶ ἁπαξαπλῶς ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον. *DEUS corpore & forma caret, & quantitatis ac magnitudinis est expers, atque, ut uno verbo dicam, omni mente & oratione major.* Idem in Epist ad Calosyrium, pag. 364: Ἄποσον καὶ ἀσχημάτιστόν ἐστι τὸ θεῖον. *DEUS quantitatis & figuræ expers est.* Alia exempla occurrunt sub voce Ἀμεγέθης.

Ἀπραγμόνως. Budæus *de eo, quod facilitèr fit & procedit, nulloque negotio.* Hac voce usus Chrysostom. tract. πρὸς τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους παρθένους, Cap. V. Ἕως ἂν ἐμπνέωμεν, καὶ τὴν σάρκα ὦμεν περικείμενοι ταύτην, παλαισμάτων ἡμῖν χρεία, καὶ πόνων, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπραγμόνως κατορθῶσαι σωφροσύνην ποτέ· ἀλλὰ πολλῶν ἱδρώτων ἡμῖν δεῖ, καὶ καμάτων πρὸς τοῦτο τὸ τρόπαιον. *Quamdiu spiramus, & hac carne sumus circumdati, certaminibus nobis opus est & laboribus, nec sine difficultate & negotio temperantiæ partes omnes impleri possunt, sed multo sudore & labore opus est ad hoc tropæum parandum.* Vide Suidam.

Ἀπρονοησία, *Imprudentia, Improvidentia*: τῇ προνοίᾳ opponitur

ponitur. Cyrillus Alexand. in Cap. I. Sophoniæ, pag. 589. ad hæc versus 12. verba: Οὐ μὴ ἀγαθοποιήσῃ Κύριος, οὐδὲ μὴ κακώσῃ. *Non benefaciet Dominus, nec malefaciet*, sequentia habet: Ἀπρονοησία δὴ ἦν, καὶ ἕτερον οὐδὲν τὸ θρυλλούμενον· αἰσχρὸν δὲ οὕτω τὸ δόγμα, καὶ κατεστυγημένον, ὡς μηδὲ αὐτοῖς τοῖς Ἑλλήνων ἀρέσαι σοφοῖς. *Quæ in rebus prædicatur providentia, præter casum & fortunam nihil est. Adeo absurdum autem & exosum hoc dogma est, ut ne sapientibus quidem inter Græcos placuerit.*

Ἀπρόσβλητος. Hesychius: Ἀπρόσβλητον, γενναῖον. *Generosum.* Suidas: Ἀπρόσβλητον, γενναῖον· ᾧ οὐδεὶς δύναται προσβαλεῖν· οὐκ ἔχοντα λόγον μεθοδικόν. *Generosum. Ad quem nullus accedere potest. Illum, qui methodicam rationem non habet.* Suidæ mediam interpretationem confirmant quodammodo hæc Cyrilli in Cap. LIX. Jesaiæ, pag. 837. ad v. 19. verba, Ἥξει ὡς ποταμὸς βίαιος ἡ ὀργὴ Κυρίου. *Veniet ira Domini tanquam violentus fluvius:* Ἥξει κατὰ τῶν ἀπειθησάντων ἡ ὀργὴ, καθάπερ τις βιαιότατος ποταμὸς πάντα κατασύρων, καὶ ἀπρόσβλητον ἔχων τὴν τῶν ναμάτων καταφοράν. *Veniet ira contra inobedientes, instar rapidissimi fluvii omnia vastantis & auferentis, tamque rapido fluxu decurrentis, ut ei resisti non possit*, ut ad eum nemo accedere audeat. Clariora sunt illa ejusdem, Homilia Paschali XXV. pag. 301: Ἄοπτος παντελῶς καὶ ἀόρατος ἡ θεία φύσις ἐστὶ, καὶ ἀπρόσβλητον ἔχει τὴν δόξαν. *Sub sensum oculorum natura divina minime cadit, & gloriam habet inaccessam.* Idem in Cap. LIII. Jesaiæ, pag. 742. de DEO, qui Mosi apparuit in monte Sinai: ὤφθη τοῖς ἐπὶ γῆς ἀπρόσβλητον ἔχων τὴν δόξαν, καὶ οὐδενὶ γέγονε φορητός. *Apparuit terræ habitatoribus, inaccessam habens gloriam, nec cuiquam erat tolerabilis.* Potest etiam idem esse, quod ἀκατάληπτος, *Incomprehensibilis.* Ita accipitur ab eodem Cyrillo, lib. IX. adv. Julianum, pag. 298. ubi de Juliano: Ἀπρόσβλητος παντελῶς αὐτῷ τε καὶ τοῖς κατ' αὐτὸν τῶν ἐν τοῖς τοῦ νόμου γράμμασιν ἐννοιῶν ἡ δύναμις. *Incomprehensibilis prorsus tum ei, tum iis, qui idem cum eo sentiunt, vis sensus eorum, quæ scripturâ legis comprehenduntur.*

Ἀργυραμοιβός. Suidas: Ἀργυραμοιβός· ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος· ὁ τραπεζίτης· ὁ ἀργυροπράτης· κολλυβιστής. *Qui monetam pro argento, facta permutatione, dat. Mensarius. Qui*

argentum vendit. Collectarius. De voce κολλεκτάριος, quæ Latina est, vide eundem Suidam, & Cl. Meursii Glossarium. Hesychius: Ἀργυραμοιβοὶ, κολλυβισταὶ, τραπεζῖται. *Nummularii, Mensarii.* Cyrillus Alexand. lib. II. in Johan. Cap. I. pag. 138. ad v. 14. Cap. II. Lex priùs lustrari jussit τοὺς οἵπερ ἔμελλον εἰς τὸν θεῖον ἀναβήσεσθαι ναὸν, ἀργυραμοιβοὺς, ἤτοι κερματιστὰς, καὶ ἑτέρους ἐπὶ τούτοις, οἷς πλεονεξία τὸ ἐπιτήδευμα, κτλ. *eos, qui in sanctum ascensuri erant templum, argentarios, sive nummularios, & id genus alios homines, qui avaritiæ dediti erant,* &c.

Ἀργυροπρᾶται, *Nummularii.* H. Stephanus mallet scribere ἀργυροπράκται. Ego nihil mutandum censeo: πράτης enim est *venditor.* Cyrillus Alexand. lib. I. adv. Nestor. pag. 2. Ἐμπειρότατοι τῶν ἀργυροπρατῶν προσίενται μὲν τῶν νομισμάτων τὸ δόκιμον, ἀπόβλητον δὲ ποιεῖσθαι σπουδάζουσι τὸ παράσημον. *Peritissimi nummularii probos nummos admittunt, falsos autem studiosè rejiciunt.*

Ἀσυκοφάντητος, *Qui calumniosè delatus non est, vel deferri nequit.* Cyrillus lib. VI. in Johan. de cæco Johan. IX. Ἀσυκοφάντητον ἀληθῶς τὴν τοῦ θεραπεύσαντος δύναμιν, ὅσον ἦν ἐν αὐτῷ, διατηρῶν, τὰ τοιαῦτά φησι. *Talia*; nempe quæ Johan. IX. v. 15. leguntur: *loquitur, vindicans à calumnia, quantum in ipso erat, ejus, à quo sanatus fuerat, potentiam.* Et lib. XII. in Joh. ad v. 21. Cap. XIX. regnum Christi vocat ἀσυκοφάντητον βασιλείαν, *regnum calumniis non obnoxium.*

Ἀσυμφυής. Vide Hesychium & Suidam. *Non coalescens, contrarius.* Cyrillus lib. II. in Johan. Cap. I. pag. 117: Ἀσυμφυῆ τε ἐστι, καὶ ἀσυνύπαρκτα κατὰ ταυτὸν ἐν ἑνὶ τῷ ὑποκειμένῳ τὰ ἐναντία. *Contraria in uno subjecto non possunt existere.*

Ἀσωτοποσία, *Luxuriosorum potatio,* vel *Luxuriosa potatio, Crapula.* Cyrillus Alexand. Orat. de exitu animæ, pag. 405. conjungit ἀσωτοποσίας οἴνου, καὶ ἀμέτρους γέλωτας καὶ ἀπρεπεῖς, *vini abusum & luxum, & immodicos indecorósque risus.*

Ἀτιμοποιὸς, *Ignominiosus.* Cyrillus Alexand. in Cap. VIII. Amosi, pag. 336: Ἀτιμοποιὸν σφόδρα καταψιλοῦσθαι τὴν κεφαλήν. *Ignominiosissimum, pilis nudari caput.*

Αὐαίνομαι, *Exaresco, Aresio.* Cyrillus Homil. Paschali XIII. pag. 179: Τὰ ἐν ὄρεσί τε καὶ παραδείσοις φυτὰ, χειμῶνος αὐτοῖς

ἐνιέντος

ἰνιέντος τὴν πύκνωσιν, καὶ τὴν ἐκ ῥίζης ἰκμάδα διαβῆν εἰς τὰ ἄνω πλουσίως οὐκ ἐπιτρέποντος, μονονουχὶ καὶ αὐαίνεται καὶ ἀκαρπῦται. *Arbores in montibus & hortis, densante ipsas hyeme, nec permittente humorem è radicibus ubertim ad superiora excurrere, exarescunt propemodum, fructibúsque destituuntur.*

Αὐτόμαρτυς, *Qui de se ipso testatur.* Ita explicat Hesychius: Αὐτόμαρτυς, ὁ ἑαυτῷ μαρτυρῶν. Cyrillus in Cap. II. Jesaiæ, pag. 36: Αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις αὐτόμαρτυς ἔσται καὶ ἀληθής. *Ipse rerum eventus, ipsissimus erit ac verus testis.*

Ἄφηβος & Ἀφηβάω. Ἄφηβος, *Impuber.* Cyrillus Alexand. Dial. II. de SS. Trinitate, pag. 435: Τελοῦντας εἰς ἄνδρας, οὐκ ἀφήβους ἔτι καὶ ὀλιγογνώμονας. *Qui inter viros censentur, neque amplius sunt impuberes, & imbecilla mente præditi.* Idem, Dial. eodem, pag. 444. Luciferum oriri dicit, ἀφηβήσαντος ἤδη τοῦ τῆς νυκτὸς σκότους, *senescentibus jam noctis tenebris.*

Ἀφθόνητος, *Invidiæ non obnoxius.* Cyrillus Homil. Paschali XX. pag. 261. de Israëlitis in deserto: Ἐπειδὰν ηὐλίζοντο κατὰ τὴν ἔρημον, οὐκ ἀφθόνητοι μεμενήκασιν, οὔτε μὴν ἱδρῶτος δίχα καὶ πόνων πρὸς τὴν ἐπηγγελμένην αὐτοῖς διέτρεχον γῆν. *Cùm in deserto morarentur, invidiam nequaquam effugerunt, nec citra sudorem ac labores ad promissam terram pervenerunt.*

Ἀφιλόστοργος, *Destitutus affectu illo amoris, qui peculiariter* φιλοστοργία & στοργὴ *nominatur.* Cyrillus in Cap. XXI. Jesaiæ, pag. 314. de Hæreticis scribit: Τὰς τῶν ἐχθρῶν ἀγριότητας νικῶσιν ἔσθ' ὅτε, ἀφιλόστοργοί τε καὶ ἀπηνεῖς. *Inimicorum ferocitatem nonnunquam superant, à charitate alieni & immites.*

Ἀφιλοχρηματία, *Neglectus contemtúsque pecuniæ.* Cyrillus Alexand. Homil. Paschali XI. pag. 148: Ἀπερίσπαστον δικαιοσύνην τὴν ἀφιλοχρηματίαν ἡγούμενος, καὶ πενίαν ἑκούσιον τοῦ ἐκ πλούτου μερίμνης προτιθείς. *Solidam justitiam contemtum divitiarum arbitratur, ac voluntariam paupertatem ærumnosis divitiis anteponit.*

II. Posterior Classis eas exhibet voces, quæ in vulgatis prorsus non apparent Lexicis. En tibi earum ex prima litera tantùm catalogum.

Ἀβουλησία. Cyrillus Alexand. in Thesauro, Assert. VII. pag. 58. Τὰ ἐκ φύσεως προϊόντα, οὔτε βούλησιν, οὔτε ἀβουλησίαν ἐπιδέχεται.

ται. *Quæ ex natura prodeunt, neque velle, neque non velle admittunt.* Et continuò: Ἐπὶ δὲ τῶν ἔξωθεν, καὶ ὧν ἐσμεν ἐν ἐξουσίᾳ, βούλησις καὶ ἀβουλησία κρατεῖ. *In rebus verò externis, & quæ in nostra potestate positæ sunt, & velle, & non velle obtinet.* Ibidem semel adhuc atque iterum occurrit. Apud eundem lib. II. de SS. Trinitate, Ariani dogmatis patronis quærentibus, *Pater Filium volens, an nolens genuerit?* inter alia respondetur: Τῶν μὲν πρακτέων ἢ μὴ, θέλησίς τε καὶ ἀνεθελησία κρατεῖ· γεννήσεως δὲ, οὐκ ἔτι· τοῖς δὲ τὸ ἀνθ' ὅτου λέγουσιν, εἴ γε τουτοισὶ σοφὸν ὑπειπεῖν τὸ λοιπὸν ὑμνούμενον,

Ἡ φύσις ἐβούλετο, ᾗ νόμων οὐδὲν μέλει.

Προσθείην δ' ἂν, ὅτι βουλῆς καὶ ἀβουλησίας οὐδ' ὁπωσοῦν ἐμπάζεται. *In agendis quidem vel omittendis, voluntarium & involuntarium obtinet: in generatione verò non item. Causam quærentibus, in istis illud sapientissimè subjeceris, quod à quibusdam decantatur,*

Natura voluit, leges quæ non respicit.

Adjecerim ego, quæ nec consulti, vel inconsulti rationem ullam habent. Hunc ipsum locum laudat etiam doctissimus, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, Th. Gatakerus, Adversf. miscel. Cap. VIII. pag. 77. & pro ἀβουλησίας substituendum putat vel ἀβουλίας, vel ἀβουλοσίας. Ego, cùm vocem ἀβουλησίας constanter & frequenter apud hunc Autorem legam, nihil muto. Nihil video analogiæ grammaticæ contrarium: quemadmodum enim à πρᾶξις, dicitur ἀπραξία, ita à βούλησις, ἀβουλησία.

Ἁγιοπρεπὴς & Ἁγιοπρεπῶς. Ἁγιοπρεπὴς, *Sanctis conveniens, Sanctos decens.* Utraque voce frequenter usus Cyrillus Alexandrinus. In Cap. LIV. Jesaiæ, pag. 766: Ἔξω τῶν ἁγιοπρεπῶν αὐχημάτων ἡ τῶν πλανωμένων ψυχή. *Caret sacris ornamentis errantium anima.* Et in Cap. LV. pag. 774: Ἐκεῖ γνῶσις ἡ κατὰ φύσιν Θεοῦ, καὶ ἀρετῆς ἁπάσης, καὶ ἁγιοπρεποῦς εὐκοσμίας μάθημα. *Ibi*, nempe in Scriptura, *vera cognitio, & DEI secundum naturam, & omnis virtutis, & sancti decoris disciplina est.* Ἁγιοπρεπῶς legitur apud eundem in Cap. IV. Jonæ, ad v. 10. & 11. pag. 389: Θέα ὅπως οὐκ ἐν καιρῷ λυπούμενον, οὐδ' ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς ἀποφαίνει τὸν Ἰωνᾶν, καίτοι δέον ἁγιοπρεπῶς κατακροτεῖν καὶ εὐφημεῖν τὸν δεσπότην. *Ecce, quomodo Jonam satis intempestivè, & sine caussa in mærore versari demonstret, cùm oporteret pro eo ac sanctum decebat, factum Domini plausu approbare, & fausta acclamatione prosequi.*

Ἁγιο-

Ἁγνοποιὸς, *Purificandi vim habens, Purificans.* Cyrillus Alexand. in Cap. LV. Jesaiæ, pag. 776: Ὁ Δαυὶδ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἁγνὸν ὠνόμασι, καὶ ἁγνοποιὸν ὄντα, καὶ ζωὴν τὸ ῥῆμα τὸ εὐαγγελικὸν, ὡς ζωοποιόν. *David timorem DEI* purum *nominavit, qui purificat, &* vitam *Evangelicum verbum, quasi vivificans.*

Ἀγόγγυσος, *Non mussans.* Iterum Cyrillus Alexand. de Excessu animæ, pag. 415. Κτησώμεθα βίον καθαρὸν, λόγον ἀληθῆ, ξενοδοχίαν ἀγόγγυσον, ὑπομονὴν εὐχάριστον. *Comparemus vitam puram, orationem veram, hospitalitatem non mussantem, gratam tolerantiam.*

Ἀγριόμωρος, *Crudeliter stultus.* Cyrillus in Cap. LV. Jesaiæ, pagin. 834: Εὑρήσομεν τοὺς Ἰουδαίους ἀγριομώρους ὄντας ἱκανῶς κατὰ ἀλήθειαν. *Inveniemus, Judæos revera crudeliter stultos esse.*

Ἀγριόφρων, *Mente ferox.* Cyrillus lib. IX. adv. Julianum, pag. 297: Ἔθος τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ γίγαντας ἀποκαλεῖν τοὺς ἀγριόφρονας καὶ εὐσθενεστάτους. *Solet Scriptura divinitus inspirata* gigantes *vocare homines feroces ac robustissimos.* Quos hîc ἀγριόφρονας vocat, eosdem alibi simpliciter ἀγρίους appellat. Id facit lib. II. Glaphyr. in Genesin, sub titulo de Noacho & Arca, pag. 30: Γίγαντες, τουτέστιν, ἄγριοί τε καὶ εὐσθενεῖς. *Feroces & fortes.*

Ἀδελφοποιέω, *Fratrem reddo, constituo.* Hoc verbo eleganter usus est Chrysostomus Hom. CXIV. tom. V. pag. 737. ubi ad verba Gal. IV. 19. Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, scribit: Εἰργάσω δικαιοσύνην; ἐμόρφωσας ἐν τῇ ψυχῇ Χριστόν. Ἐπέδωκας ἐλεημοσύνην; ἐμόρφωσας τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀληθείας. ἐπέδωκας ἐλεημοσύνην; ἐμόρφωσας Χριστόν. Ἐποίησας δικαιοσύνην; ἐμορφώθη ὁ χαρακτὴρ τῆς ἀληθείας. Δεῖ οὖν προσέχειν, πῶς χρὴ ἀδελφοποιῆσαι τὸν Χριστόν. Λάβε αὐτὸν κοινωνὸν τῶν σῶν πραγμάτων. Οὐ θέλεις αὐτῷ χαρίσασθαι πάντα; κἂν τὰ ἡμίση δὸς αὐτῷ ὡς ὁ Ζακχαῖος. *Filioli mei, quos iterum parturio, usque quò formetur Christus in vobis. Operatus es justitiam? In anima Christum formâsti. Eleemosynam impertiisti? Figuram veritatis formâsti. — Eleemosynam impertiisti? Christum formâsti. Operatus es justitiam? Formata est veritatis figura. Illud ergo perpendendum est, quâ ratione Christum fratrem nostrum nos reddere oporteat. Rerum tuarum ipsum assume consortem. Non*

vis illi cuncta largiri? Saltem illi dimidiam partem impertire, ut Zacchæus.

Ἀδημοσίευτος, *Non publicatus*, Chrysostom. Hom. LXIV. tom. VI: Τὸ ἀδημοσίευτον τῶν ἐλέγχων, εὐκολωτέραν ποιεῖ τὴν θεραπείαν. *Si reprehensiones non sint publicæ, si errantes non in omnium conspectu redarguantur, faciliùs emendantur.* Nempe, ut est in veteri Mimo, *secretò amici admonendi. Oportet*, ut Philo monet, Ἡσυχῇ νουθετεῖν, ἵνα μὴ ἕτερος κατακούσῃ, *tacitè monere, ne alius audiat.*

Ἀδιάγνωστος, *Ad dignoscendum difficilis.* Cyrillus Alexand. in Collectaneis pag. 21. dicit, *in futuro seculo fore* φωτισμὸν τῶν ὑπολιμπανομένων περὶ αὐτοῦ Θεοῦ, λόγων ἀδιαγνώστων, *illuminationem earum, quæ de DEO restant rationum ad dignoscendum difficilium.*

Ἀδιατέμητος, *Qui dissectus, discissus non est*, vel *Qui dissecari, seu scindi non potest, Indivisus.* Idem quod ἀδιάτμητος, de quo sub priori actum classe. Cyrillus Alexand. lib. XII. in Johan. ad Cap. XIX. v. 23. pag. 1063. de tunica Christi: Τὰ μὲν ἱμάτια εἰς τέσσαρα διενεμήθη μέρη, μεμένηκέ γε μὴν ἀδιατέμητος ὁ χιτών. *Vestimenta quidem in quatuor partes fuerunt distributa, tunica verò indivisa mansit.*

Ἀέργητος, *Otiosus, Iners.* Hesychius: Ἀεργηλὸν, ἀργόν. Malim, ἀέργητον. Ita enim Cyrillus Alexand. Dial. VI. de SS. Trinitate, pag. 621. Οὐκ ἂν, εἰ ἐργάζοιτό τι ὁ υἱὸς, ἀέργητος ὁ πατὴρ εἴη ἄν, εἴπερ ἐστὶ Θεὸς εἷς καὶ δημιουργός. *Si filius aliquid operetur, non fuerit otiosus Pater, siquidem DEUS unus est & creator.*

Ἀεροβάτης, *Aërivagus, Per aërem incedens.* Chrysostom. εἰς τὸν χρηματισμὸν τοῦ Ζαχαρίου, tom. VI. Edit. Paris. pag. 513. de Zacharia, Angelum Gabrielem vidente: Εἶδε, ὅπερ οὐκ εἶδε ποτὲ, πῦρ φθεγγόμενον, ἀσώματον ἄνθρωπον, ἀψηλάφητον σχῆμα, ἀσυνείκαστον θέαν, ὄψιν ἀσύγκριτον, ἀεροβάτην δρομέα, ἀνθρωπόμορφον. *Vidit quod nunquam viderat, ignem loquentem incorporeum hominem, speciem sub tactum non cadentem, spectaculum nulli conferendum, visum incomparabile, per aërem incedentem cursorem, humanâ præditum formâ.* Hinc ἀεροβατέω, *per aërem incedo.* Vide de eo Lexica.

Ἀθέλητος, *Nolens.* Cyrillus Alexand. in Thesauro, Assert. V. pag. 36. Θελήσας τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ δημιουργός, καὶ οὐκ ἀθέλητά ἐστιν

ἐστιν αὐτῷ τὰ παρ' αὐτοῦ πεποιημένα. *Volens omnia fecit creator, neque absque ejus voluntate creaturæ existunt.* Et Assert. VII. pag. 56. Ὁ υἱὸς ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας προελθὼν, οὐκ ἀθέλητός ἐστιν αὐτῷ. *Filius ex essentia Patris procedens, ei non adest præter ipsius voluntatem.*

Ἀθεμιτεργέω, est ἀθέμιτα, vel ἀθέμιστα ἐργάζομαι, *Infanda patro.* Chrysost. Homil. in Resurrect. Domini, tom. VI. Edit. Paris. pag. 447. Οὐχ οὕτως ἀδελφοκτονήσας ἐχραίνεν ὁ Κάϊν τὴν γῆν—— οὐδ' οὕτως αὐτὴν ἐμόλυναν ἀθεμιτεργήσαντες Σοδομῖται, ὅσον Ἰουδαῖοι, τὸ μετὰ τοῦτο τολμήσαντες ἀσέβημα. *Non fratre caso ita contaminavit terram Cain.—Non ita infanda patrantes Sodomitæ eam contaminaverunt, quantum Judæi, cùm magnam illam impietatem ausi essent.*

Ἀθυρίδωτος, *Fenestris destitutus:* à θυρὶς, quod, interprete Hesychio, ὀπὴ μικρὰ, *parvum foramen.* Chrysost. Homil. XI. in I. ad Corinthios: Τοῖχος ἀθυρίδωτος πρὸ ὀφθαλμῶν ἐγερθείς. *Paries fenestris destitutus ante oculos erectus.*

Ἀκακοῦργος, idem quod ἄκακος, *Innocens, Maleficii vacuus.* Cyrillus Alex. in Cap. I. Sophoniæ, pag. 583. Ὁ ἀκακοῦργος ἀληθῶς ἀπέναντι τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ, οὐ μόνον τὴν ἐξωφανῆ χρηστότητα, καὶ τὸ ἀγαθὸν εἶναι ἀμφιέννυται, καρδίαν δὲ μᾶλλον ἀβέβηλον ἔχει, καὶ δὴ ὁρᾶται τοιοῦτος. *Qui coram Deo revera innocens est, non solùm extrinsecus apparentem probitatem induit, nec bonus tantùm videri vult, sed potiùs cor mundum habet, atque talis videtur.* Idem, lib. VI. in Joh. pag. 642. ad v. 9. Cap. X. de bonis Pastoribus: Οἱ τοιοῦτοι συνέσονται τοῖς προβάτοις ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ νομιμωτάτην ὥσπερ καὶ ἀκακοῦργον, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ λῃστεύειν ὑποψίας ἀπηλλαγμένην τὴν εἰσβολὴν ποιούμενοι. *Tales cum ovibus degent summa cum securitate, tanquam maximè legitimo, & maleficii vacuo, adeóque à prædandi suspicione alieno ingressu facto.*

Ἀκαταβίαστος, *Liber, Non coactus.* Cyrillus Alex. lib. VIII. adv. Julianum, pag. 285. Ἵνα ἡμεῖς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀγαθῶν ἐθελοντὶ διαστέχωμεν, ἀκαταβιάστῳ γνώμῃ διαβιοῦν ἐπὶ γῆς τὸν ἄνθρωπον ἐφῆκε Θεός. *Ut nos ad quidvis honestum spontè feramur, libera mente hominem in terra degere permisit Deus.*

Ἀκατάρδευτος, *Non rigatus, Siccus*, ab ἀρδεύω, *rigo.* Cyrillus Alexan. in Cap. II. Joëlis, pag. 214. Ἡ δρόσος οὐδὲν ἀφίησιν ἀκατάρδευτον. *Ros nihil siccum relinquit.*

Ἀκατά-

'Ακατάσκεπτος, *Inconsideratus.* Cyrillus Glaph. in Exodum lib. III. pag. 333. Οἱ νόμον οὐκ ἔχοντες εἰς ἐπικουρίαν, τυφλοῖς καὶ ἀκατασκέπτοις θελημάτων τροπαῖς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀποφέρονται. *Qui nullum à lege auxilium habent, cæco quodam & effreni voluntatis impetu ad quævis feruntur.* Idem lib. I. adv. Julianum, pag. 22. ad verba Dei, *Faciamus hominem*, dicit, propterea DEUM ita locutum esse, ut ostenderetur, οὐκ ἀκατάσκεπτον τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν γενέσθαι, μονονουχὶ δὲ καὶ προβουλίοις πλημμελῆ, *non absque prævia consultatione creationem fuisse susceptam, imò quasi præconsultationibus decoratam.*

'Ακατασκέπτως, *Inconsideratè.* Idem Cyrillus lib. Glaph. in Numeros, pag. 409. de Judæis: 'Ακατασκέπτως ἰόντες ἐπὶ τὸ ἡδὺ μᾶλλον, ἢ τὸ συμφέρον. *Inconsideratè ea potiùs amplectentes, quæ suavia sunt, quàm quæ utilia.*

'Ακατάσκοπος, *Inconsideratus, Qui nihil explorat.* Cyrillus Alexand. lib. II. adv. Nestor. pag. 47. de Nestorio scribit: Οἴεται πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀπηχεστάτων, καὶ ἀκατάσκοπον κομιδῇ τῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων πιέζεται τὴν κατάρρησιν. *Absurdissima quæque cogitat, & inconsideratè admodum accusat Ecclesiæ dogmata.*

'Ακατάσκωπτος, *Calumniæ non obnoxius,* ἄμεμπτος. Cyrillus Alexand. in Cap. V. Hoseæ, pag. 90. Εὐθεῖα καὶ ἀκατάσκωπτος ζωή. *Recta nullique calumniæ obnoxia vita.* Idem in Epist. in Symbolum, pag. 164. Ὀρθὴ πίστις καὶ ἀκατάσκωπτος, σύνδρομον ἔχουσα τὴν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν φαιδρότητα, παντὸς ἡμᾶς ἐμπιμπλησιν ἀγαθοῦ. *Recta & irreprehensibilis fides, quam bona comitantur opera, omni nos bono cumulat.*

'Ακατάψεκτος, *Qui non vituperatur. Qui non reprehenditur.* Cyrillus lib. X. adv. Julianum, pag. 326. de Juliano: Τῶν καθ' ἡμᾶς ἀκατάψεκτον παρ' αὐτῷ παντελῶς οὐδέν. *Nihil eorum, quæ nostra sunt, ejus dentem effugit.*

'Ακαταψέκτως, *Citra reprehensionem, Inculpatè.* Iterum Cyrillus, loco modò laudato, scribit, Julianum dicere, *Christianos* πεποιῆσθαι μὲν παρ' οὐδὲν τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν, τετράφθαι δὲ μᾶλλον, καὶ τοῦτο ἀκαταψέκτως, ᾗπερ ἂν αὐτοὺς ἀποφέροι τὸ δοκοῦν, *Apostolorum traditionem nihili duxisse, eóque impunè delatos, quò voluntas eos impulerit.*

'Ακατηγορήτως, *Citra reprehensionem,* ab ἀκατηγόρητος, quod ἀκαταιτίατος

ἀκαταιτίατος, ἀνέγκλητος. *Qui incusari & reprehendi nequit, Nulli accusationi obnoxius.* Cyrillus Alexand. de Filio DEI scribit: Νῦν μὲν ὡς ἄνθρωπος ἀκατηγορήτως προσκυνεῖ, τότε δὲ, οὐκέτι. *Nunc quidem, quà homo citra reprehensionem adorat, sed tunc,* nempe ante incarnationem, *non item.*

Ἀκερτόβουλος, *Insanus, Temerarius in consilio*, ἄκερτος ἐν βουλῇ. Cyrillus lib. IV. Cap. V. in Johan. pag. 418. Ἀκερτόβουλόν πως, κατὰ τοὺς παρ' Ἕλλησι ποιητὰς, καὶ πρόχειρον εἰς ὀργὴν ἀεὶ τὸ πλῆθός ἐστι. *Insanum, ex Græcorum Poëtarum sententia, & in iram præceps semper est vulgus.*

Ἀλλοφυὴς, *Alterius naturæ.* Cyrillus Alexand. lib I. in Joh. Cap. VIII. pag. 70. Φῶς μόνος ὁ μονογενὴς, φωτὸς δὲ ἡ κτίσις μέτοχος, καὶ διὰ τοῦτο ἀλλοφυής. *Lumen solus unigena, lucis verò creatura particeps, ac propterea alterius naturæ.* Et pag. 72. Μόνον ἐροῦμεν εἶναι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν τὸν μονογενῆ, φωτὸς δὲ τὴν κτίσιν ἐπιδεᾶ, καὶ διὰ τοῦτο ἀλλοφυᾶ. *Solum unigenam dicemus lumen esse verum, creaturam verò lucis indigam, ac idcirco alterius naturæ.*

Ἀμετάφορος, *Immutabilis*, ὁ μεταφέρεσθαι μὴ δυνάμενος, *qui transferri non potest*: ei opponitur εὐμετάφορος, quod non tantùm ἐξεστηκότα & ὅμοιον, sed etiam *inconstantem* significat, teste itidem Cyrillo, qui lib. X. in Joh. ad Cap. XV. v. 11. pag 886. scribit, Ἀτελῆ χαρὰν τὴν ἐν κόσμῳ φαμὲν, διὰ τὸ εὐμετάφορον. *Imperfectum dicimus gaudium mundanum, propter inconstantiam & levitatem.* Usus autem voce ἀμετάφορος Cyrillus Alexand. Ἀπείρηται παντελῶς τῇ κτίσει τὸ ἀμετάφορον, καὶ ἄτρεπτον. *Creaturæ prorsus denegatur, quòd sit immutabilis & invariabilis.*

Ἀμνησίκακος, *Illatæ injuriæ immemor.* Cyrillus Alexand. in Cap. LXI. Jesajæ, pag. 861. de Prophetis V. Test. Οὐκ ἠγνόησαν ὄντες πνευματοφόροι τὸν δικαιοῦντα πίστει τὸν ἀσεβῆ, καὶ ἀμνησικάκῳ χάριτι διασμήχοντα τοὺς μεμολυσμένους. *Non ignorârunt, cùm Spiritu essent afflati, justificantem fide impium, & gratia injuriarum immemori contaminatos abstergentem.*

Ἀμνησικάκως, *Absque illatæ injuriæ memoria.* Iterum Cyrillus in Cap. LIV. Jesaiæ, pag. 765: Ἀγαθὸς ὢν φύσει, καὶ ἀσυγκρίτως φιλάνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀφορμὰς ἀεί πως συλλέγει πρὸς τὸ δεῖν

ἀμνησικάκως χάριτι δικαιοῖ τοὺς ἡμαρτηκότας. *Cùm universorum DEUS naturâ sit bonus, & citra comparationem benignus, omnes captat occasiones, ut gratiâ, quæ injuriæ illatæ oblivionem inducit, peccatores justificet.*

Ἀμνησικακέω, *Illatas injurias obliviscor.* Cyrillus in Cap. LIV. Jesaiæ, pag. 759. Ἀμνησικακοῦντος τοῦ πάντων δεσπότου, τίς ἡμῖν ὀνειδιεῖ τῶν ἐν ἀγνοίᾳ πταισμάτων τὸν ῥύπον; *Cùm Dominus omnium illatarum non sit memor injuriarum, quis nobis sordes erratorum in ignorantia admissorum objiciet?* Quid ἀμνησικακία sit, ex Lexicis notum.

Ἀμυσταγώγητος, *Mysteria non edoctus.* Cyrillus in Cap. LX. Jesaiæ, pag. 848. Ἄπιστοι, καὶ ἀμυσταγώγητοι, καὶ τῆς διὰ Χριστοῦ σωτηρίας ἀμέτοχοι. *Infideles, mysteria non edocti, & à salute per Christum parta alieni.*

Ἀναβάσιμος, *Pervius, Accessu facilis,* βατός. Cyrillus lib. III. Glaphyr. in Exodum, pag. 327. Ὄρος ἀναβάσιμον τοῖς ἁγίοις ὁ οὐρανὸς, ἤτοι τῶν πρωτοτόκων ἡ ἐκκλησία· βεβήλοις δέ γε καὶ ἀνοσίοις, ἄστιβές. *Mons sanctis pervius, cœlum, sive primogenitorum concio: sceleratis autem & profanis impervius.*

Ἀναμαρτοεπής. Ὁ ἐν τοῖς ἔπεσι μὴ ἁμαρτάνων, *Qui in verbis non peccat, Qui non dicit falsum* Cyrillus in Cap. III. Joëlis, pag. 245. Ἔστιν ἀναμαρτοεπὴς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ὡς ἀλήθεια. *Dominus & Deus, utpote ipsa veritas, falsum dicere non potest.*

Ἀναμόρφωσις, *Reformatio, Regeneratio.* Cyrillus in Cap. XLV. Jesaiæ, pag. 610. Ὁ τῆς ἀνθρώπου γενέσεως εὑρετὴς, ὁ παρενεγκὼν εἰς τὸ εἶναι τὸν οὐκ ὄντα ποτὲ, πῶς ἀτονήσει πρὸς ἀναμόρφωσιν τὴν πνευματικήν; *Nativitatis humanæ autor, qui eum, qui olim non erat, creavit; quomodo inhabilis erit ad reformationem spiritualem?* Idem lib. II. in Joh. ad v. 29. Cap. I. pag. 114. de Christo: Πρόξενος αἰωνίου ζωῆς, ἀναμορφώσεως τῆς εἰς Θεὸν ὑπόθεσις, εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ἀρχὴ, ὁδὸς εἰς βασιλείαν οὐρανῶν. *Vitæ æternæ autor, caussa reformationis ad DEUM, principium pietatis & justitiæ, via in regnum cœlorum.*

Ἀναμφίεστος, id est, οὐκ ἠμφιεσμένος, *Non indutus, Integumento spoliatus.* Cyrillus Alex. Homil. Paschali XXII. pag. 273: Γυμνὴν οἱονεί πως καὶ ἀναμφίεστον τὴν τοῦ Θεοῦ φιλεστάτην ὁρῶντες ἀλη-

θειαν

θεᾶν. *Nudam quodammodo, atque integumento spoliatam DEO gratissimam veritatem contemplantes.*

Ἀναμφιέσως, *Nudè.* Cyrillus lib. IX. adv. Julianum, pag. 318. Τοῖς τῆς ἀσελγείας βορβόροις ἐγκεκυλισμένοι, καὶ πάντα δρᾷν εἰωθότες μονονουχὶ γυμνοῖς καὶ ἀναμφιέσως. *Qui in luto intemperantia volutantur, & omnia nudè propemodum, ac sine veste facere solent.*

Ἀνάρδευτος, *Minimè irriguus.* Cyrillus in Cap. III. Habac. pag. 565. Διψὰς καὶ ἀνάρδευτος γῆ. *Sitiens, & minimè irrigua terra.* Idem quod ἀκαταίρδευτος, de quo suprà.

Ἀνεθελησία, idem quod ἀβουλησία; quod vide. Apud Cyrillum Alexand. Dial. II. de SS. Trinitate, pag. 455. rogat Orthodoxus hæreticos, utrum Deus intelligatur esse δημιουργὸς, ἢ βασιλεὺς, φιλοικτίρμων τε καὶ ἀγαθὸς, ἀνεθελήτως ἢ θελητῶς; *Creator & rex, misericors & bonus, invitus, an volens?* Et addit: Εἰ ἀνεθελήτως ἐροῦσι, πεπονθέναι δώσουσι τὴν ἀνεθελησίαν αὐτὸν, τὸ ὡς ἐξ ἀνάγκης πάθος. *Si dicent citra voluntatem, fatebuntur ei accidisse veluti necessitate quadam ἀνεθελησίαν.* Et mox: Τῶν πρακτέων ἢ μὴ, θέλησίς τε καὶ ἀνεθελησία κρατεῖ. *In rebus agendis, aut non agendis, velle & nolle, princ:patum tenet.*

Ἀνεπιπρόσδεκτος, *Non acceptus, Non rogatus,* *Qui non est* ἐπιπρόσδεκτος. Cyrillus in Cap. LVIII. Jesaiæ, pag. 814. Ἀνεπιπροσδέκτους ἐποιεῖτο τὰς λιτὰς τῶν ἑαυτοὺς τεταπεινωκότων. *Non admisit supplicationes eorum, qui se ipsos humiliaverunt.*

Ἀνθρωποδίδακτος, *Ab homine doctus.* Cyrillus in Thesauro, Assert. XXXI. pag. 30 . de Petro confessionem de Christo edente: Ὁ Πατὴρ ἀπεκάλυψε τῷ Πέτρῳ, καὶ οὐκ ἀνθρωποδίδακτος ἦν, υἱὸν ὁμολογῶν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον. *Pater revelavit Petro, cùm confessus esset, Verbum DEI esse Filium, non enim ab homine edoctus erat.*

Ἀνθρωπολάτρης, *Hominum cultor.* Cyrillus lib. II. contra Nestorium, pag. 60. Μηδεὶς ἀνθρωπολάτρην τὸν χριστιανὸν ὑποπτευέτω. *Nemo existimet, Christianum esse hominum cultorem.* Apollinaristæ Orthodoxos, quòd totum hominem à Christo assumtum fuisse crederent, & θεάνθρωπον colerent, ἀνθρωπολάτρας vocabant. Nazianzenus verò Orat. LI. pag. 742. Apollinaristas σαρκολάτρας vocat, quòd solam carnem ab eo assumtam docerent.

Ἀνθρωπολατρεία, *Hominum cultura.* Cyrill. lib. III. adv. Nestorium, pag. 74: Εἰ εἰς ἄνθρωπον τῶν καθ' ἡμᾶς ἕνα πεπιστεύκαμεν, καὶ οὐχὶ δὲ μᾶλλον εἰς Θεὸν, ἀνθρωπολατρεία τὸ χρῆμα, καὶ ἕτερον οὐδὲν ὁμολογουμένως. *Si in hominem nobis similem credidimus, ac non potiùs in Deum, illud hominum cultura sine controversia est, necquicquam aliud.*

Ἀνθρωπολατρέω, *Hominem colo.* Idem Cyrillus in Actis Ephesinis, pag. 162: Εἰ μὲν οὖν ἄνθρωπον εἶναι φασὶ καθ' ἡμᾶς ψιλὸν, ἀνθρωπολατρεῦσιν ὁμολογουμένως, προσκυνοῦντες αὐτῷ· γέγραπται γὰρ, ὅτι Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. *Si dicunt Christum nudum esse hominem, instar nostri, hominem profectò colunt, dum eum odorant: scriptum enim est, Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli servies.*

Ἀνθρωποπολίτης, *Hominis incola.* Apud Cyrillum Alexand. Dial. IX. pag. 750. hæretici de Filio DEI dicunt, ὁ Θεὸς λόγος, ἄνθρωπος ὀνομάζεται, διὰ τὸ κατοικῆσαι ἐν ἀνθρώποις. *DEUS Verbum, homo nominatur, quia in homine habitat.* Ad hæc Cyrillus: Ἔξω φέρεσθε τρίβου τῆς βασιλικῆς· γέγονε γὰρ, ὡς ἔοικεν, οὐκέτι μὲν σὰρξ ὁ λόγος κατὰ τὰς γραφὰς, ἀνθρωποπολίτης δὲ μᾶλλον. *Extra regiam erratis viam: ita enim non ampliùs Verbum caro esset factum, ut verisimile est, juxta Scripturas, sed potiùs hominis incola.*

Ἀντεισδρομή, *Successio.* Cyrillus in Cap. LVIII. Jesaiæ, pag. 818. Πάσης ἀῤῥωστίας ἀποβολὴ, καὶ τῶν ἀμεινόνων ἀντεισδρομή. *Omnis infirmitatis depulsio, & rerum meliorum successio.*

Ἀντιπίσπαστος, *Attractus.* Cyrillus lib. VI. In Joh. pag. 634: Ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀπειθείαις ἀντιπίσπαστον ἐφ' ἑαυτοῖς ἔχοντες νόσον. *Sua incredulitate hunc sibi morbum accersentes.*

Ἀντικατμωκάομαι (Ἀνεκχειμωκάω?), *Irrideo.* Cyrillus in Cap. III. Sophon. pag. 623. de Gentilibus: Πλατὺ γελάσουσιν οἱ τάλανες τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν εἰσάπαν ἠγνοηκότες· ἀλλ' οὐκ ἔξω δίκης ἔσονταί ποτέ, οὔτε μὴν ἀντικατμωκάσουσι τοῦ χριστοῦ, ἤγουν τῶν ἐκκλησιῶν. *Effusè ridebunt miseri isti, mysterii vim prorsus ignorantes: sed pœnam non poterunt effugere, nec irridebunt Christum, aut ecclesias.*

Ἀξιόληπτος, *Preciosus, Amplectendus, Dignus qui apprehendatur, Gratus, Acceptus.* Vulgata Lexica habent ἀξιόλεκτος, *dictu dignus, laudabilis,* & dicunt perperam apud Hesychium pro eo ἀξιόληπτος scriptum reperiri: nulla tamen autoritate

suam

ſuam ſententiam fulciunt. Quid ſi igitur ἀξιόληπτος legamus? Certè frequens apud Cyrillum Alex. hæc vox eſt. In Cap. I. Jeſaiæ, pag. 21. ſcribit: Τῆς θείας φιλοτιμίας μέγεθος πολύ τέ ἐστι καὶ ἀξιόληπτον. *Magnitudo divinæ magnificentiæ multa eſt, & amplectenda.* Ibid. poſt pauca: Λαμπρὰ καὶ εὐδοκιμωτάτη, καὶ ἀξιάγαστος ἦν, —καὶ ἀξιόληπτος τῷ Θεῷ. *Splendida & præſtantiſſima, admirabilis, & Deo accepta erat* Jeroſolyma. In Cap. LIV. Jeſaiæ, pag. 770. Ἀξιόληπτα τῆς δικαιοσύνης τὰ γέρα, καὶ λαμπροὶ λίαν οἱ στέφανοι. *Juſtitiæ honoraria digna quæ apprehendantur, & ſplendida valde corona.* Et Homil. Paſchali XI. pag. 142. χρῆμα τίμιόν τε καὶ ἀξιόληπτόν ἡ ἀρετή. *Virtus eſt res magnifacienda & appetenda.*

Ἀπαιδαγωγήτως. Vocem ἀπαιδαγώγητος habent Lexica. Eam Budæus interpretatur, *Qui regi nequit*, vel *Qui rectorem & moderatorem non habet.* Stephanus interpretari mavult, *Qui inſtitutus non fuit in pueritia, Qui caruit inſtitutione pædagogi.* Rectè. Hanc ejus ſententiam confirmat ſignificatio hujus adverbii inde deducti, ut exempla ſubjecta docebunt. Cyrillus in Cap. III. Joh. Cap. I. pag. 257. Οὐδεὶς δύναται ἀπαιδαγωγήτως καὶ ἀνεπιστάτως ἰέναι πρὸς Θεόν. *Nullus poteſt abſque inſtitutione & cognitione ad Deum venire.* Et lib. V. in Joh. pag. 446. Ἀπαιδαγωγήτως καὶ ἀσυνέτως κομιδῇ τὴν ἐπὶ τῷ μυστηρίῳ πειρώμενοι βάσανον. *Qui indoctè prorſus & imperitè myſterium examinant.*

Ἀπάνουργος, *Calliditatis expers, Non fraudulentus.* Cyrillus in Cap. IV. Jonæ, pag. 387. Νοῦς ὁ ἀπάνουργος εὔκολος εἰς ἀποφορὰν τὴν ἐφ' ὅτῳ οὖν τῶν καταστρέπειν αὐτὸν ἢ λυπεῖν πεφυκότων. *Animus calliditatis expers non difficulter cedit iis, quæ ipſum quocunque impellere, aut afficere moleſtiâ queunt.*

Ἀπαράθραυστος, opponitur τῷ θραυστῷ, *fragili, quod comminui poteſt*, ac ſignificat *Infragilis, Inconcuſſus*, ἄσειστος, ἀκλινής. Cyrillus in Cap. VIII. Amoſi, pag. 334: Ἡ μὲν εἰς Θεὸν ἀγάπη τὸ γνήσιον εἰς πίστιν, καὶ τὸ ἀπαράθραυστον ἔχει· ἡ δέ γε εἰς ἀδελφοὺς τῆς δικαιοσύνης ἀνῆπται τὰ αὐχήματα. *Amor quidem Dei ſinceram & inconcuſſam fidem habet: fratrum verò cum gloria juſtitiæ copulata eſt.*

Ἀπαράφθορος, *Incorruptus.* Cyrillus in Cap. XII. Hoſeæ, pag. 172. Ἐγγίσει Θεῷ, καὶ πλησίον ἔσται κατὰ διάθεσιν, καὶ ὁ πράξεσιν

ἀγαθοῖς ἐμπρέπων ἔθος, καὶ ἀπαράφθορον ἐν ἑαυτῷ τηρήσας τὴν πίστιν. *Appropinquabit DEO, & prope eum erit mente, qui actionibus bonis est ornatus, quique incorruptam in se ipso servat fidem.*

Ἀπαραχάρακτος, *Sincerus, Inviolatus.* Idem quod ἀπαράσημος. Hesychius: Ἀπαράσημον—ἀπαραχάρακτον. Est autem ἀπαράσημος, *non perperam signatus, non adulterinus,* & metaph. *illæsus, incorruptus.* Cyrillus Alexan. Dial. V. de SS. Trinitate, pag. 559. Τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὑποστάσεως χαρακτὴρ ὑπάρχων ὁ υἱὸς, ἀδιαλώβητόν τε καὶ ἀπαράσημον τὸ θεῖον ἐν ἑαυτῷ παρέδειξε κάλλος. *Cùm Filius sit persona DEI & Patris character, illæsum & incorruptum in se ipso ostendit decus.* Eodem sensu ἀπαραχάρακτος occurrit apud eundem, lib. IX. in Joh. pag. 779: Ἐκεῖνα δώσομεν ἐθέλειν ἀεὶ τὸν πατέρα, ἃ τὴν θείαν αὐτοῦ δόξαν ἀπαραχάρακτον οἶδε διατηρεῖν, καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ δογμάτων διασώζει τὴν ὀρθότητα. *Ea concederemus Patrem semper velle, quæ scit gloriam ipsius sinceram & inviolatam conservare, & quæ dogmata de DEO recta & integra tuentur.*

Ἀπειρόζυγος, *Jugi expers.* Cyrillus Alex. in Cap. XV. Jesaiæ, pag. 250. ἀπειρόζυγον δάμαλιν vocat *vitulam, quæ jugi est expers.*

Ἀπειρότοκος, *Sterilis.* Cyrillus Homil. V. Paschali, pag. 49. de Sara: Τὴν ἄγονον πάλαι καὶ ἀπειρότοκον, καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου τὸ δύνασθαι τίκτειν παρῃτημένην, εὔωδινά τε εὐθὺς, καὶ πρὸς τόκον γένεσιν ἐπιτηδείαν ἀπέδειξεν. *Eam, quæ olim infœcunda ac sterilis & ætatis affecta vitio, pariendi facultate orbata fuerat, repente fœcundam ac suscipiendæ proli idoneam effecit.*

Ἀπλημμελὴς ὁ μὴ πλημμελῶν, ἀναμάρτητος, *Peccati expers, Insons.* Cyrillus lib. Glaph. in Levit. pag. 372. de Christo: Καταπεπλούτηκεν ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸ ἀπλημμελὲς ὡς Θεός. *Tanquam DEUS in sua natura expers est peccati:* Idem, lib. Glaph. in Numeros, pag. 402. iterum de Christo: Ἄμωμος, διὰ τὸ ἀπλημμελές· οὐ γὰρ οἶδεν ἁμαρτίαν. *Innocens, quia peccati expers est: non enim novit peccatum.* Et lib. eodem, pag. 405: Πολὺ ἀμείνον ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν, τὸ ἀπλημμελὲς παντελῶς. *Natura humanæ conditionem excedit omni vacare peccato.*

Ἀποίμαντος, ὃν οὐδεὶς ποιμαίνει, *Pastore carens, quem nemo pascit.*

scit. Gregor. Nazianzenus Epist. XXXIX. pag. 802: Τὰ τῶν φίλων ἄπιστα, τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀποίμαντα. *Infidi amici, Ecclesiæ res pastore & gubernatore carent.*

Ἀπολυπραγμόνητος, *Non curiosus:* ἀπολυπραγμονήτως, *In quod curiosè non inquiritur.* Cyrillus in Cap. XLV. Jesaiæ, pag. 609. Εἰκὸς ἀναγκαῖον οἷς ἂν λέγοι Θεός· αὐτὸς οἶδε τῶν ἰδίων ἔργων τὴν ὁδὸν, ἀπολυπραγμόνητα δὲ τὰ παρ' αὐτοῦ τεχνουργήμενα, καὶ ἀνενδοιάστῳ πίστει τὰ ὑπὲρ νοῦν ὄντα, τὸν καθ' ἡμᾶς τιμᾶσθαι προσήκει. *Iis obtemperandum, quæ DEUS dicit: ipse suorum operum viam novit, res etiam ab ipso creata à nemine, ne curioso quidem, carpi possunt, & quæ mentem superant ab hominibus nostri similibus indubitata fide honorari & suscipi debent.* In idem Caput, pag. 610. Οὐκοῦν ἀπολυπραγμόνητα αὐτοῦ, καὶ τὰ ὑπὲρ νοῦν, καὶ λόγον ἀνέφικτα μὲν ταῖς ἀνθρώπων διανοίαις, αὐτῷ γε μὴν ἐγνωσμένα. *Itaque extra reprehensionem etiam curiosorum sunt facta ipsius: & quæ nec mente comprehendi, nec oratione possunt, & ad quæ hominum animi non possunt pertingere, ea ipsi sunt cognita.* Idem lib. X. adv. Julianum, pag. 360: Τὸ πίστει παραδεκτὸν ἀπολυπραγμόνητον εἶναι χρή· τὸ γάρ τοι βασανιζόμενον, πῶς ἔτι πεπίστευται; *Quod fide percipitur, non curiosè inquirendum: nam quod adhuc inquiritur, quónam pacto creditur?*

Ἀποσύνακτος, idem quod ἀποσυνάγωγος, *à congregatione exclusus.* Cyrillus Alexand. lib. VI. in Joh. pag. 615. dicit cæcum, qui à Christo erat sanatus, & propterea factus ἀποσυνάγωγος Joh. IX. fuisse ἀποσύνακτον.

Ἀπόψυξις. Utitur hac voce Theophylactus ad v. 31. Cap. I. ad Romanos, pag. 20. Ἡ ῥίζα τῶν κακῶν πάντων, αὕτη ἐστὶν ἡ ἀπόψυξις τῆς ἀγάπης. *Radix omnium malorum est, quòd amor refrigescit.*

Ἀπροσκλινής, *Qui nec huc, nec illuc inclinatur: nec huc, nec illuc nutans,* ἀκλινής. Cyrillus Alexand. in Epist. Canonica, pag. 209: Τίς οὐκ ἂν ἀποδέξαιτο ψῆφον ἀπροσκλινῆ εἴπερ ἂν γένοιτο περί τινων; *Quis non recipiat de aliquibus prolatam sententiam, quæ ne huc, ne illuc inclinetur?*

Ἀπροσκλινῶς. Idem Cyrillus in Expos. Symboli Nicæni, pag. 187: Οὐκοῦν κατ' ἴχνος ἰόντες ἀπροσκλινῶς τῆς τῶν πατέρων ὁμολογίας,

λογίας, αὐτόν φαμεν τὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ πατρὸς λόγον γεννηθέντα υἱὸν μονογενῆ, σαρκωθῆναι, κλ. *Igitur Confessionis Patrum vestigia sequentes, & non deflectentes, ipsum dicimus Verbum ex DEO Patre natum Filium unicum, incarnatum esse, &c.* Idem in Epistola ad Acacium Melitenæ Episcopum, pag. 198: Τὰ ὀρθῶς τε καὶ ἀπαρασαλεύτως εἰρημένα. *Rectè & constanter dicta.*

Ἀπαρεσκορὴς, *Satietatem nullam afferens, Non saturans.* Cyril. in Cap. XIV. Hoseæ, pag. 195: Ἀπαρεσκορῆ ἁγίοις τὰ διὰ χριστοῦ, καὶ εἰς μέθην ληφθέντα χρησιμώτερα. *Satietatem sanctis nullam afferunt, quæ per Christum suppeditantur, & assumta ad ebrietatem, utiliora sunt.*

Ἀργοτροφέω. Cyrillus Alex. in Epist. ad Colosyrium, pag. 366. de Monachis, qui tantùm orandum, nunquam laborandum dicebant: Ἵνα οἱ ἀργοτροφεῖν ἐθέλοντες μὴ ἔχωσι παρείσδυσιν ἵνα τοῦ δοκεῖν εἶναι χρηστοί. *Ut iis, qui in otio degentes ali volunt, aditus ad probitatis opinionem præcludatur.*

Ἀργυροκάπηλος, *Qui argenti cauponam exercet.* Cyrillus Alex. Homil. Paschali XIV. pag. 195. Astrologiam vocat, φιλοψευδῆ καὶ ἀργυροκάπηλον ἀστρογοητείαν, *mendacem & argenti illicem præstigiatricem astrologiam.*

Ἀργυροφανὴς, *Instar argenti splendens.* Cyrillus in Cap. LX. Jesajæ, pag. 851. Χρυσοφανὴς μὲν ὁ χαλκὸς, πλὴν οὐκ ἔστι χρυσὸς, ἀργυροφανὴς δὲ καὶ ὁ σίδηρος, ἔνεστι γὰρ τὸ λαμπρὸν αὐτῷ, ἀλλ' οὐκ ἄργυρος. *Instar auri quidem splendet æs, verùm non est aurum: splendet etiam instar argenti ferrum, splendor enim ei inest, sed non est argéntum.*

Ἀργυροχοέω, *Argentum fundo*, id est, *Conflo, argentarius sum artifex.* Cyrillus in Cap. V. Zachariæ, pag. 698: Παραλαμβάνεται ὁ μόλιβδος παρὰ τῶν ἀργυροχοεῖν εἰωθότων, εἰς ἀποκάθαρσιν τῶν χωνευομένων. *Assumitur plumbum ab argentariis artificibus ad purgationem eorum quæ conflantur.*

Ἀρισοεπέω, *Bene loquor, Bona loquor.* Cyrillus in Cap. II. Micheæ, pag. 409: Ἀρισοεπεῖν μὲν, ἀσύμβατον δὲ τοῖς λόγοις διάνοιαν ἔχειν. *Bona quidem prologui, sed animo cum verbis non consentiente.* Et in Cap. III. pag. 420: Οἱ διὰ Θεοῦ λαλοῦντες, πάντη τε καὶ πάντως ἀρισοεποῦσί τε, καὶ ἀληθεύουσιν, ἔχουσι γὰρ ἐν αὐτοῖς τὴν

ἀλήθειαν

ἀλήθειαν. *Qui per DEUM loquuntur, optimè omnino loquuntur, & vera dicunt, habent enim in se veritatem.*

Ἀρισοεπὴς, ἄριστα λέγων, *Qui bene loquitur.* Cyrillus. lib. VIII. adv. Julianum, pag. 258. de DEO Patre, Filio suo testimonium perhibente: Ἀρισοεπῆ αὐτὸν ἀποφαίνει λέγων· Ὀρθῶς πάντα ὅσα ἐλάλησε. *Rectè locutum illum declarat his verbis: Rectè omnia quæcunque locutus est.*

Ἀρτιφρονέω, *Sana mente præditus sum.* Cyrillus in Cap. II. Habac. Προσκυνητέον τοῖς γε ἀληθῶς ἀρτιφρονοῦσιν ἕνα τὸν φύσει τε ἀληθῆ Θεόν. *Quibus sana mens est, illis unus naturâ & verus Deus adorandus.*

Ἀρυτίδωτος, *Rugarum expers, sine rugis, Non rugosus.* Cyrillus Alex. lib. XII. de Adoratione, pag. 434: Ἡρμόσατο ὁ Παῦλος τὴν ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησίαν, παρθένον ἁγνὴν τῷ Χριστῷ, ἄσπιλον δὲ καὶ ἀρυτίδωτον, μᾶλλον δὲ ἁγίαν καὶ ἄμωμον. *Aptavit Paulus Ecclesiam ex Gentibus, virginem castam Christo, incontaminatam & rugarum expertem, imò sanctam & omni reprehensione superiorem.* Quod Apostolo ad Ephes. V. 27. μὴ ἔχουσα ῥυτίδα, id Cyrillo una voce composita est ἀρυτίδωτος.

Ἀρχοντιάω, *Sum φίλαρχος, Principatum ambio.* Cyrillus Alex. lib. VI. in Joh. pag. 640. Ἀρχοντιῶντα τὸν ἀπόπληκτον Φαρισαῖον, καὶ οὐ μετρίως ἐγκεκαυμένον ὁρῶν πρὸς τὸ τῆς ἡγεμονίας ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα, διδάσκει χρησίμως, ἑαυτὸν ὄντα καὶ τοῦ καθηγεῖσθαί ποι χορηγὸν, καὶ πρὸς τοῦτο ῥᾳδίως εἰσκομίζειν ἰσχύοντα. *Pharisæum libidine dominandi prurientem, atque principatus re atque nomine haud mediocriter accensum, commodè docet, se ipsum esse principatus datorem, cui potestas sit facilè eò perducendi.*

Ἀσαγήνευτος, *Nondum captus.* Cyrillus lib. XII. in Joh. ad Cap. XXI. pag. 1115. de Gentilibus sub V. Test. scribit: Τῶν ἐθνῶν ἡ πληθὺς ἀσαγήνευτός τε ἦν ἔτι, καὶ τῆς τῶν θείων μαθημάτων περιβολῆς ἔξω μένουσα παντελῶς. *Multitudo Gentilium nondum capta erat, atque extra ambitum divinæ doctrinæ prorsus manebat.* Metaph. usurpatur hæc vox, quemadmodum etiam σαγηνεύειν, de iis, qui homines ad fidem convertunt. Oecumenius in Cap. II. Act. pag. 13. dicit Christum βασιλεύειν πάντων Ἰουδαίων τε καὶ ἐθνῶν σαγηνευθέντων εἰς τὴν ἐκείνου πίστιν τε καὶ λατρείαν, *imperare o-*

mnibus Judæis & Ethnicis ad fidem & cultum Christi captis, id est, *conversis*. Ita Cyrillus Alex. in Catena in Cap. II. Joh. dicit Christum σαγηνεύειν πρὸς πίστιν, *fidei retibus concludere*.

Ἀστάφυλος, *Uvis spoliatus*. Cyrillus Homil. Paschali XXX. Ὄρχοι ἀμπέλων ἀργοὶ καὶ ἀστάφυλοι. *Ordines vitium steriles ac spoliati uvis*.

Ἀστρογοητεία, *Præstigiatrix astrologia*. Vide paulò antè sub voce Ἀργυροκάπηλος.

Ἀσυμμιγής, *Non mixtus, Non commixtus*. Cyrillus Homil. XXV. Paschali, pag. 297: Τὴν ἀσυμμιγῆ τοῦ χείρονος αἱρεῖσθαι ζωήν, *à deteriore sejunctum vitæ genus eligere*. Simplex συμμιγής in Lexicis obvium.

Ἀσύμπλοκος, *Non conjunctus*. Cyrillus lib. II. in Joh. Cap. V. pag. 186. de Filio Dei ante incarnationem: Ἡγυμνὸς ἔτι παρὰ πατρὶ λόγος, καὶ ἀσύμπλοκος τῆς τοῦ δούλου μορφῆς. *Nudum adhuc erat apud Patrem Verbum, necdum servi formæ conjunctum*. Et lib. XII. in Joh. Cap. XX. pag. 1091: Μὴ οἰηθῇς διὰ τοῦτο μὴ μετὰ τοῦδε τοῦ σώματος ἐγηγέρθαι, γυμνὸν δὲ σαρκὸς, καὶ ἀσύμπλοκον παντελῶς τοῦ ληφθέντος ναοῦ. *Ne existimes propterea*; nempe, quia Christus dicitur θυρῶν κεκλεισμένων ingressus; *sine corpore excitatum fuisse, nudum verò à carne, & templo, quod assumserat, destitutum*.

Ἀσυνύπαρκτος. Vide sub priori Classe in Ἀσυμφυής.

Ἀσωματοειδής, *Corpoream formam non habens, Incorporeus*. Cyrillus lib. I. adv. Julianum, pag. 19. Οἱ γεωμέτραι μὴ δυνάμενοι τὰ ἀσωματοειδῆ λόγῳ παραστῆσαι. *Geometræ cùm non valeant incorporeas species oratione demonstrare*.

Ἀσωματότης, *Incorporalitas* Macrobio. Origenes Catenâ in Cap. I. Joh. pag. 39. Οὔτε αἱ ἀνωτάτω δυνάμεις Θεὸν ὁρῶσιν, οὐ διὰ τὴν σφῶν ἀσθένειαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀσωματότητα. *Nec ipsæ superna potestates Deum vident, non propter earum imbecillitatem, sed propter ipsius Dei incorporalitatem*, i.e. quia Deus corpore caret.

Ἄτεξ, *Sterilis, Orba liberis*. Cyrillus in Cap. LI. Jesaiæ, pag. 700. de Abrahamo & Sara: Ὁ μὲν ἑκατὸν ἐτῶν ἦν, ἡ δὲ στεῖρά τε καὶ ἄτεξ. *Ille quidem centum erat annorum, hæc verò sterilis & infœcunda*. Et in Cap. LIV. pag. 756. de gentium multi-

tudine

tudine: Χήρα ἦν πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, ἄγονός τε διὰ τοῦτο καὶ ἄτεξ. *Vidua erat ante Salvatoris adventum, ac propterea etiam sterilis & liberis orba.*

Ἀυτεπίσκοπος, idem quod αὐτόπτης, *Qui rei gestæ spectator fuit.* Cyrillus lib. II. in Joh. Cap. II. pag. 165: Ἀυτήκοοί τε καὶ αὐτεπίσκοποι γεγενημένοι τινῶν, ἐπὶ τὸ λέγειν ἀνενδοιάστως περὶ αὐτῶν ἐρχόμεθα. *De iis, quæ audivimus ipsi & vidimus, certò & indubitatè loquimur.*

Ἀφιλάλληλος, *Qui non redamat, Qui mutuo amore non complectitur.* Cyrillus Alex. in Cap. IV. Hoseæ, pag. 64. de Judæis: Ἦσαν ἀφιλάλληλοί τε καὶ ἀφιλοικτίρμονες, ἀτεγκτοί τε καὶ ἀτεράμονες. *Fuerunt nec redamantes, nec misericordiam cordi habuerunt, rigidi & immites.* Et in Cap. I. Amosi, pag. 261: Ἀφιλάλληλος ὁ Ἐδὼμ, καὶ τοῖς τῆς μισαδελφίας ἐγκλήμασιν οὐ μετρίως ἔνοχος. *Non redamavit Edom, & odii fraterni quàm maximè reus.*

Ἀφιλαργυρέω, *Ab avaritia sum alienus, Pecuniam contemno.* Cyrillus lib. III. in Joh. Cap. IV. pag. 277. Οἱ εἰς ἄγαν ἀφιλαργυρεῖν εἰθισμένοι. *Qui pecuniam prorsus contemnere solent.*

Ἀφιλεργέω, *In otio dego.* Cyrillus in Cap. II. Haggæi, pag. 648: Ἀφιλεργεῖν ᾑρημένοις περὶ τὸν θεῖον ναὸν πλείστη τις ὅση συμβέβηκε τῶν ἀνιαρῶν ἡ ἔφοδος. *Ad ædificationem Templi operam commodare subterfugientibus magna vis rerum incommodarum obvenit.* Idem Homil. Paschali XXVII. Τίς ἐπαινέσει γεωπόνον, εἰ ἀφιλεργήσας ὁρῷτο; *Quis agricolam laudet, si in otio degere videatur?*

Ἀφιλεργία, *Odium laboris, Fuga laboris.* Cyrillus Alex. in Cap. XXVII. Jesaiæ, pag. 374: Ἀφιλεργία πνευματική. *Spirituale laboris odium.*

Ἀφιλοδοξία, *Gloriæ contemtus.* Cyrillus lib. III. in Joh. Cap. IV. pag. 286: Τύπος ἡμῖν ἀφιλοδοξίας εὑρίσκεται Χριστός. *Exemplum contemnendæ gloriæ nobis invenitur Christus.*

Ἀφιλοεργέω, idem quod Ἀφιλεργέω. Cyrillo lib. II. Glaph. in Exodum, pag. 288. DEUS dicitur ἀναγκάζειν ἀφιλοεργεῖν ἐν σαββάτῳ Ἰουδαίους, *coëgisse Judæos in Sabbato ab operibus vacare.*

Ἀφιλοθεάμων, *Non cupidus spectandi, Spectaculorum non amans*. Cyrillus Alex. adv. Anthrop. Cap. III. pag. 369. Πεπλάνηνται, καὶ τῆς ἀληθείας ἀφιλοθεάμονα τὴν διάνοιαν ἔχουσιν. *Errant, mentémque habent à veritatis contemplatione alienam.*

Ἀφιλοθεΐα, *Impietas*. Cyrillus in Cap. LVI. Jesajæ, pag. 800: Ἀφιλοθεΐας ἀπόδειξις ἐναργής. *Impietatis evidens argumentum.* Et pag. 802: Εἰς λῆξιν ἁπάσης ἀφιλοθεΐας ἐλαύνειν. *In omne genus impietatis provehi.*

Ἀφιλόθεος, *Impius, Dei non amans*. Cyrillus in Cap. XIX. Jesajæ, pag. 290: Ἀφιλόθεος παντελῶς, καὶ τῶν εἰς εὐσέβειαν αὐχημάτων ἔσται γυμνὸς ὁ μαντείαις προσέχων. *Prorsus impius est, & pietatis ornamentis nudabitur, qui animum ad divinationes attendit.* Idem in Cap. XXVIII. Jesajæ, pag. 395. de Apostolis scribit: Οὐκ ἀνιδρωτὶ κατωρθώκασι τῆς οἰκείας ἀποστολῆς τὸν δρόμον, ἀλλὰ θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, καὶ τὰς τῶν ἀφιλοθέων ὑπομένοντες ἐπιβουλάς. *Non sine sudore Apostolatus sui cursum confecerunt, sed afflicti, male habiti, & impiorum insidias sustinentes.*

Ἀφιλοκομπέω, *Fastum contemno*. Cyrillus in Cap. XIII. Joh. pag. 727: Φρονήματος ἀφιλοκομπεῖν εἰωθότος, οὐκ ἂν οἶμαί τις ἐπιδείξαι τὸ ἴσον. *Modesta menti, & quæ fastum contemnit, nihil est comparandum.*

Ἀφιλοκομπία, *Humilitas*. Cyrillus in Cap. XLI. Jesaiæ, pag. 536. de Christo: Ἐπεδήμησεν ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ καὶ Κύριος ἐν ὑφέσει πολλῇ καὶ ἀφιλοκομπίᾳ. *Peregrinatus est universorum Salvator in submissione multa & humilitate.*

Ἀφιλόκομπος, *Non amans ostentationis*. Cyrillus sub finem lib. Glaph. in Levit. pag. 375: Ἀφιλόκομπον τὸ θεῖον ἀεὶ, καί τοι πάντα παραδόξως ἐνεργεῖν ἰσχύον. *Deus alienus est ab ostentatione, tametsi omnia miraculose præstare possit.*

Ἀφιλομαθὴς, *Imperitus, Non cupidus discendi*. Cyrillus lib. II. in Joh. Cap. I. pag. 149. ad v. 11. Cap. III. Ἀφιλομαθῆ, καὶ λίαν ἀπαίδευτον εὑρίσκει τὸν ἄνθρωπον. *Imperitum, & oppido rudem comperit hominem*, nempe *Nicodemum.*

Ἀφιλομαθία, *Imperitia, Ruditas*. Cyrillus in Caput. XIV. Zachariæ, pag. 815: Ἀρκέσειν οἶμαι ταῦτα πρὸς ἔλεγχον τῆς ἀγνοίας

σης αὐτοῖς ἀφιλομαθίας. Suffecerint hæc, opinor, ad eorum ruditatem convincendam.

Ἀφιλόμαχος, *A pugna alienus, abhorrens.* Cyrillus in Cap. III. Joëlis, pag. 238: Ἠρεμαίαν τε καὶ ἀφιλόμαχον ἑλέσθαι ζωήν. *Quietam & à pugna abhorrentem vivere vitam.*

Ἀφιλοξενέω, *Ab hospitalitate sum alienus.* Cyrillus lib. III. in Joh. Cap. IV. pag. 284. Οὐκ ὀκνητέον εἰς κοινωνίαν τὴν ἐξ ἀγάπης τῆς εἰς ἀδελφοὺς, ἰτέον δὲ μᾶλλον εἰς εὐτολμίαν ἀγαθὴν, καὶ ὄκνον μὲν καὶ δειλίαν, τὴν ἀφιλοξενεῖν ἀναπείθουσαν, ὡς πορρωτάτω ποιησώμεθα. *Ne pigeat nos amplecti communionem, quæ ex amore in fratres oritur: accedamus autem potiùs ad bonam & laudabilem audaciam, & cunctationem atque metum, qui nos ab hospitalitate avocat, excutiamus.*

Ἀφιλοπόλεμος, *Non bellicosus, Belli non studiosus.* Cyrillus in Cap. III. Joëlis, pag. 239. conjungit πρᾶος καὶ ἀφιλοπόλεμος, *mitis & à bello alienus.* Idem lib. X. in Joh. pag. 840. Ἀφιλόμαχος καὶ ἀφιλοπόλεμος ἕξις, ὅσον ἐν οἰκείαις ῥοπαῖς, καὶ ἐν θελήσει τῇ καθ' ἑαυτὴν εἰρήνην ἔχει καὶ ἐργάζεται. *Animus omnis contentionis studio vacuus, in sua propensione ac voluntate pacem habet, eámque colit.*

Ἀφιλοστοργέω, *A charitate sum alienus.* Cyrillus in Caput XXI. Jesaiæ, pag. 314. de hæreticis: Ἀλλ' οὐκ εἰς ἅπαν αὐτοῖς διακαρτερήσει Θεὸς, ἀνέξεται δὲ οὐδαμῶς ἀφιλοστοργοῦντων ἄγαν, ἐποίσει δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὰ ἐξ ὀργῆς καὶ δίκης. *At non semper eos tolerabit, nec eos, qui sic ad omnem humanitatis & pietatis affectum obduruerunt, sustinebit, sed iram potiùs iis & pœnam irrogabit.*

Ἀφιλοχρήματος, *Qui pecuniam contemnit, Qui pecuniam non amat.* Cyrillus lib. III. in Joh. Cap. IV. pag. 276. ad v. 5. Cap. VI: Τὸ, πόθεν ἀγοράσομεν λέγων, τῶν συνόντων αὐτῷ τὸ ἀφιλοχρήματον, καὶ τὴν ἑκούσιον διὰ Θεὸν πτωχείαν ἐπιδείκνυσι. *Illud,* unde ememus *dicens, discipulorum pecuniarum contemtum, & voluntariam propter DEUM paupertatem indicat.* Et pag. 277. Τὸ τῶν μαθητῶν ἀφιλοχρήματον. *Discipulorum pecuniarum contemtus.* Idem quod ἀφιλοχρηματία, cujus mentio facta sub priori Classe.

Ἄφυπνος, *A somno excitatus,* ἀφυπνισθείς. Cyrillus in Cap. XI. Joh. dicit ἄφυπνον ποιῆσαι Λάζαρον. *Lazarum expergefacere.*

Ἀχειραγώγητος, *Indocilis.* Cyrillus lib. IV. Cap. II. in Joh. pag. 358. Ὁ ἀτριβής τε καὶ ἀχειραγώγητος νοῦς, ὅπερ ἂν αὐτὸν παρατρέχῃ, τοῦτο πάντως ἐξυβρίζει ταῖς ἀπειθείαις. *Rudis & indocilis animus, si quid ipsum fugiat, incredulitate sua statim elevat.*

Ἀχειροποιήτως, *Absque manus opera.* Cyrillus lib. IV. Cap. VII. in Joh: pag. 432. dicit Spiritum S. πᾶσαν τὴν ἐν ἡμῖν ἀκαθαρσίαν ἀχειροποιήτως περιτέμνειν, *omnem in nobis impuritatem absque manus opera circumcidere.* Hæc est illa περιτομὴ ἀχειροποίητος, de qua ad Coloss. II. 11.

Ἀχυροφαγέω, *Paleâ vescor.* Cyrillus in Cap. XI. Jesaiæ, pag. 200. Ἀχυροφαγήσει καὶ αὐτὰ, *& illa paleâ vescentur.* Loquitur περὶ τῆς τῶν ἡμέρων ζώων τροφῆς. Atque hoc est *Specimen Supplementi*, quod in gratiam eorum, qui aliquo Linguæ Græcæ amore ducti, in Autorum Græcorum lectione versantur attexere visum: ut intelligant, ad omnes voces diligenter esse attendendum, multas etiam, utpote à Lexicographis omissas, notandas. Maximam verò earum farraginem ex operibus Cyrilli Alexandrini colligi posse, non mirabitur, qui consideraverit, istum Autorem à nullo hactenus Lexicographorum, quantum ego scio, lectum esse.



LEXI-

LEXICI HESYCHIANI.
SPECIMEN.

HIsce tandem omnibus subjicimus *Specimen Lexici Hesychiani*, jam ante biennium seorsim editum: de eo pauca veniunt monenda. Cùm in Hesychio ab innumeris mendis repurgando, perpetuis Notis illustrando, & ad prelum parando totus essem, nunciatur, Virum Doctissimum, & de re literaria meritissimum, Dn. Cornelium Schrevelium, νῦν ἐν ἁγίοις, eandem provinciam suscepisse, totúmque illud Lexicon, Virorum toto orbe celeberrimorum, Junii, Scaligeri, Heinsii, Casauboni, Salmasii, Guieti, Sopingii, Palmerii, Coccei, Meursii, Martinii, Tanaquilli Fabri, aliorum observationibus & castigationibus emendatum & explicatum, jamjam in procinctu habere. De hoc insigni conatu tum Specimen ab eodem Schrevelio juris publici ante annum, & quod excedit, factum, tum Ejusdem humanissimæ de hoc proposito ad me literæ, dubitare non siverunt. Quid igitur consilii? Pœnitebat me initiò laboris jam exantlati. At cùm intelligerem, meos nihilominus conatus, utpote luculentiores, & ad juvandas literas Græcas, siquidem tot, tantorúmque Virorum deinceps accederent accuratissimæ κρίσεις, accommodatiores, Viris in hoc studiorum genere præstantissimis, non tantùm non displicere, sed ab iisdem etiam ad opus strenuè urgendum, &, ξὺν Θεῷ καὶ πόνῳ, ad finem perducendum me incitari, consilium quidem nondum mutandum, sed novam ex Belgio editiouem exspectandam putavi. Ut autem interea omnes illi, ad quos Observationum hæc pervenerit farrago, faciliùs, qualem à lucubrationibus meis Hesychium sibi promittere debeant, judicare possint, Specimen subjicio, in quo nunc quidem Contextus Autoris & Notæ certis non distinguuntur characteribus, in ipso autem, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, Opere satis accuratè, prout in edito jam Specimine factum, distinguentur.

Λιάζει, ῥίπτει, ταράσσει, ἢ λίαν σπουδάζει. Projicit, turbat, vel admodum properat, seu magnam adhibet diligentiam.

Λιάζετο,[1] ἡπλοῦτο. Expandebatur, aperiebat se.

Λιαζόμενοι, σκιρτῶντες. Exsultantes, saltantes.

Λιαμάθῳ,[2] αἰγιαλῷ, λίαν ἀμαθώδει. Littore valde arenoso.

Λίαν, σφόδρα, πολὺ, πάνυ, ἄγαν. Valde, vehementer, multùm.

Λίαν[3] ἔλαβον, ἰσχυρῶς ἔλαβον, ἢ πρᾶιδαν. Vehementer ceperunt, vel prædam.

Λειανῶ[4], λείαν καὶ ὁμαλὴν ποιήσω. Complanabo.

Λίαξ, παῖς ἀρχιγένειος. Puer pubescens.

Λιαρὸν,[5] χλιαρὸν, ὑγρὸν, καθαρὸν, ἡδὺ, προσηνὲς, εὔκρατον. Tepidum, calidum, humidum, purum seu splendidum, dulce, blandum, bene temperatum.

---

1. Respicitur ad Il. ω. v. 96. —Ἀμφὶ δ' ἄρα σφι λιάζετο κῦμα θαλάσσης. *Circùmque ipsas dimovebatur unda maris.* Scholia breviora: Λιάζετο κῦμα, ἀντὶ τοῦ διΐστατο. *Dimovebatur unda, pro discedebat.* Eustath. verò: Λιάζεσθαι ἐνταῦθα, τὸ διαχωρίζεσθαι καὶ διΐστασθαι, ἢ καὶ ἁπλῶς κινεῖσθαι. *Hoc loco* λιάζεσθαι *significat discedere, vel simpliciter moveri.*

2. Hesychius hanc vocem conflatam vult ex λίαν & ἄμαθος. Est verò ἄμαθος, eodem autore, ἡ μεσόγειος; (ita enim legendum, non μεσόγιλος) ἄμμος, *arena mediterranea.* Vide Ἄμαθος. Aliter Etymol. M. Λιάμαθοι· οἱ αἰπόλοι, ἀπὸ τοῦ εἶναι λίαν ἀμαθεῖς. Λιάμαθοι sunt *pastores caprarii, ut qui admodum sint indocti & rudes.*

3. Λείαν pro λίαν hîc irrepsit. Recentiores Græci pro ει & οι frequenter simplex ι usurpant. Glossæ: Λία, τὰ λάφυρα. *Præda.* Ita λιποθυμία, pro λειποθυμία. Apud Thucyd. l. 6. pag. 229: Λείαν τῶν Λακεδαιμονίων πολλὴν ἔλαβον. *Magnam Lacedæmoniorum prædam ceperunt*: quò cùm respexisse videatur Hesychius, hæc suo loco ponenda hoc modo: Λείαν ἔλαβον, πραῖδαν ἔλαβον. De voce πραῖδα videatur Etymol. M. & Cl. Meursii Glossarium. Hesychio λίαν hîc & adverbium, & nomen est. An rectè λίαν λαμβάνειν, ἰσχυρῶς λαμβάνειν, penes Lectorem judicium esto.

4. Hæc malè hîc posita. Occurrunt eadem suo loco. Hom. Il. ο. v. 261: Αὐτὰρ ἐγὼ προπάροιθε κιὼν,

Λιασθεὶς [6], χωρισθεὶς, ἐκκλίνας. Separatus, qui secessit.

Λιάσθη, [7] ἀπεχωρίσθη, ἐξέκλινε. Recessit, declinavit.

Λιβάδα [8], σταγόνα, θεραπείαν.

Λιβάδιον [9], χωρίον βοτανῶδες. Locus herbidus.

Λιβάζω, ἀπηθῶ ὑγρόν. Excolo, percolo liquidum.

Λίβανος [10], τὸ δένδρον, καὶ τὸ ὄρος. λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς αὐτοῦ, εἶδος θυμιάματος. Λίβανος est arbor & mons: λιβανωτὸς verò, fructus ejus, species thymiamatis.

Λιβάζει, [11] ἀπορρυήσει, ἀποφθερεῖ. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῆς λιβάδος. Defluet, corrumpet: Metaphora autem *desumta est* à *nomine* λιβὰς, *quod* guttam *significat*.

Λιβάσαν, στάξαν. Quod stillavit.

Λιβάσεις, σβήσεις, φθαρεῖς. Expelles, corrumpes.

Λιβδύειν, [12] ἀφορίζειν. Segregare, sejungere, determinare.

Λιβὰς, πηγὴ, σταγών. Fons, gutta.

Λίβει, [13] σπένδει, ἐκχεῖ. Libat, effundit.

κιὼν, ἵπποισι κέλευθον Πᾶσαν λειανέω —*Sed ego ante iens, equis viam Omnem complanabo.* Scholia: Λειανέω, λείαν, καὶ ὁμαλὴν ποιήσω.

5. Λιαρὸς sumitur pro χλιαρὸς Od. ε. vers. 268. Οὖρον δὲ προέηκεν ἀπήμονά τε λιαρόν τε. *Ventum verò misit innocuum placidúmque.* Ad quæ Eustathius: Λιαρὸς ἄνεμος, ὁ Νότος, οἱονεὶ χλιαρός. Idem versus repetitur Od. η, v. 266. ubi Scholia, λιαρὸν interpretantur ἡδὺν, *dulcem, suavem.* Pro θερμὸς Il. χ. v. 149: Ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει — *Alter quidem* (fons) *aquâ calidâ fluit.* Eustathius: Λιαρὸν, τὸ θερμόν. vide Poëtam. Hujus θερμοῦ ὕδατος, *calidæ aquæ, calidi fontis* etiam meminit Strabo, lib. 1. pag. 40. Il. λ. v. 477. —Ὄφρ' αἷμα λιαρὸν καὶ γούνατ' ὀρώρῃ. *Quamdiu sanguis calidus & genua moventur.* Scholia: Λιαρὸν, χλιαρὸν, θερμόν. Pro καθαρὸς apud Apollon. Argon. l. 3. v. 875; ubi Scholiast. Λιαροῖσι· λαμπροῖς, ἢ καθαροῖς. Ὅμηρος δὲ ἀντὶ τοῦ, θερμοῖς. *Limpidis, seu puris. Homerus autem pro* calidis *accipit.* Pro ἡδὺς Il. ξ. v. 164. —Ὕπνον ἀπήμονά τε λιαρόν τε. *Somnum innoxium dulcémque.* Vetus Scholiastes λιαρὸν explicat χλιαρὸν, θερμὸν, ἡδύ. Pro εὔκρατος Il. λ. v. 829: Νίζ' ὕδατι λιαρῷ — *Ablue aquâ tepidâ.* Eustath. Λιαρῷ, τουτέστιν εὐκράτῳ. Scholiastes: Λιαρῷ, εὐκράτῳ. χλιαρῷ. *Bene temperatâ, tepidâ.* Etymol. M. Καὶ ὕδατι λιαρῷ· εὐκράτῳ, χλιαρῷ, [illegible].

6. Eodem modo Suidas. Sexies hoc Particip. apud Hom. reperitur: Il. α. v. 349. — Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς δακρύσας ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο νόσφι λιασθείς. *Sed Achilles lacrymans à sociis statim sedit seorsim separatus.* Scholia: λιασθεὶς, χωρισθείς. Vide etiam Il. λ. v. 80. υ, v. 418. ubi Scholia explicant per ἐκκλίνας, *declinans.* φ, v. 255. ubi Scholia: λιασθεὶς, χωρισθεὶς, ἐκκλίνας, ut Hesych. ψ, v. 231. Odyss. ε, vers. 462.

7. Il. ν, v. 520. — Ὁ δ' ὑπαιθα λιάσθη Πουλυδάμας. *At in obliquum declinavit Polydamas.* Scholia explicant per ἐξέκλινε. Vide etiam Od. δ, v. 838. Pro ἐλιάσθη.

8. Suidas, & ex eo Phavorinus: Λιβάδα, σταγόνα, κρήνην, ἔνυδρον τόπον. *Guttam, fontem, locum aquosum.* θεραπείας nullus meminit. Qualis ergo illa θεραπεία? Nullus te hoc meliùs docebit, quàm Germaniæ Phœnix, Cl. Reinesius. Verba ejus in Notis ad prius Specimen dignissima quæ adscribantur: Θεραπεία hoc loco *medicatio* est, vel ea medicationis species, quâ partes adfectæ aqua vel simplice, vel medicata perfundũtur, irrigantur, irrorantur, foventur. Græci Medici vocant καταιόνησιν, καταίτλησιν, ἐμβροχὴν, Latino-barb. *embrocationem, superfusionem:* hæc est ἐπίῤῥανσις (ἐν χύτει) ῥαντισμὸς, *instillatio, aspersio.* Cæl. Aurel. l. 1. tard. 4. & 3. C. 3. *aquarum illisionem*, quâ patientes partes mutari cogantur, quod *cataclysmum* Græci appellant: Vetus interpres Epist. Ignatii ad Polycarp. *impluvium.* Hæc satis rectè sic habent, & Hesychium prorsus illustrant. Sed cùm λιβὰς hac significatione, ut actionem *sparsionis, perfusionis, instillationis*, quæ θεραπεία est, & λίβασις, aut στάξις, importet, non reperiatur, (certè nondum repertum est; *stillam, guttam, laticem, scaturiginem, fontem* denotat) proximum est, & commodum legere, θεράπαιναν, & interpretari *ancillam, famulam.* Certè *Libas* appellatio famulæ est apud Ovidium. Producuntur enim ab eo in uno disticho *Pitho, Clide, Libas.* In lapide Romano apud S. Sylvestrum nominatur ERASENA LIBAS nutrix: & in alio Romano 2. p. DCLXI. apud Gruterum LIBADI Libertæ Salvia Tertulla. *Libas* ut *Psecas* apud Juvenalem sat. 6. & *Stacte* in saxis: item *Rhanis*: à ministerio, quod dominabus in balneis irroratu, instillatu, perfusu

perfusu tales exhibebant. Ad hoc Hesychius respexisse videri possit. Hactenus doctissimi Viri verba.

9. Eustathio, in Il. ω, pag. 1358, λιβάδιον est λειμών, *pratum*, & vocabulum τῆς κοινῆς γλώσσης.

10. Λίβανος, ex consuetudine antiquissima, apud probatos autores nunc *montem*, nunc *arborem* notat. Quando *arborem thuriferam* designat, non à *monte Libano*, sed à *candore* nomen accepit, ut pluribus docet Cl. Bochartus Geograph. sacræ l. 1. Cap. 18. Λιβανωτὸς est *thus*, seu *concretus thuriferæ arboris liquor*. Hoc discrimen inculcat Phrynichus de vocibus Atticis: Λίβανον λέγε τὸ δένδρον· τὸ δὲ θυμιώμενον, λιβανωτὸν, κλ. Et Aristoph. Scholiastes in Pluto, ad verba,— Οὐ λιβανωτὸν γὰρ βδέω. Ἄλλο λίβανος, καὶ ἄλλο λιβανωτός. Λίβανος μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ δένδρον. Λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου. Ἔστι δὲ καὶ ὄρος λίβανος καλούμενον. Interim tamen non apud Sophoclem tantùm, quod Phrynichus observat, sed etiam apud Aristot. Meteorolog. l. 4. cap. 10. & apud alios Autores, imprimis apud LXX. Interpp. λίβανος notat λιβανωτόν. Frustra autem sunt Grammatici, qui λίβανον & λιβανωτὸν dici volunt παρὰ τὸ λίαν βαίνειν, ἢ παρὰ τὸ λείβειν, aut etiam à monte *Libano*. Ex Hebr. לבונה factum Syriacum, לבונתא, Arab. לבנאן, Gr. λίβανος & λιβανωτὸς, docente eodem Cl. Bocharto.

11. Lego λιβάξει, quia ejus compositum ἀπολιβάξεις occurrit apud Aristoph. in Avibus: Οὐκ ἀπολιβάξεις ὦ κάκιστ' ἀπολούμενος. *Non celiter recedes, ô pessime, periture.* Ad quæ Scholiastes: Οὐκ ἀπολιβάξεις. Λιβὰς ἡ σταγὼν, ἧς οὐδὲν ταχύτερον ἐν τῷ πίπτειν. *Non celeriter recedes: Λιβὰς est gutta, quâ nihil celerius in decidendo.* Vide Suidam, & Etym. M. Corrigendus suo loco Hesychius, qui habet ἀπολειβράξαι, pro ἀπολιβάξαι.

12. Ita vulgata interpretantur Lexica. Malè, meo judicio. Per errorem hæc hîc collocata. Lego Ἀλιβδύειν, ἀφανίζειν. *Abolere, exterminare.* Vide Ἀλιβδῦσαι.

13. Omnia exemplaria, ipse etiam H. Stephanus, legunt ἐκκινεῖ. Phavorinus, ἐκκενεῖ. Neutra lectio conveniens. Legerim ego ἐκχύνει. Λείβω enim, pro quo hîc λίβω, apud Homerum & alios Poëtas, frequen-

Λιβρὸν,[1] σκοτεινὸν; μέλαν, δίυγρον ἢ λιβρὸν, σέλας. Caliginosum, nigrum, humidum: vel lumen, fulgor.

Λιβύας, τὰς μελαίνας ὑδρίας ἐπὶ τοῖς τάφοις τιθεμένας. Λιβύας *vocârunt* nigras hydrias sepulchris impositas.

Λίβυες,[2] τῶν ὄφεων τινὲς οὕτω καλοῦνται. Quidam serpentes ita vocantur.

Λιβυκοὶ,[3] λόγοι, χαμαιλέων φησὶ λίβυν τὸν εὑρεῖν τοὺς λόγους τούτους.

Λιβυκὸν,[4] θηρίον, ἐπεὶ θανάσιμα ἐκεῖ ἑρπετὰ, καὶ ὡς λιβύης ἐχούσης θηρία, καὶ τὸ ποικιλόμορφον. Libyca fera, quoniam exitialia ibi sunt reptilia, & quia Libya feras habet, & multiforme, varium.

Λίβυρνον,[5] πολεμικὸν πλοῖον. Liburna, bellicum navigium.

---

quenter significat *effundere*. Usitatum apud Homerum λείβειν δάκρυα, *lacrymas effundere*. Vide Il. γ, v. 658. σ, v. 32. Od. ε, v. 84, 158, &c. Scholiastes Theocriti Idyll. β. ad vers. 3: Τὸ λείβειν λέγεται μὲν καὶ ἀντὶ τοῦ σπένδειν· λέγεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ χεῖν ἁπλῶς. Verbum λείβειν *usurpatur pro* σπένδειν; *libare: item simpliciter pro* χεῖν, *fundere, spargere*.

1. Λιβρὸν positum pro λιβηρὸν, *humidum, stillans*. Vide Etymol. M. Λιβηρῷ, monente H. Stephano, apud Galen. in Lexic. Hippocr. ὑγρῷ. Et Erot. apud Hipp. Λιβρῷ, σκοτεινῷ καὶ μέλανι. Cur autem λιβρὸν, vel λιβηρὸν, significet δίυγρον & σέλας, sequens ratio certissima videtur. Idem Græcis, ut docet Cl. Vossius de Idololat. l. 2. c. 79. Διόνυσος, qui Ægyptiis Osiris. Osiris autem, quatenus naturale, non animale est numen, partim est cœlestis, & idem est ac sol; partim subcœlestis, & idem est ac humor potabilis, qualis aqua Nilotica. Similiter igitur Græcis, postquam sacra recepere Ægyptia, nomine Osiridis in Διόνυσον, uti Isidis in Cererem converso, Liber quidem cœlestis, fuit sol; subcœlestis verò, aqua, sive liquor potabilis. A Libero ergo est hoc λιβρὸν, vel λιβηρόν. Et quia Liber notat Aquam & Solem, propterea λιβρὸν exponitur ab Hesychio δίυγρον, ἢ σέλας.

2. Nicander in Ther. quædam κνώπεσι ἄβλαπτα enumerans, dicit vers. 490. Οὓς ἔλοπας, λίβυάς τε, πολυστεφέας τε μυάγρους φράζονται.— *Quos Elopes, Libyasque, coronatósque myagros Dicunt.* Ad quæ Scholiastes: Ἔλο-

Ἔλοπας· τυτέσιν ἀσθενεῖς. Ἀπὸ τῦ γένυς δὲ εἰς εἴδη μετέβη τὺς μὲν γὰρ αὐτῶν ἀπὸ τῆς χροιᾶς ἀμμώδεις καλῦσιν· ἄλλους δὲ μυόθηρας· τὺς δὲ ἔλοπας. Λίβυας μὲν ἦν τὺς ἀμμώδεις φησί· πολλοὶ γὰρ ἐν Λιβύῃ τοιῦτοι τυγχάνυσιν. Ἔλοπας, i. e. *infirmos. A genere autem ad species descendit: alios enim eorum à colore vocant* ἀμμώδεις, *arenosos*, i. e. colore arenam referentes: *alios verò murium venatores: alios elopes. Libyas igitur appellat* ἀμμώδεις: *multi enim tales in Libya sunt.*

3. Ita omnes Editiones. Lego, & distinguo: Λιβυκοὶ λόγοι· Χαμαιλέων φησὶ, λίβυν τινὰ εὑρεῖν τὺς λόγυς τύτυς. *Libycæ fabulæ. Chamæleon dicit, Libyn quendam hásce fabulas invenisse.* Aristot. Rhet. 2. de exemplo: Τύτυ δὲ ἓν μὲν παραβολὴ, ἓν δὲ λόγοι, οἷον οἱ Αἰσώπειοι, καὶ λιβυκοί.

4. Distingue, & lege: Λιβυκὸν θηρίον· ἐπεὶ θανάσιμα ἐκεῖ ἑρπετὰ, καὶ ὡς λιβύης ἐχύσης θηρία· καὶ τὸ ποικιλόμορφον. Diogenianus cent. 6. prov. 11: Λιβυκὸν θηρίον. Ἐπὶ τῶν ποικίλων καὶ πολυειδῶν τοῖς τρόποις· πολυθήρυ γὰρ ὔσης τῆς Λιβύης, καὶ πολλῶν ζώων συνιόντων, καὶ ἀλλήλοις ἐπιβαινόντων, ἐξηλλαγμένα ἀποτελεῖ καὶ σύμμικτα ζῶα. *Libyca fera. In homines varios moribúsque inconstantes. Africa enim ferarum admodum ferax, multis invicem coeuntibus animantibus, varia etiam animalium genera & hybrida gignit.* Vide etiam Suidam, Apostolium cent. 12. prov. 9. Erasmum in prov. *Semper Africa aliquid novi apportat.* Per θηρία possunt intelligi serpentes, quibus Libya abundabat, unde dicti λίβυες, ut modò vidimus. Nec novum per θηρίον serpentem indicari. Ita vox accipi debet Actor. 28, 4, & apud Athen. Deipnos. l. 3. pag. 84; ubi, qui prius θηρίων βορὰ, *serpentum esca*, mox ταῖς ἀσπίσι παραβληθέντες dicuntur. Commode verò hoc loco ex Suida scribas, Ἐχύσης πολλὰ θηρία. Cur additur, τὸ ποικιλόμορφον, vel, ut alii habent, ἐξηλλαγμένον? Apud Latinos *pelles Libycæ* pretiosæ sunt: pantherarum nempe, aut pardorum: quos sola macularum varietas commendabat. Jam quia τὸ ποικιλόμορφον solis pardis & pantheris convenit, iis verò Libya abundabat, λιβυκὸν θηρίον exponitur τὸ ποικιλόμορφον. Vetus Glossarium: *Varia:* ποικίλη, πάρδαλις. Pollux. l. 5. c. 12. Εἴποις δ' ἂν ἐπὶ παρδάλεως, ἔχει τὸ σῶμα κατάστικτον, στικτὸν, ὀψιχρυν, πολυειδὲς, πολύμορφον. *De pardale verò dices, corpus habet* di-

Λίβυσσα [6] ἀηδών. αἱ γὰρ ἐν Καρχηδόνι τῆς Λιβύης εἰσὶ γυναῖκες, αἳ τὰ ἴδια τέκνα κατά τι νόμιμον ἐσφαγίαζον Κρόνῳ· τινὲς δὲ τὴν ἐρημίαν ἀπέδοσαν οὐ καλῶς. Libyca Aëdon: Carchedone enim Libyæ fœminæ sunt, quæ liberos suos, ex lege quadam, Saturno immolabant: quidam verò desertum reddiderunt minus rectè.

Λιβυσσαλίδες· [7] τινὲς τῶν Νυμφῶν οὕτω καλοῦνται. Libyssa-ides: Nymphæ quædam ita vocantur.

Λίβυς [8] τε λωτὸς· ὁ ἀπὸ Λιβύης αὐλός. Libyca fistula.

---

distinctum, maculosum, bene coloratum, varium, multiforme.

5. Aliàs λιβυρνὶς, vel λιβυρνικὸν πλοῖον. Ita dicitur à *Liburnis*, Illyridis populo, rei nauticæ & bellicæ peritissimo. Suidas appellat talia navigia λιβυρνικὰς, quem vide. Pæanius in Metaph. Eutropii, l. 2; ut Cl. Meursius in Gloss. suo notat; Ναυσί τε ἐχρῶντο μακραῖς. λίβυρνα δὲ ἡ συνήθεια προσαγορεύει. *Navibusque utebantur longis, quæ vulgò* λίβυρνα *vocantur*. Latini etiam *Liburnam* vocant, cujus descriptionem petere licebit ex Vegetii lib. 5. c. 4, 7, 13. Vocantur *naves rostratæ*. Eutrop. Hist. Rom. l. 2. p. 1880: *Quinto anno belli Punici, quod contra Afros gerebatur, primùm Romani Cajo Duillio & Cneo Cornelio Asina Coss. in mari dimicaverunt, paratis* navibus rostratis, *quas* Liburnas *vocant*.

6. Pro ἐσφαγίαζον, lege ἐσφαγίαζον. λίβυσσα ἀηδὼν est Africana fœmina, liberorum mactatrix: ab Aëdone Zetæ, Boreæ F. Regis Thebanorum conjuge, Dulichii Pandarei filia, quæ Achylum filium jugulavit. Ita Hellad. in Chrestomathia apud Photium, Cod. 279, pag. 1577. Scholiastæ rem eandem è Didymo Grammat. pluribus referunt; quos vide, ut & Suidam in Ἀηδὼν cum notis Porti. Ἀηδὼν pro τεκνοφθόρῳ seu παιδοκτόνῳ metonymicè, ut Circe, Medea pro venefica. Pescenius Festus apud Lactant. div. Instit. l. 1. cap. 22. refert, *Carthaginenses Saturno humanas hostias solitos immolare*, &c. Euseb. Præparat. Evang. l. 4. Οἱ ἐν Λιβύῃ Καρχηδόνιοι ἐποίουν τὴν θυσίαν, κλ.

7. Scribe λιβυσσάτιδες. Ita verò à loco nominantur.

8. Respicitur ad illud Euripid. in Troad. Λίβυς τε λωτὸς ἐκτύπει

Λιβυφοίτης, τὸν ἐπιγνόμενον λίβυσιν. Ἰόβας. Qui Libyam frequentat, qui Libyas insequitur: Juba.

Λείβων,[1] σπάζων, βάλλων.

Λίγα,[2] λιγυρῶς, ἡδέως, λεπτῶς, ὀξέως φρονιμῶς, ταχέως. Stridulè, suaviter, tenuiter, acutè, placidè, citò.

Λιγαίνει[3] τέρπει, ᾄδει, μαστιγοῖ, κηρύττει, κλαίει, ἢ ὀξέως ἐφορμᾷ. Delectat, canit, cædit: prædicat, flet, vel acutè exclamat.

τύπει Φρύγιά τε μέλεα — *Libycáque fistula sonum edebat Phrygiáque carmina.* Athenæus lib. 4. pag. 182. de Plagiaulis, qui & φώτιγγες Alexandrinis dicebantur: Κατασκευάζονται δ' ἐκ τοῦ καλουμένου λωτοῦ· ξύλον δ' ἐστὶ τοῦτο, γινόμενον ἐν λιβύῃ. *Conficiuntur autem e loti ligno: lignum verò est, quod in Africa crescit.* Unde λώτινοι αὐλοὶ, *Lotina tibia* eædem vocatæ. Vide Cl. Salmasium in Solinum, pag. 123. & Etymol. Vossii in vocibus *Lotus* & *Vasca.*

1. Series requirit λίβων. Legam; scribit semel, atque iterum laudatus Cl. Reinesius; λίβων, σπάζων, βαλανεύων. *Stillans, fundens, ministrans.* Balneariorum enim servorum est aquas spargere, superfundere lavantibus: qui & ab hoc ministerio παραχύται, *balnearii servi*, dicuntur. Βάλλων autem est ab abbreviandi Græca ratione, consueta veteribus librariis, ut —— ἄνοι, ἄνθρωποι, σελαν, σωτηρίαν, πειδα, παλείδα. Si quis hoc nolit, legat, λίβων, σπάζων, βλύων. Nam & Suidas, Λείβει, βλύει, σπάζει. *Libat, scatet, stillat.*

2. Dicitur λίγα per syncop. pro λιγέα, ut ὦκα pro ὠκέα, monente Eustahtio in Il. α, pag. 86, Od. ϐ. v. 527: Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη λίγα κωκύει — *Super illum fusa stridulè ululat.* Scholia: λίγα, ὀξέως, ἡδέως. Vide etiam Il. τ. vers. 284. Od. δ. vers. 259. & κ, v. 254.

3. Pro ἐφορμᾷ, præeunte Cl. Reinesio, legendum ἐπιβοᾷ. Hanc lectionem genuinam esse, ex sequentibus patet. Quia λιγὺς aliquando ἡδύς, hinc λιγαίνω, est τέρπω. Est etiam μαστιγόω, vel τύπτω. Eustath. in Il. λ. pag. 860: Σημείωσαι, ὅτι ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηται, λιγαίνειν τὸ τύπτειν. *Nota, in Lexico rhetorico reperiri* λιγαίνειν pro τύπτειν, *cadere, verberare.* Significat etiam κηρύττειν, κλάειν, βοᾷν, κλ. Il. λ, v. 684: Κήρυκες δὲ λίγαινον — *Porrò*

Λίγαινον [4], ἐκήρυσσον. Prædicabant.

Λιγάων [5], μέλπων, ἡδέως ὑμνῶν. Cantans, suaviter celebrans.

Λιγάναρ, εἶδος τέττιγος, Λάκωνες. Species cicadæ: Lacones.

Λίγδα, ἡ ἀκόνη, καὶ κονία. [6] Cos, & pulvis.

Λιγδαρεοχύται [7], οἱ ἐν τῷ: λίγδαις τὰς σάρκας ἔχοντες, τελέσι χοάναις.

Λιγδεύει, ἀπηχεῖ, ὅσον ἐπιψαῦσαι τῆς ἐπιφανείας. Sonum reddit superficiem feriendo.

Λίγδην [8], ὅσον ἐπιψαῦσαι τοῦ χρωτὸς τῆς ἐπιφανείας, ἐκ οὐ κατὰ βάθος, καὶ ὀλισθηρῶς ἢ πλαγίως, ἄκρως, ἐπιλίγδην. Strictim, superficiem corporis perstringendo, non verò secundum profunditatem, non profundè: lubricè vel obliquè, in superficie, leviter.

Porrò præcones edixerant. Scholiastes vetus: Ἐλίγαινον, ἐβόων, ὀξέως ἐκήρυσσον. Et Eustathius: Λιγαίνειν καὶ ἐνταῦθα, ἐ τὸ ὑμνεῖν, ἀλλὰ τὸ ὀξὺ βοᾷν· ὅπερ ἀρετὴ κηρύκων ἐστί. *λιγαίνειν etiam hoc loco non est hymnis celebrare, sed acutè clamare: quæ præconum virtus est.*

4. Respicit Hesychius ad Il. λ. vers. 684, ubi quædam Exemplaria legunt: Κήρυκες δὲ λίγαινον. Vide præcedentia.

5. Eodem modo Phavorin. Corrige ex Suida, qui habet, λιγαίνων, ὑμνῶν, κηρύσσων.

6. Ita Lexica interpretantur vulgata. At insigni errore. Ἀκόνη enim hoc loco non significat *cotem*, sed θυείαν, *mortarium* medicinale, terendis collyriis idoneum. Pollux. l. 10. c. 31. χοάνην & ἀκόνας conjungit. Vide Gorræi Definit. Med. in Ἀκόνη. Pro κονία, malim χοάνη.

7. Hic rursus notatu digna ἀξιαγάστη Reinesii conjectura. λιγδαρεοχύται, inquit, prorsus vitiosum est, & non succurrit tamen nunc quî restituam; nisi legere concedatur λιγδοσαρκοχύται. Requirit verò hoc exegesis, οἱ ἐν ταῖς λίγδαις σάρκας χέοντες. Sic enim lego. An latet hîc aliquid de Anaxarcho Philosopho ἐν ὅλμῳ, θυείᾳ, ἀκόνῃ, χοάνῃ, λίγδῃ seu ἴγδῃ (sunt enim hæc synonyma) κοπτομένῳ, ἡττηθέντι?

8. Hom. Od. χ, vers. 278: Ἀμφιμέδων δ' ἄρα Τηλέμαχον βάλε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ Λίγδην, ἄκρην δὲ ῥινὸν δηλήσατο χαλκός. *Amphimedon autem Telemachum percussit manus ad carpum, Strictim extremam autem pellem læsit*

Λίγδην [9] ἐκλάξαι, τὸ μὴ κατὰ βάθυς, ἀλλ' οἷον ἐπίχαφον. Lapides obiter tantùm polire, eorum superficiem tantùm perstringere & radere.

Λίγδοι [10], οἱ περιεστερημμένοι τῶν ἀστραγάλων.

Λίγδος [11] τόπος χοάνης, καὶ ἡ θυεία, καὶ ἐν ᾗ χωνεύουσι.

Λιγδοῦ [12], χοάνη οἱ δὲ τὰ λίχνα τῶν ἀργυρείων.

Λιγέαι, ἡδεῖαι. Suaves.

Λίγα, ὀξέως. Vehementer, acutè

Λιγέως [13], ὀξέως, ἡδέως, ταχέως. Acutè, suaviter, citò.

---

sit as. Scholia: Λίγδην, ὥστε ἐπιλίξαι, ὅ ἐστιν ἐπιψαῦσαι ἐπιπολαίως μόνον τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος. *Strictim, ut sit* ἐπιλίξαι *quod est leviter tantùm attrectare, stringere externam corporis superficiem.* Ad eundem locum pluribus vocem explicat Eustath. pag. 1926. Suidas: Λίγδην, οὐ κατὰ βάθος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐπιφανείας. *Non profundè, sed in superficie. Strictim, leviter.*

9. Ἐκλάξαι positum, pro ἐκλαξεῦσαι. Pro κατὰ βάθυς, lege ex præcedenti voce, κατὰ βάθος. Ἐπίχαφον, dummodo mendo careat, idem significat, quod Homericum ἐπιγράβδην, *in superficie, strictim.* Confer Ἐπιλίγδην.

10. Per summam incuriam λίγδοι scribitur, pro λίσποι, quod suo loco rectè habes explicatum apud Hesychium.

11. Totum locum ita lego: Λίγδος, τύπος, χοάνη, καὶ ἡ θυεία, ἐν ᾗ χωνεύουσι. *Forma, forma in quam aliquid transfunditur, & mortarium, in quo conflare solent.* Τύπος lego, quia ita Hesychius: Χοάνη, χώνη, τύπος εἰς ὃν μεταχεῖται τὸ χωνευόμενον. Et in χοάνοις iterùm τύποις, non τόποις. Eustath. in Il. φ, pagin. 1229. Λίγδοι, χωνευτήρια, χοάναι. *Conflatoria, forma, in quos aliquid transfunditur.* Vide, quæ idem in Od. χ, pag. 1926. ex Ælio Dionysio affert.

12. Lego: Λίγδοι, χοάναι· οἱ δὲ τὰ λίχνα τῶν ἀργυρείων. *Forma in quas aliquid transfunditur: aliis verò conflatoria pecunia.*

13. Hom. Il. γ, v. 214: Παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως— *Pauca quidem, sed valde arguté.* Scholia: Λιγέως, ἡδέως, ὀξέως, εὐφυῶς. *Suaviter, acutè, scitè.* Vide etiam Il. τ, v. 5. ψ, v. 218. Od. κ, v. 201, &c.

Λιγηπελὲς [14], ὀλιγηπελές· ἀσθενὲς, ἀγενές. Parùm valens, infirmum, ignobile.

Λιγείας, ἡδείας. Suaves, jucundas.

Λιγνὺς [15] ἡ τῦ λίχνυ ἀτμὴ· καπνὸς, κάμινος, φλόξ.

Λίγξαντα, ἐπιθυμήσαντα, ἠχήσαντα. Concupiscentem, stridorem edentem, vel sonantem.

Λίγξεν, [16] ἐψόφησεν, ὤλισθεν, ἤχησεν, ἦχον ἐποίησε. Striduit, lapsus est, sonuit, sonum edidit.

14. Λιγηπελὴς, pro ὀλιγοπελὴς, ex πέλω & ὀλίγος. Vide Ὀλιγηπελέων.

15. Omnia Exemplaria habent λίχνου. Exigua mutatione lego λύχνου. Ergo λιγνὺς est *vapor lychni: fumus, caminus, flamma*. Vide Etymol. M. Suidam, & Lexica vulgata.

16. Respicitur ad Il. δ, 125. Λίγξε βιός. —— *Sibilavit jactus*. Scholia: Λίγξε, ποιόν τινα ἦχον ἀπετέλεσε. *Sonum quendam edidit*. Pro ἔλιγξε.



INDEX

INDEX LOCORUM SCRIPTURÆ,

quæ in his Observationibus laudantur.

C.13.

SYLLABUS AUTORUM,

qui in his Observationibus laudantur, cum locis, temporibus & formis Editionum Scriptorum Ecclesiasticorum Græcorum.

Biblio-

D

G

H

Heinsius

Pha-

INDEX

INDEX

ſecundum Alphabetum Græcum.

ἀκατα-

συγχωρὴ

σύστασις



INDEX

INDEX

juxta Alphabetum Latinum

D

E

FINIS.

EMENDANDA.

Pag. 9, 13 & 21. *allegatur Gregorii Thaumaturgi Canon XI. ſeu ultimus. At non eſt Canon, verùm explicatio terminorum pœnitentialium Gregorii. Adducuntur ibi verba ex Can. LXXV. Baſilii, qui tamen ætate longè inferior Gregorio. Zonaras in MS. Amarbachiano Academiæ Baſil. hujus Canonis non meminit, ut, pro ſua humanitate, Clariſſimus, mihiq; amiciſſimus D. D. VVeiſtenius me docuit.* Pag. 16. *lin.* 16. *pro* πρόσπτωσιν, *lege* ὑπόπτωσιν. Pag. 301. *lin.* 24. *lege* ſuſpicioſos, *pro* ſpecioſos. *Cætera* παροράματα *benignus Lector facilè corriget.*



C

D

E

Evan-

R

S

FINIS.

EMENDANDA.

Pag. 9, 13 & 21. *allegatur Gregorii Thaumaturgi Canon XI. seu ultimus. At non est Canon, verùm explicatio terminorum pœnitentialium Gregorii. Adducuntur ibi verba ex Can. LXXV. Basilii, qui tamen Acatate longè inferior Gregorio. Zonaras in MS. Amarbachiano Academiæ Basil. hujus Canonis non meminit, ut, pro sua humanitate, Clarissimus, mihiq; amicissimus D.D. VVeistenius me docuit.* Pag. 16. *lin.* 16. *pro* προέπλωσιν, *lege* ὑπόπλωσιν. Pag. 301. *lin.* 24. *lege* suspiciosos, *pro* speciosos. *Cætera* παροράματα *benignus Lector facilè corriget.*